



162.
F
22.
BIBL. NAZ. NAPOLI

BIBL. NAZ.
162
F
22
NAPOLI

…nus Franciscus Ass.

Delfino figlio dis.



HORÆ DIURNÆ

BREVIARII

ROMANO-SERAPHICI

AD USUM TRIUM ORDINUM

S. P. N. FRANCISCI

IN QUIBUS OFFICIA SANCTORUM
USQUEMODO CONCESSA
JUXTA NOVUM KALENDARIUM

A SS. D. N. PIO PAPA NONO

DIE XXIX APRILIS MDCCCLVIII

APPROBATUM

ORDINATE DISPONUNTUR





NEAPOLI

EX TYPOGRAPHIA ANDREÆ FESTA

MDCCCLX



...nus Franciscus Ass.

A. ... lit. | Dolfino figlio dis.

HORÆ DIURNÆ

BREVIARII

ROMANO-SERAPHICI

AD USUM TRIUM ORDINUM

S. P. N. FRANCISCI

IN QUIBUS OFFICIA SANCTORUM
USQUEMODO CONCESSA

JUXTA NOVUM KALENDARIUM

A SS. D. N. PIO PAPA NONO


DIE XXIX APRILIS MDCCCLVIII

APPROBATUM

ORDINATE DISPONUNTUR







NEAPOLI

EX TYPOGRAPHIA ANDREÆ FESTA

MDCCCLX

Formidolosa enunciatio S.P.N. Francisci in Officium minus devote recitantes.

Formalia ipsius verba.

Clerici dicant Officium cum devotione coram Deo, ut possint per unitatem mentis placere Deo, et non cum lascivitate vocis aures populi demulcere; et non attendentes melodiam vocis, sed consonantiam mentis, ut vox concordet menti; mens vero concordet Deo.

Ita inter ejus Opuscula in epist. 11. ad Cap. Gen.

MONITUM

Cum ad commoditatem præcipue Choristarum esset intenta Editio hæc, ad finem consequendum animadvertant, præter Officium solitum diurnale, contineri Psalterium integrum, Invitatoria cum Hymnis propriis, etiam novissimis, pro Matutino Dominicali, Feriali, et Festivo per annum; nihil tamen de Matutinis tenebrarum.

Quæ, de aliquibus Communibus Sanctorum memoriæ facile non occurrunt pro Matutino in Choro, omnia separatim ante ipsum Commune reperiuntur, idest:

Antiphonæ, et versus Feriarum de Psalterio pro Vigiliis per annum (ut in qualibet Vigilia notatur) necnon Antiphona Suscepit Deus de Vesperis Sabbati, et etiam versiculi pro Dominicis, et Feriis de Tempore, omnes immediate ante Psalterium unitæ inveniuntur pagina distincta hoc duplici signo. . . ¶¶

Commemorationes Octavarum Nativitatis, ne forte aliquis tyro inadvertenter recitet in Vesperis Antiphonas de Laudibus, et vice-

versa; divisæ ab invicem positæ sunt cum titulo Pro Vesperis respective Pro Laudibus, quæ verba repetuntur singulis diebus Octavarum rubeis characteribus ante numerum remissivum; idest:

Paginae corrigendae ob notitias acceptas post earum impressionem.

Pag.487, columna 1, versu penultimo dicatur— Vesp. a Capit. de seq.
Columna 2, versu 4, dicatur — Duplex.
Versu 21, dicatur—Vesperæ a Capitulo de sequenti.
Pag. 488, columna 1, versib. 11 et 12 ita dicatur — Vesp. de seq. comm. præcedentis et Feriæ.
Versu 16, dicatur — Duplex ii. Classis.
Pag.489, colum. 2, post versum 11 adjungatur — Deinde fit comm. praced. Antiph. Hic vir. ℣. Justum. Oratio, ut supra.
Vide pro notitiis Kalendarium 17 et 18 Mar. pag. XVIII.



SUMMA BULLÆ

URBANI PAPÆ VIII.

Bulla quæ incipit: Divinam Psalmodiam data Romæ die 25 Januarii anno 1631 declarat, se piorum doctorumque virorum adhibita cura, Breviarium a Pio V. editum, et a Clemente VIII. recognitum, a pluribus mendis expurgasse: Hymnos ad metri, et latinitatis regulas revocasse: in Psalmis, et Canticis interpunctionem editionis Vulgatæ restituisse: Sermones, Homilias, et Sanctorum historias, collatis veteribus manuscriptis, recognovisse. Quamobrem jubet, ut juxta hanc correctionem Romæ imprimatur, alibi juxta Romanum exemplar excudatur, servatis conditionibus in suprascripta Clementis VIII. Bulla enumeratis, quas fere iisdem verbis repetit. Adjungens, easdem conditiones servandas in impressione eorum, quæ a Breviario Romano ortum habent, cujusmodi sunt Missalia, Diurnalia, Officia parva Beatæ Mariæ Virginis, Officia majoris Hebdomadae, et alia id genus.

CONSTITUTIO SS. D. N.

PII PAPÆ SEXTI

QUA HUNC, ALIOSQUE DIVINI OFFICII LIBROS FF. MINORUM APPROBAT, AC NONNULLA CIRCA EORUMDEM LIBRORUM USUM IMPRESSIONEMQUE DISPONIT.

Religiosos Ordines, quos tamquam fertilia Agri Dominici plantaria circumspecta Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum providentia instituit, in visceribus paternæ gerentes charitatis, Fratrum Minorum Ordinem, Viris sanctitate, pietate, religione, sacrarum, eisque ancillantium bonarum litterarum scientia, ac propriæ, alienæque salutis studio maxime præditis fulgentem, singularibusque in Divinam Psalmodiam, et in hanc sanctam Sedem meritis conspicuum peculiari Apostolicæ dilectionis affectu complectimur etc. ut in novo Breviario.

DECRETUM

PII PAPÆ NONI.

ORDINIS MINORUM S.FRANCISCI.

Reverendissimus P. Fr. Bernardinus a Montefranco Minister Gen. tot. Ord. Min. S. Francisci.... a SS. Dño Nostro Pio Papa IX supplicibus votis postulavit, ut constituere, ac præcipere dignaretur (uti an. 1854 die 20 Jul. pro Ord. S. Franc. Conventual. constituit, præcepitque) ab omnibus utriusque sexus Alumnis Ordinis Minorum per orbem Divinum Officium persolvendum esse, ac Sacrosanctum Missæ Sacrificium celebrandum juxta Kalendarium perpetuum et generale proprii Ordinis Minorum impressum initio Breviarii Romani-Seraphici hoc ipso vertente anno Typis cusi in Typographia Tiberina, dimisso quocumque alio Officio Diœcesano, præter Officia Patroni præcipui Loci, Titularis, et Dedicationis Ecclesiæ Cathedralis sub ritu pro Regularibus a Rubricis et Decretis præscripto, ac alia particularia Officia ab hac S. Sede præceptive utrique Clero concessa. Sanctitas sua referente subscripto Sacrorum Rituum Congregationis Secretario, benigne in omnibus annuit juxta preces; dummodo Rubricae serventur. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 29 Aprilis 1858.

C. EP. ALBANEN. CARD. PATRITII S. R. C. PRÆF.

Loco ✠ Sigilli

H. CAPALTI S. R. C. SECRET.

DECLARATIO

SUPER PRÆCEDENTI DECRETO.

Ordinis Minorum S. Francisci Reformatorum.

SS. D. N. Pius Papa IX... injunxit, et declaravit, mentem suam esse, quod sequens clausula *ac alia particularia Officia ab hac S. Sede praeceptive utrique Clero concessa*, apposita in Decr. Ordin. Min. S. Franc. die 29 Apr. vertentis Anni, intelligenda sit *de Officiis utrique Clero in universo orbe communibus ex praecepto Sedis Apostol.* Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 2 Septemb. 1858.

C. EP. ALBANEN. CARD. PATRITII S. R. C. PRÆF.

Loco ✠ Sigilli

Pro R. S. D. Hannib. Capalti S. R. C. Secret.

JOSEPH M. STARNA SUBSTITUTUS.

DECRETA QUOAD OFFICIUM.

1. Quomodo terminantur Hymni in festo SS. Cordis D.N.J.C.quum in Missa Egredimini dicenda sit præfatio de Nativitate ? S. R. C. Resp. Ut in festis B. M.V. Die i. Septembris 1838. Gardell. num. 4696.

Confer Rubr. gen. Brev.Tit. 20, n. 4, et Rubr. pecul. num. 162.

2. Recitantes Officium parvum B. M.V. tantum, uti Clerici non in sacris, debent inchoare cum simplici Ave Maria, juxta Rubr. Tit. 32. n. 3. etiam Matutinum; et terminare uti habetur in Breviario (*videlicet sine* Dominus vobiscum *vel* Domine exaudi, *sine* Benedicamus Domino *et* ℣. Fidelium animæ *post Orationem cujuslibet Horae; sicuti etiam sine* ℣. Divinum auxilium , Pater, Ave, et Credo *post Completorium et* ℣. Dominus det nobis ; *sed statim post conclusionem Orationis dicere* Ave Maria *pro hora sequenti, vel omnino cessandum*). Et Decr. 26 Augusti 1752 de non addendo Alleluja tempore Paschali Officio parvo, quando recitatur ultra Off. diei, atque similis Rubrica de eodem Officio tempore Paschali (*sicut non omittitur* Gloria Patri *in fine Invitatorii tempore Passionis*); spectant etiam eos qui solum Officium parvum recitant. Die 12 Augusti 1854.

Confer Rubr. pecul. num. 239.

TABELLA TEMPORARIA

Anni Domini	Litterae Domin.	A. N.	Epactae	Septuagesima	Dies Cinerum	Pascha
1861	f	19	xviii	27 Jan.	13 Febr.	31 Mar.
1862	e	1	*	16 Febr.	5 Mar.	20 Apr.
1863	d	2	xi	1 Febr.	18 Febr.	5 Apr.
1864	c b	3	xxii	24 Jan.	10 Febr.	27 Mar.
1865	A	4	iii	12 Febr.	1 Mar.	16 Apr.
1866	g	5	xiv	28 Jan.	14 Febr.	1 Apr.
1867	f	6	xxv	17 Febr.	6 Mar.	21 Apr.
1868	e d	7	vi	9 Febr.	26 Febr.	12 Apr.
1869	c	8	xvii	24 Jan.	10 Febr.	28 Mar.
1870	b	9	xxviii	13 Febr.	2 Mar.	17 Apr.
1871	A	10	ix	5 Febr.	22 Febr.	9 Apr.
1872	g f	11	xx	28 Jan.	14 Febr.	31 Mar.
1873	e	12	i	9 Febr.	26 Febr.	13 Apr.
1874	d	13	xii	1 Febr.	18 Febr.	5 Apr.
1875	c	14	xxiii	24 Jan.	10 Febr.	28 Mar.
1876	b A	15	iv	13 Febr.	1 Mar.	16 Apr.
1877	g	16	xv	28 Jan.	14 Febr.	1 Apr.
1878	f	17	xxvi	17 Febr.	6 Mar.	21 Apr.
1879	e	18	vii	9 Febr.	26 Febr.	13 Apr.
1880	d c	19	xviii	25 Jan.	11 Febr.	28 Mar.
1881	b	1	*	13 Febr.	2 Mar.	17 Apr.
1882	A	2	xi	5 Febr.	22 Febr.	9 Apr.
1883	g	3	xxii	21 Jan.	7 Febr.	25 Mar.
1884	f e	4	iii	10 Febr.	27 Febr.	13 Apr.
1885	d	5	xiv	1 Febr.	18 Febr.	5 Apr.

FESTORUM MOBILIUM

Ascensio	Pentecostes	Corpus Christi	Indictio	Domin. post Pen.	Domin. Advent.
9 Maii	19 Maii	30 Maii	4	27	1 Dec.
29 Maii	8 Junii	19 Junii	5	24	30 Nov.
14 Maii	24 Maii	4 Junii	6	26	29 Nov.
5 Maii	15 Maii	26 Maii	7	27	27 Nov.
25 Maii	4 Junii	15 Junii	8	25	3 Dec.
10 Maii	20 Maii	31 Maii	9	27	2 Dec.
30 Maii	9 Junii	20 Junii	10	24	1 Dec.
21 Maii	31 Maii	11 Junii	11	25	29 Nov.
6 Maii	16 Maii	27 Maii	12	27	28 Nov.
26 Maii	5 Junii	16 Junii	13	24	27 Nov.
18 Maii	28 Maii	8 Junii	14	26	3 Dec.
9 Maii	19 Maii	30 Maii	15	27	1 Dec.
22 Maii	1 Junii	12 Junii	1	25	30 Nov.
14 Maii	24 Maii	4 Junii	2	26	29 Nov.
6 Maii	16 Maii	27 Maii	3	27	28 Nov.
25 Maii	4 Junii	15 Junii	4	25	3 Dec.
10 Maii	20 Maii	31 Maii	5	27	2 Dec.
30 Maii	9 Junii	20 Junii	6	24	1 Dec.
22 Maii	1 Junii	12 Junii	7	25	30 Nov.
6 Maii	16 Maii	27 Maii	8	27	28 Nov.
26 Maii	5 Junii	16 Junii	9	24	27 Nov.
18 Maii	28 Maii	8 Junii	10	26	3 Dec.
3 Maii	13 Maii	24 Maii	11	28	2 Dec.
22 Maii	1 Junii	12 Junii	12	25	30 Nov.
14 Maii	24 Maii	4 Junii	13	26	29 Nov.

KALENDARIUM NOVUM

Juxta Decr. 29 Aprilis 1858

ADDITIS PARTICULARITATIBUS DIEBUS SUIS PRO REGNO NEAPOLITANO

Officia, vel ritus noviter inclusi in Kalendario distinguntur hoc «...» signo.

Ciclus Epact.	L. D.		D. M.	**Januarius.**
*	A	Kal.	1	CircumcisioD. N. J. C. duplex ii. class. fol. 278
xxix	b	iv	2	Octava S.Stephani Protom. dupl. com. 2. Oct. 282
xxviii	c	iii	3	Octav. S. Joannis Ap. et Ev. dupl. com. Oct. SS. Innocentium. 282
xxvii	d	Prid.	4	Octav. SS.Innoc. dupl. 283
xxvi	e	Non.	5	Vigil. Epiph. sem. comm. S. Telesphori Papæ, et Mart. 283
25. xxv	f	viii	6	Epiphania Domini duplex i. classis cum Octava privilegiata. 285
xxiv	g	vii	7	De Oct. Epiph. sem. 291
xxiii	A	vi	8	De Oct. sem. } 292
xxii	b	v	9	De Oct. sem. } 292
xxi	c	iv	10	De Oct. sem. } 292
xx	d	iii	11	De Oct. sem. com. S. Hygini P. et M. 292
xix	e	Prid.	12	Dom. infra Octav. Epiph. sem. 293

xviii	f	Idib.	13	Oct. Epiph. dupl. 295
xvii	g	xix	14	Triumphi SS. Nominis Jesu, dupl. ii. cl. com. S. Felicis Presbyt. et M. in Laud. tant. 440
xvi	A	xviii	15	S. Pauli i. Eremitæ, dupl. com. S. Mauri Abb. 444
xv	b	xvii	16	SS. Berardi, Petri, Accursii, Adjuti, et Othonis Martyrum i. Ord. dupl. ii. class. 444
xiv	c	xvi	17	S. Antonii Abb. dupl. 445
xiii	d	xv	18	Cathedra S. Petri Romæ, dupl. maj. com. S. Pauli Apost. et S. Priscæ Virg. et Mart. 445
xii	e	xiv	19	S. Canuti Regis, et Mart. sem. com. SS. Marii etc. Martyrum. 448
xi	f	xiii	20	SS. Fabiani, et Sebastiani Martyrum. dupl. 449
x	g	xii	21	S. Agnetis V. et M. duplex (Apud Moniales S. Claræ duplex maj.) 449
ix	A	xi	22	SS. Vincentii, et Anastasii Martyrum sem. 451
viii	b	x	23	Despons. B. M. V. duplex maj. cum comm. S. Josephi, ac S. Emerentianæ V. et M. 452
vii	c	ix	24	S. Timothei Episc.. et Mart. « dupl. » (1). 454

(1) Ex Decreto Urbis et Orbis, 18 Mai 1854.

vi	d	viii	25	Conversio S. Pauli Apost. dup.maj.com. S.Petri. 455
v	e	vii	26	S. Polycarpi Episc. et M. « duplex » (1). 457
iv	f	vi	27	S. Joannis Chrysostomi Ep. Conf. et Eccles. Doctoris dupl. 457
iii	g	v	28	B.Matthæi ab AgrigentoEp. et Conf. i. Ord. dupl.com. S. Agnetis secundo. 458
ii	A	iv	29	S. Francisci Salesii Ep. et Conf. dupl. 459
i	b	iii	30	S.Hyacinthæ de Mariscottis Virg. iii. Ord. duplex ii. class. 459
*	c	Prid.	31	B. Ludovicæ de Albert. Viduæ iii. Ord. dupl. 459

Ciclus Epact.	L. D.		D. M.	**Februarius.**
xxix	d	Kal.	1	B.Andreæ deComitib.Conf. i. Ord. dupl. maj. 460
xxviii	e	iv	2	Purificatio B. M. V. duplex ii. class. 460
xxvii	f	iii	3	B. Odorici Conf. i. Ord. duplex comm. S. Blasii Ep. et Mart. 463
25.xxvi	g	Prid.	4	S.Josephi a Leonissa Conf. Ord. Min.Cappucc. dupl. maj. 464
xxv. xxiv.	A	Non.	5	BB. Petri Baptistæ, et Soc. Mart. i. et iii. Ord. dupl. ii. class. 464

(1) Ex eod. Decr. 18 Maii 1864.

xxiii	b	viii	6	S. Agathæ Virg. et Mart. dupl. com. S. Dorotheæ Virg. et M. 464
xxii	c	vii	7	B. Antonii de Stronconio Conf. i. Ord. dup. maj. 467
xxi	d	vi	8	S. Joannis de Matha Conf. dupl. 467
xx	e	v	9	S. Apolloniæ Virg. et Mart. duplex. 468
xix	f	iv	10	S. Scholasticæ Virg. duplex. 468
xviii	g	iii	11	B. Joannæ Valesiæ Viduæ duplex maj. 468
xvii	A	Prid.	12	S. Petri Nolasco Conf. duplex. 468
xvi	b	Idib.	13	B. Viridianæ Virg. iii. Ord. dupl. 469
xv	c	xvi	14	S. Andreæ Corsini Episc. et Conf. dupl. com S. Valentini Presbyt. et M. 469
xiv	d	xv	15	S. Romualdi Abb. duplex com. Transl. S. Antonii Patav. ac SS. Faustini, et Jovitæ Martyrum. 470
xiii	e	xiv	16	B. Philippæ Mareriæ Virg. ii. Ord. dupl. 471
xii	f	xiii	17	S. Hilarii Ep. C. « et Eccl. Doct. (3) duplex » 471
xi	g	xii	18	S. Marcelli Papæ et M. semid. com. S. Simeonis Ep. et Mart. 472
x	A	xi	19	S. Conradi Conf. iii. Ord. duplex maj. 472

(3) Decr. 10 Jan. 1852.

ix	b	x	20	S. Raymundi de Pennafort. Conf. sem. 472
viii	c	ix	21	S. Angelæ Mericiæ Virg. iii. Ord. dupl. 473
vii	d	viii	22	S. Margaritæ de Cortona Pœnit. iii. Ord. duplex ii. class. 473
vi	e	vii	23	Cathedra S. Petri Antiochiæ dupl. maj. com. S. Pauli et Vigil. (in anno communi). 476
v	f	vi	24	S. Mathiæ Ap. duplex. ii. class. 477
iv	g	v	25	B. Sebastiani ab App. Conf. i. Ord. dupl. 477
iii	A	iv	26	S. Ignatii Ep. et Mart. «duplex» (*a*). 477
ii	b	iii	27	B. Eustochii Virg. ii. Ord. duplex. 478
i	c	Prid.	28	B. Thomæ a Cora Confess. i. Ord. duplex. 478

In anno Bissextili Februarius est dierum 29. et fest. S. Mathiae Apost. celebratur die 25. ejusdem Mensis: Vigilia autem die 24 et Officia occurr. vel assignata dieb. 25. 26. 27. 28. celebrari debent diebus 26. 27. 28. 29.

(*a*) Ex eod. Decr. 18 Mai, 1854

Ciclus. Epact.	L. D.		D. M.	**Martius.**
*	d	Kal.	1	**B. Mathiæ de Nazaræis V. ii. Ord.** dupl. **479**
xxix	e	vi	2	**S. Martinæ V. et M.** sem. **479**
xxviii	f	v	3	**S. Titi Episc. et Confessoris** dupl. (1). **481**
xxvii	g	iv	4	**S. Casimiri C.** sem. comm. **S. Lucii P. et M. 481**
xxvi	A	iii	5	S. Joannis Josephi C. i. Ord. **dupl. ii. cl. 482**
25 xxv	b	Prid.	6	S. Coletæ V. ii. Ord. **dupl. ii. cl. 482**
xxiv	c	Non.	7	**S. Thomæ de Aquino C., et Eccles. Doct.** dupl. com. **SS. Perpetuæ, et Felicitatis M. 482**
xxiii	d	viii	8	**S. Joannis de Deo Confess.** dupl. **483**
xxii	e	vii	9	S. Catharinæ de Bon. V. ii. Ord. **dupl. ii. cl. 483**
xxi	f	vi	10	**SS. Quadraginta Martyrum** semid. **484**
xx	g	v	11	**S. Franciscæ Rom. Viduæ** duplex. **485**
xix	A	iv	12	**S. Gregorii I. Pap. C., et Eccles. Doct.** duplex. **485**
xviii	b	iii	13	**B. Rogerii C. i. Ord** dup. **485**
xvii	c	Prid.	14	**B. Petri de Treja C. i. Ord.** dupl. com. **Transl. S. Bonaventuræ. 486**
xvi	d	Idib.	15	**Commem. Sanctor., quorum Corp. et Reliq. in Eccles.**

(1) Ex Decr. 18 Maji 1854.

				trium Ord. S.P.N.Franc. asservantur. dupl. 486
xv	e	xvii	16	B. Petri Senens. C. iii.Ord. dupl. 487
xiv	f	xvi	17	S.Patritii Episc.et Confess. « duplex (*a*). » 487
xiii	g	xv	18	B. Salvatoris ab Horta C.i. Ord. dupl. 487
xii	A	xiv	19	S. Josephi Sponsi B. M. V. duplex ii. cl. (*b*). 488
xi	b	xiii	20	B. Joannis de Parma C. i. O. dupl. maj. 492
x	c	xii	21	S. Benedicti Abb. dupl. 492
ix	d	xi	22	S. Benvenuti Ep. et C. i.O. dupl. maj. 493
viii	e	x	23	S. Petri Damiani Ep. C. et Eccl. Doct. duplex 493
vii	f	ix	24	S. Gabrielis Archang. dupl. maj. 493
vi	g	viii	25	Annuntiatio B. M. V. duplex ii.cl. 497
v	A	vii	26	B. Rizzerii C.i.Or. dupl 500
iv	b	vi	27	B. Peregrini C. i. Ord. duplex. 500
iii	c	v	28	B. Marci de Monte Gallo C. i. Ord. dupl. 500

(*a*) Ex Decr. 12 Maii 1859. Ideo pag. 487 corrigendum juxta Monitum pag. IV.

(*b*) Non vero i.class. quia non Patronus praecipuus Regni, sed Monarchiae Catholicae. Vide Monitum quoad Kalendarium Romano-Neapolitano-Seraphicum. Ideo pag. 488, et 489. corrigendum juxta dictum Monit. pag. IV.

ii	d	iv	29	B. Paulæ Gambara Costa V duæ iii. Ord. dupl. 5(
i	e	iii	30	B. Angelæ Fulgin. Vid. i Ord., dupl. maj. 50
	f	Prid.	31	B. Bernardi a Corleone Or Min. Cappucc. sem. a libitum. 50
				Feria VI. post Dom. Pas Fest. Septem Dol. B. M. V dupl. maj. 5(

Cyclus Epact.	L. D.		D. M.	Aprilis.
xxix	g	Kal.	1	
xxviii	A	iv	2	S. Francisci de Paula Co dupl.
xxvii	b	iii	3	S. Benedicti a S. Philac pho Conf. i. Ord. du ii. cl.
25 xxvi	c	Prid.	4	S. Isidori Ep. C. et Ec Doct. dupl.
xxv	d	Non.	5	S. Vincentii Ferrerii (duplex.
xxiv				
xxiii	e	viii		
xxii	f	vii	7	
xxi	g	vi	8	B. Juliani a S. Aug C. i. O. dupl.
xx	A	v	9	
xix	b	iv	10	
xviii	c	iii	11	S. Leonis I. Pp. C. et Doct. dupl.
xvii	d	Prid.	12	B. Angeli a Clavasi Ord. dupl.
xvi	e	Idib.	13	S. Hermenegildi M. S

xv	f	xviii	14	— SS. Tiburtii, et soc. Mart. simplex. 509
xiv	g	xvii	15	
xiii	A	xvi	16	S. Raphaelis Arch. duplex ii. cl. 510
xii	b	xv	17	— S. Aniceti P. et M. simplex. 513
xi	c	xiv	18	B. Andreæ Hybernonii C. i. Ord. duplex. 513
x	d	xiii	19	B. Conradi ab Asculo C. i. O. duplex. 513
ix	e	xii	20	
viii	f	xi	21	S. Anselmi Ep. C. et Eccl. Doct. duplex. 514
vii	g	x	22	SS. Soteris, et Caji Pont. et Mm. sem. 514
vi	A	ix	23	B. Ægidii C. i. Ord. dupl. 514
v	b	viii	24	S. Fidelis Mart. Ord. Min. Capp. duplex maj. 514
iv	c	vii	25	S. Marci Evang. dupl. ii. classis. 515
iii	d	vi	26	SS. Cleti, et Marcell. Pont. et Mm. sem. 515
ii	e	v	27	B. Jacobi a Bitecto C. i. O. dupl. 515
i	f	iv	28	B. Lucii C. i. Ord. duplex maj. com S. Vitalis M. 516
*	g	iii	29	S. Petri Mart. duplex 516
xxix	A	Prid.	30	S. Catharinæ Senens. Virg. duplex. 517
				Dom. iii. post Pascha. Patrocinii S. Joseph Sponsi B. M. V. duplex ii. cl. com. Dom. 517

Dom. v. post Pascha Ded. Basilicæ Assiens. S. P.N. Franc. com. Dom. 520

Cyclus Epact.	L. D.		D. M.	Majus.
xxviii	b	Kal.	1	SS. Philippi, et Jacobi Ap. duplex ii. cl. 520
xxvii	c	vi	2	S. Athanasii Ep. Conf. et Eccl. Doct. dupl. 521
xxvi	d	v	3	Inventio S. Crucis, duplex ii.cl. com. SS. Alexandri et Soc. In Laud. tant 521
25. xxv	e	iv	4	S. Monicæ Vid. duplex 525
xxiv	f	iii	5	S. Pii V. Pp. et C. dupl 525
xxiii	g	Prid.	6	S. Joannis ante portam Latinam, dupl. maj. 525
xxii	A	Non	7	S. Stanislai Episc. et Mart. dupl. 526
xxi	b	viii	8	Apparitio S. Michaelis Archang. dupl. maj. 526
xx	c	vii	9	S. Gregorii Nazianz. Episc. C. et Eccl. Doct. dupl 526
xix	d	vi	10	S. Antonini Ep. et C. dupl. com. SS. Gordiani et Epimachi Mm. 526
xviii	e	v	11	S. Georgii M. sem. 527
xvii	f	iv	12	SS. Nerei, etc. Martyrum sem. 527
xvi	g	iii	13	S. Petri Regalati C. i. Or. duplex ii. cl. 528
xv	A	Prid.	14	B. Francisci a Fabriano. i. O. dupl. com. S. Bonifacii Mart. 528

xiv	b	Idib	15	**B. Benvenuti a Recineto C. i. O.** dupl. **529**
xiii	c	**xvii**	**16**	**S. Joannis Nepom. Martyr.** dupl. **529**
xii	d	**xvi**	**17**	S. Paschalis Bayl. Confess. i. Ord. **d. ii. cl. 529**
xi	e	**xv**	**18**	S. Felicis a Cantal. C. Ord. Min. Capp. **d. maj. 534**
x	f	**xiv**	**19**	S. Ivonis C. iii. Ord. **d. maj.** com. **S. Pudentianæ. 534**
ix	g	**xiii**	**20**	S. Bernardini Senens. C. i. Ord. **dupl. ii. cl. 535**
viii	A	**xii**	**21**	**S. Venantii M.** dupl. **535**
vii	b	**xi**	**22**	**B. Humilianæ Vid. iii. O.** dupl. **537**
vi	c	**x**	**23**	**S. Petri Cœlestini Pp. et C.** dupl. **537**
v	d	**ix**	**24**	« B. Mariæ V. Titulo Auxilium Christianorū **dupl. maj. » 538**
iv	e	**viii**	**25**	Transl. S. P. N. Francisci **dupl. maj.** com. **S. Urbani Pap. et M. 540**
iii	f	vii	**26**	**S. Philippi Nerii C.** duplex com. **S. Eleutherii Pp. et Mart. 541**
ii	g	vi	**27**	**S. Mariæ Magd. de Pazzis V.** dupl. com. **S. Joannis P. et M. 541**
i	A	v	**28**	**S. Gregorii VII. Papæ, et C.** dupl. **542**
*	b	iv	**29**	**S. Ubaldi Ep. et C.** semidupl. **542**
xxix	c	iii	**30**	B. Joannis de Prado Mart.

				i. Ord. dupl. maj. com. S. Felicis Pp. et M. 543
xxviii	d	Prid.	31	B. Gherardi a Villamagna C. iii. Ord. dupl. comm. S. Petronillæ V. 543 Feria VI. post oct. Corp. Christi; Fest. SS. Cordis D.N.J.C. dupl. maj. 544

Cyclus Epact.	L. D.		D. M.	**Junius.**
xxvii	e	Kal.	1	B. Jacobi a Strepa Ep. et C. i. Ord. dupl. 548
25 xxvi	f	iv	2	B. Baptistæ Varani V. ii. Ord. dupl. com. SS. Marcellini, etc. Mm. 549
xxv	g	iii	3	B. Andreæ de Hyspello C. i. O. dupl 549
xxiv				
xxiii	A	Prid.	4	S. Francisci Caracciolo C. duplex. 550
xxii	b	Non.	5	B. Pacifici a Ceredano Confess. i. Ord. duplex. 550
xxi	c	viii	6	S. Norberti Ep. et C. duplex. 550
xx	d	vii	7	
xix	e	vi	8	
xviii	f	v	9	—SS. Primi et Feliciani Mm. simplex. 551
xvii	g	iv	10	S. Margaritæ Reg. Scotiæ Viduæ sem. 551
xvi	A	iii	11	S. Barnabæ Apd. maj. 551
xv	b	Prid.	12	B. Guidi C. i. O. dupl. maj. com. SS. Basilidis, etc. Mart. 551

xiv	c	Idib.	13	S. Antoni de Padua Confess. i.Ord. dupl. ii.class.cum Oct. 552
xiii	d	xviii	14	S. Basilii Ep. Conf.et Eccl. Doct. dupl.com. Oct.556
xij	e	xvii	15	S. Joannis a S. Facundo Conf. duplex com. Oct. ac SS. Viti etc. Martyrum. 557
xi	f	xvi	16	De Oct. sem. 558
x	g	xv	17	De Oct. sem. 558
ix	A	xiv	18	De Oct. sem. com SS. Marci, et Marcelliani Martyrum. 558
viii	b	xiii	19	B. Michelinæ Vid. iii. Ord. dupl.com Oct.et SS. Gervasii, et Protasii Mm. 558
vij	c	xii	20	Octava S. Antonii duplex com. Silverii P.et M.559
vi	d	xi	21	S. Aloysii Gonzagæ Confes. duplex. 559
v	e	x	22	S.Julianæ V. dupl. comm. S. Paulini Ep. et C. 559
iv	f	ix	23	— Vigilia. 559
iii	g	viii	24	Nativ. S. Joannis Baptistæ dup. i. cl. cum Oct. 561
ii	A	vii	25	S. Gulielmi Abb. dupl.com. Oct. 565
i	b	vi	26	S. Joannis, et Pauli Mart. dupl. com. Oct. 565
*	c	v	27	B. Benvenuti C. i. O. dupl. maj. com. Oct. 567
xxix	d	iv	28	S. Leonis II. Pap. et C. sem. com. Oct. et Vig. 568

xxviii	e	iii	29	Sanctorum Petri, et Pauli Apostolorum duplex i. classis cum Octava. 568
xxvii	f	Prid.	30	Commemoratio S. Pauli Ap. duplex com. S. Petri, et Oct. S. Joannis. 572

Julius.

Dominica prima.

Cyclus Epact.	L. D.		D. M.	Pretiosiss. Sanguinis D. N. J.C. dup. ii. cl. commem. Dom. 574
xxvi	g	Kal.	1	Oct. S. Joan. Bapt. dup. com. Oct. SS. Ap. 581
25 xxv	A	vi	2	Visitatio B. M. V. duplex ii. class. com. SS. Processi, et Martin. Mm. in Laud. tant. 581
xxiv	b	v	3	De Octava SS. Apost. semidupl. 583
xxiii	c	iv	4	Anniversarium Dedic. Eccl. consecratarũ trium Ord. S. P. N. Franc. dupl. i. cl. cum Oct. 583
xxii	d	iii	5	B. Archangeli a Calataphimo C. i. Ord. dup. com. duarum Oct. 583
xxi	e	Prid.	6	Oct. SS. Ap. Petri, et Pauli dupl. com. Oct. Ded. 584
xx	f	Non.	7	B. Laurentii a Brund. C. Ord. Min. Capp. dup. com. Oct. Dedic. 585

xix	g	viii	8	S. Elisabeth Reg. Portug. Viduæ **dupl. maj.** comm. Oct. 585
xviii	A	vii	9	BB. Nicolai, et Soc. Mm. i. O **dup. maj.** com Oct. 587
xvii	b	vi	10	SS. Septem Fratrum, ac SS. Rufinæ, et Secundæ Virg. et Mm. sem. com Oct. 588
xvi	c	v	11	Oct. Dedicationis, dup. com. S. Pii P. et M. 588
xv	d	iv	12	S. Joannis Gualberti Abb. dupl. com. SS. Naboris, et Felicis Mm. 589
xiv	e	iii	13	S. Anacleti Papæ et M. semidupl. 589
xiii	f	Prid	14	S. Bonaventuræ Ep. C. et Eccl. Doct. i. Ord. **dupl. ii. class.** cum Oct. 589
xii	g	Idib.	15	«B. Angelinæ de Marsciano Vid. iii. Ord. dupl.» commem. Oct. 593
xi	A	xvi	16	B. M. V. de Monte Carmelo, **dupl. maj.** comm. Oct. 593
x	b	xvi	17	S. Alexii C. sem. com Oct. 594
ix	c	xv	18	B. Simonis de Lypnica Conf. i. Ord. dup. comm. Oct. ac SS. Symphorosæ, et Filiorum ejus Mm. 594
viii	d	xiv	19	B. Joannis de Dukla Confes. i. O. dupl. com. Oct. 595
vii	e	xiii	20	S. Hieronymi Æmiliani C. dupl. com. Oct. et S. Margaritæ Virginis et Mart. 595

vi	f	xii	21	Octava S. Bonaventuræ, duplex comm S. **Praxedis Virg.**	596
v	g	xi	22	**S. M. Magdalenæ Pœnit.** duplex.	596
iv	A	x	23	**S. Apollinaris Ep. et Mart.** duplex comm. **S. Liborii Ep. et C.**	598
iii	b	ix	24	S. Francisci Solani C. i. O. **dupl.ii.cl.** comm. **Vigil. et S. Christinæ V. et M.** in Laud. tant.	599
ii	c	viii	25	S. Jacobi Maj. Ap. **dup.ii.cl.** comm **S. Christophori M.** in Laud. tant.	600
i	d	vii	26	S. Annæ Matris B. M. V. **duplex maj.**	600
*	e	vi	27	**B. Cunegundis Virg. ii. Ord.** duplex, comm. **S. Pantaleonis Martyris.**	600
xxix	f	v	28	**SS. Nazarii, Celsi, et Victoris Martyrum ac Innocentii Papæ et C.** sem.	601
xxviii	g	iv	29	**S. Marthæ V.** sem. com **SS. Felicis etc. Mm.**	601
xxvii	A	iii	30	**S. Camilli de Lellis C.** dupl. com **SS. Abdon, et Sennen Mm.**	602
25 xxvi	b	Prid.	31	**S. Ignatii Conf.** dupl.	602

Cyclus Epact.	L. D.		L. M.	Augustus.
xxv	c	Kal.	1	S. Petri ad Vincula, **dupl. maj.** com. **S. Pauli, et SS. Machab. Mm.** 603
xxiv				
xxiii	d	iv	2	Dedicatio S. Mariæ Angelorum **duplex maj.** com. **S. Stephani P. et M.** 605
xxii	e	iii	3	**Inventio Corp. S. Stephani Prot.** sem. 606
xxi	f	Prid	4	«S. P. N. Dominici C. Fund. Ord. Præd. **dupl. i. clas.** cum Oct. » 606
xx	g	Non.	5	Dedic. S. Mariæ ad Nives, **dup. maj.** com. Oct. 611
xix	A	viii	6	Transfiguratio D. N. J. C. **dupl. maj.** comm. **Oct. ac SS. Xysti etc. Mm.** 611
xviii	b	vii	7	S. Cajetani C. dupl. comm. **Oct. ac S. Donati Ep. et Mart.** 616
xvii	c	vi	8	**SS. Cyriaci, etc. Mm.** sem. comm. **Oct.** 616
xvi	d	v	9	**S. Vincentii a Paulo Conf.** dup. com. **Oct. et Vigil. ac S. Romani Mart.** 617
xv	e	iv	10	S. Laurentii Mart. **duplex ii. class.** cum Oct. 618
xiv	f	iii	11	**Oct. S. P. N. Dominici** dupl. com. **Oct. S. Laur., ac SS. Tiburtii, et Sus. Mm.** 620
xiii	g	Prid.	12	S. Claræ Virg. Omnium Clarissarum Institutr. **dupl. i. class.** cum Oct. 620

xii	A	Idib.	13	**B. Petri a Molleano C. i. O.** duplex comm. **duar. Oct. ac. SS. Cassiani, et Hippolyti Martyrum. 624**
xi	b	xix	14	**B. Sanctes C. i. O.** duplex com. **2. Oct., Vigil. ac S. Eusebii Confess. 625**
x	c	xviii	15	Assumptio B. M. V. **duplex i. class.** cum Oct. **626**
				Dom. infra Oct. Assumpt. S. Joachim Conf. Patris B.M.V. **duplex maj.** com. **Dom. et Oct. 628**
ix	d	xvii	16	S. Rochi Conf. iii. Ord. **dupl. maj.** comm. **trium Octavarum. 629**
viii	e	xvi	17	**Oct. S. Laurentii** dupl. com. **duarum Oct. 630**
vii	f	xv	18	**S. Helenæ Imperatricis Viduæ** duplex comm. **duarum Oct. et S. Agapiti Martyris. 630**
vi	g	xiv	19	S. Ludovici Ep. et C. i. Ord. **dupl. ii. cl.** cum com. **diei Oct. S. Claræ tant. 631**
v	A	xiii	20	**S. Bernardi Abb. C. et Eccles. Doct.** dupl. comm. **Octavæ. 632**
iv	b	xii	21	**B. Joannæ Franciscæ Fremiot Vid.** dupl. comm. **Octavæ. 632**
iii	c	xi	22	**Oct. Assumpt. B.M.V.** dupl. comm. **SS. Timothei etc. Mart. 633**

				Dom. post Octav. Assumpt. « Purissimi Cordis B. M. V. duplex maj. »	633
ii	d	x	23	S. Philippi Benitii C. duplex.	635
i	e	ix	24	S. Hyacinthi C. dupl. com. Vigiliæ.	636
*	f	viii	25	S. Bartholomæi Ap. dupl. ii. class.	636
xxix	g	vii	26	S. Ludovici Regis Francor. iii. Ord. duplex ii. class. com. S. Zephyrini Pap. et Mart. in Laud. tant.	636
xxviii	A	vi	27	S. Josephi Calasanctii Conf. duplex.	637
xxvii	b	v	28	S. Augustini Ep. C. et Eccl. Doct. duplex com. S. Hermetis Mart.	638
xxvi	c	iv	29	Decollatio S. Joannis Bapt. duplex maj. com. S. Sabinæ Martyris.	638
25. xxv	d	iii	30	S. Rosæ Limanæ V. dupl. commem. SS. Felicis, et Adaucti Martyrum.	640
xxiv	e	Pird.	31	S. Raymundi Nonnati Conf. dupl.	640

September.

Cyclus Epact.	L. D.		D. M.		
xxiii	f	Kal.	1	B. Isabellæ V. ii. Ord. dupl. com. S. Ægidii Abb. et SS. XII. Fratrum Mm.	641
xxii	g	iv	2	S. Stephani Hungariæ, Regis Conf. sem.	641

xxi	A	iii	3	BB. Joannis de Perusio, et Petri de Saxoferrato Mm. i. O. duplex. 641
xx	b	Prid.	4	S. Rosæ Viterbiens. V. iii. O. duplex ii. class. 642
xix	c	Non.	5	B. Gentilis a Mathelica Mart. i. O. duplex. 643
xviii	d	viii	6	B. Vincentii ab Aquila C. i. O. duplex. 643
xvii	e	vii	7	S. Laurentii Justiniani Ep. et C. sem. 643
xvi	f	vi	8	Nativitas B. M. V. duplex ii. class. cum Oct. et com. S. Adriani Mart. in Laud. tant. 643
				Domin. infra Oct. Nativitat., SS. Nominis B. Mariæ Virginis duplex maj. com. Domin. 645
xv	g	v	9	B. Seraphinæ Sfortiæ Viduæ ii. O. dupl. com. Oct. Nat. et S. Gorgonii Mart. 645
xiv	A	iv	10	S. Nicolai de Tolentino C. dupl. com. Oct. 646
xiii	b	iii	11	De Oct. Nativ. sem. comm. SS. Proti, et Hyacinthi Mart. 646
xii	c	Prid.	12	S. Alphonsi M. de Ligorio Ep. et C. dupl. cum com. Octavæ. 647
xi	d	Idib.	13	S. Veronicæ de Julianis V. ii. O. dupl. com. Oct. 647
x	e	xviii	14	Exaltatio S. Crucis, duplex maj. com. Octavæ. 648

ix	f	xvii	15	Oct. Nativ. B. M. V. duplex com. S. Nicomedis M. 649 Dom. III vel IV. Festum VII Dol. B. M. V. dupl. maj. comm. Dom. 650
viii	g	xvi	16	SS. Cornelii Pp. et Cypriani Ep. Mm. sem. com. SS. Euphemiæ etc. Mm. 655
vii	A	xv	17	Impressio Sacrorũ Stigmatum in Corp. S. P. N. Francisci duplex ii. cl. 656
vi	b	xiv	18	S. Josephi a Cupertino C. O. M. Conv. duplex 659
v	c	xiii	19	S. Januarii Ep. præcipui Patr. Regni Neap. dupl. i. classis. 659
iv	d	xii	20	SS. Eustachii, et Soc. Mart. dupl. com. Vigiliæ. 660
iii	e	xi	21	S. Matthæi Ap. et Ev. dupl. ii. classis. 660
ii	f	x	22	S. Thomæ de Villanova duplex comm. SS. Mauritii, et Soc. Mart. 661
i	g	ix	23	« Inventio corporis S. Claræ Virgin. omnium Clariss. Institutr. duplex » com. S. Theclæ V. et Mart. 662
*	A	viii	24	S. Pacifici a S. Severino C. i. O. duplex ii. cl. 666
xxix	b	vii	25	B. Mariæ Virg. de Mercede dupl. maj. 667
xxviii	c	vi	26	B. Luciæ a Calatajerone V. iii. O. dupl. com. SS. Cypriani, et Justinæ Mm. 667

xxvii	d	v	27	S. Elzearii C. iii. O. dupl. maj. 667
25 xxvi	e	iv	28	B. Bernardini de Feltria C. i. O. dupl. 668
xxv xxiv	f	iii	29	Dedicatio S. Michaelis Archang. dupl. ii. class. 668
xxiii	g	Prid.	30	S. Hieronymi Presb. Conf. et Eccles. Doct. dupl. 672

October.

Cyclus Epact.	L. D.		D. M.	Domin. Prima Solemnitas SS. Rosarii B. M. V. dup. maj. com Dom. 672
xxii	A	Kal.	1	B. Ludovicæ a Sabaudia Vid. ii. O. dupl. com. S. Remigii Ep. et C. 673
xxi	b	vi	2	SS. Angelorum Custodum, duplex. 673
xx	c	v	3	SS. Cosmæ, et Damiani Mart. sem. com. Vigil. S. P. N. Francisci, et Transl. S. Claræ 676
xix	d	iv	4	Solemnitas S. P. N. Francisci C. Triū Ordinum Fundatoris dupl. i. class. cum Oct. 678
xviii	e	iii	5	B. Joannis a Pinna C. i. O. dupl. com. Oct. et SS. Placidi, et Soc. M. 685
xvii	f	Prid.	6	S. Brunonis C. dupl. cum comm. Oct. 685
xvi	g	Non.	7	S. Henrici Imperat. et C. sem. com. Oct., S. Marci

				Pp. et Conf., ac Ss. Sergii, et Soc. Mm. 686
xv	A	viii	8	S. Birgittæ Vid. dupl. com. Oct. 687
				Dominica Secunda. Maternitatis B. M. V. dupl. maj. com. Dom. et Oct. S. P. N. Francisci, si occurrat in ea. 687
xiv	b	vii	9	SS. Dionysii Ep. Rustici, et Eleutherii Mm. sem. com. Oct. 690
xiii	c	vi	10	S. Francisci Borgiæ C. « semiduplex » com. Oct. 690
xii	d	v	11	Oct. S. P. N. Francisci, duplex. 691
xi	e	iv	12	S. Seraphini de Monte Granario C. Ord. Min. Capp. dupl. 691
x	f	iii	13	SS. Danielis et Soc. Mm. i. O. dupl. ii. classis 691
ix	g	Prid.	14	S. Callisti Pp. et M. dup 692
viii	A	Idib.	15	S. Teresiæ V. dupl. 692
				Dominica Tertia. Puritatis B. M. V. dup. maj. com. Dom. 693
vii	b	xvii	16	S. Wenceslai Ducis Bohemiæ Mart. sem. 696
vi	c	xvi	17	S. Hedwigis Ducissæ Poloniæ Vid. sem. 696
v	d	xv	18	S. Lucæ Evangelistæ dupl. ii. class. 696
iv	e	xiv	19	S. Petri de Alcantara C. i. Ord. dupl. ii. class. 697

iii	f	xiii	20	S. Joannis Cantii C. dupl. 701
ii	g	xii	21	SS. Ursulæ, et Soc. Vv. et Mm. dupl. (Apud Moniales S. Claræ duplex majus.) commem. S. Hilarionis Abb. 703
i	A	xi	22	B. Ladislai de Gielniow C. i. O. dupl. 703
*	b	x	23	S. Joannis a Capistrano C. i. O. dupl. ii. cl. 704
xxix	c	ix	24	S. Eduardi Regis C. sem. 704
xxviii	d	viii	25	« B. Francisci de Calderola C. i. O. dup. » comm. SS. Chrysanthi, et Dariæ Martyrum. 705
xxvii	e	vii	26	S. Lini Pp. et M. sem. com. S. Evaristi Pp. et M. 705
xxvi	f	vi	27	« B. M. Franciscæ a Vulnerib. dup. » com Vigil. 706
25 xxv	g	v	28	SS. Simonis, et Judæ Ap. dupl. ii. cl. 706
xxiv	A	iv	29	SS. Festi, et Soc. Mm. semidup. 706
xxiii	b	iii	30	B. Bonaventuræ a Potentia C. Ord. Min. Conv. sem. ad libitum. 707
xxii	c	Prid.	31	B. Thomæ a Florentia C. i. O. dup. com. Vigiliæ. 707

Cyclus Epact.	L. D.		D. M.	November.
xxi	d	Kal.	1	Omnium Sanctorum, dupl. i. class. cum. Oct. 707
xx	e	iv	2	De Octava, sem. Commemo-

				ratio Omnium Fid. Defunctorum, dupl. 711
xix	f	iii	3	De Octava sem. 712
xviii	g	Prid.	4	S. Caroli Ep. et C. dupl. com. Oct. et B. Helenæ Virg. ii. Ord. ac SS. Vitalis, et Agricolæ Mm. 712
xvii	A	Non.	5	B. Raynerii C. i. O. dupl. com. Oct. 713
xvi	b	viii	6	De Octava, sem. 713
xv	c	vii	7	B. Bernardini a Fossa C. i. Ordinis dupl. 713
xiv	d	vi	8	Oct. Omnium Sanctorum dupl. comm. Ss. Quatuor Coronatorum Mm. 714 Dominica Secunda. Patrocinii B. M. V. duplex maj. cum com. Dom. 714
xiii	e	v	9	Dedic. Basil. Salvatoris, dupl. comm. S. Theodori M. 714
xii	f	iv	10	S. Andreæ Avellini C. dup. commem. Ss. Tryphonis etc. Mm. 715
xi	g	iii	11	S. Martini Ep. et C. duplex comm. S. MennæM. 715
x	A	Prid.	12	S. Didaci C. i. Or. duplex ii. class. 717
ix	b	Idib.	13	S. Martini I. Papæ, et M. sem. 721
viii	c	xviii	14	B. Gabrielis Ferretti C. i. Ordinis dupl. 721
vii	d	xvii	15	S. Gertrudis Virg. dupl 721
vi	e	xvi	16	S. Agnetis Virg. Assisiensis,

				Germanæ Soror. S. Claræ ii. O. duplex maj. 721
v	f	xv	17	B. Salomeæ V. ii. Ordinis dupl. 722
iv	g	xiv	18	Dedicatio Basilicarum Ss. Ap. Petri, et Pauli dup 722
iii	A	xiii	19	S. Elisabeth Hungariæ Reg. filiæ, Viduæ iii. Ord. dup. ii. classis cum com. S. Pontiani Papæ, et M. in Laudibus tant. (Apud Tertiarios dupl. i. cl. cum oct.) 722
ii	b	xii	20	S. Felicis de Valois Confess. duplex. 723
i	c	xi	21	Præsentatio B. M. V. dup. maj. 723
*	d	x	22	S. Cæciliæ V. et M. dupl. 724
xxix	e	ix	23	S. Clementis P. et M. dupl. com. S. Felicitatis M. 725
xxviii	f	viii	24	S. Joannis a Cruce C. dupl. com. S. Chrysogoni M. 726
xxvii	g	vii	25	S. Catharinæ Virg. et M. dup. 727
25 xxvi	A	vi	26	B. Leonardi a Portu Mauritio Confess. i. Ord. dupl. majus commemor. S. Petri Alexandrini Episc. et Martyr. 727
xxv xxiv	b	v	27	B. Delphinæ V. iii. O. dupl. majus comm. « B. Raymundi Lulli M. iii. O. » 730
xxiii	c	iv	28	S. Jacobi de Marchia Conf. i. Ord. duplex ii. cl. 730

xxii	d	iii	29	Omnium SS. Trium Ord. S. P. N. Franc. **duplex ii. cl.** com. **Vig.** ante Adv. ac **S. Saturnini Mart.** in Laud. tant. **416**
xxi	e	Prid.	30	S. AndreæAp.**dup.ii.cl. 419**

Cyclus Epact.	L. D.		D. M.	**December.**
xx	f	Kal.	1	
xix	g	iv	2	**S. Bibianæ V. et M.** semidup. **421**
xviii	A	iii	3	**S. Francisci Xaverii Conf.** duplex **422**
xvii	b	Prid.	4	**S. Petri Chrysologi Ep. C. et Eccles. Doct.** dupl. com. **Fer.** ac **S. Barbaræ V. et Mart. 422**
xvi	c	Non.	5	**B. Elisabeth BonæV. iii. O.** sem. ad libitum com. **Feriæ,** ac **S. Sabbæ Abbatis 423**
xv	d	viii	6	**S. Nicolai Ep. et C.** duplex com. **Feriæ 423**
xiv	e	vii	7	**S. Ambrosii Episc. Conf. et Ecclesiæ Doct.** dupl. com. **Feriæ 423**
xiii	f	vi	8	Immaculata **Conceptio B.** Mariæ **Virg. Universi** Seraphici nostri Ordinis sub hoc Mysterio singularis Patronæ, **duplex i. classis** cum Octava, commem. **Feriæ. 424**

xii	g	v	9	De Octava, semid. comm. Fer. 428
xi	A	iv	10	Translatio Almæ Domus Lauretanæ, duplex maj. com. Feriæ, et S. Melchiadis P. et M. 428
x	b	iii	11	S. Damasi Papæ, et C. sem. com. Oct. et Fer. 430
ix	c	Prid.	12	Inventio Corporis S. P. N. Franc. duplex maj. com. Oct. et Fer. 431
viii	d	Idib.	13	S. Luciæ V. et M. dupl. com. Octavæ, et Fer. 433
vii	e	xix	14	S. Gregorii Thaumaturgi Ep. et C. sem. com. Octavæ, et Fer. 434
vi	f	xviii	15	Octava Immaculatæ Concept. B.M.V. dupl. com. Feriæ 435
v	g	xvii	16	S. Eusebii Ep. et M. sem. comm. Feriæ. 435
iv	A	xvi	17	» B. Margaritæ Columnæ ii. O. dupl.» comm. Fer. 435
iii	b	xv	18	Expectatio Partus B. M. V. dupl. maj. com. Feriæ 435
ii	c	xiv	19	B. Conradi ab Ophyda C. i. O. dupl. com. Feriæ 438
i	d	xiii	20	— Vigilia, de qua in Offic. nihil. 438
*	e	xii	21	S. Thomæ Ap. dupl. ii. cl. comm. Feriæ 438
xxix	f	xi	22	
xxviii	g	x	23	B. Nicolai Factoris i. O. dupl. com. Feriæ 439

xxvii	A	ix	24	— Vigilia.	256
xxvi	b	viii	25	Nativitas D.N. J.C. dupl. i. class. cum Octava	259
25 xxv	c	vii	26	S. Stephani Protom. dup. ii. cl. cum Octava com. Oct. Nativ.	265
xxiv	d	vi	27	S. Joannis Ap. et Ev. dup. ii. cl. cum Oct. et com. 2. Octavar.	267
xxiii	e	v	28	SS. Innocentium Mm. dup. ii. class. cum Oct. et com. 3. Oct.	269
xxii	f	iv	29	S. Thomæ Cantuar. Ep. et M. sem. com. 4. Oct.	272
xxi	g	iii	30	De Domin. infra Oct. Nat. sem. (vel de ipsa Oct) com. 4. Oct.	275
xx	A	Prid.	31	S. Silvestri I. Papæ C. dup. com. 4. Oct.	277



DUÆ TABELLÆ

EX RUBRICIS GENERALIBUS EXCERPTÆ.

In quarum prima statim videri poterit, de quo celebrandum erit Officium, si plura eodem die Festa occurrant.

In secunda vero, quomodo Officium praecedens concurrat in Vesperis cum Officio sequentis diei.

Ex utraque Tabella hoc ordine reperietur, quod quaeritur.

Primum inveniatur numerus positus in quadrangulo illo, in quo Festa, de quibus est controversia, sibi invicem occurrunt, deinde legatur Regula juxta dictum numerum descripta, et ex ea clare videbitur quid sit agendum.

Exempli gratia. Quadrangulus, in quo sibi invicem occurrunt Duplex primæ classis, et Dominica primæ classis, erit qui est in angulo superiori primæ Tabellæ, in quo signatus est numerus 1, quia si ad eum tam Duplex, quam Dominicá prædicta ex eorum locis recto tramite pergerent, in eo sibi invicem occurrerent. Regula autem juxta dictum numerum apposita sic habet.

1. *Translatio de primo, Officium de secundo.*

Idest, Duplex primæ classis prædictum transferatur, et Officium fiat de Dominica primæ classis: quia cum in his Regulis dicitur, De primo seu præcedenti, intelligitur de Festo in superiori parte Tabellæ apposito, ut Duplex

prædictum: cum de secundo, vel sequenti, de Festo in inferiori parte sub numeris apposito, ut Dominica prædicta.

In aliquibus autem Quadrangulis nullus appositus est numerus, vel quia nullus occursus, neque concursus esse potest, vel quia in propriis locis adnotatur in Diurnali quid sit agendum.

Scire tamen oportet, quæ sint Duplicia primæ, et secundæ classis et majora per annum, et quæ Dominicæ, et Feriæ majores dicantur.

DUPLICIA PRIMÆ CLASSIS

In quibus nulla fit commemoratio quorumcumque Festorum, nisi prout in Rubricis tam generalibus, quam particularibus Breviarii.

Nativitas Domini.
Epiphania Domini.
Pascha Resurrectionis cum tribus antecedentibus, et duobus sequentibus diebus.
Ascensio Domini.
Pentecostes, cum duobus sequentibus diebus.
Festum Corporis Christi.
Festum Dedicationum Ecclesiarum omnium Consecratarum trium Ordinum S. P.N. Francisci.
Immaculata Conceptio B.M.V. universi Seraphici Ord. Nostri sub hoc Mysterio singularis Patronæ.
Assumptio B. M. Virginis.
Nativitatis S. Joannis Baptistæ.
SS. Apostolorum Petri, et Pauli.
S. P.N. Dominici Ord. Prædic. Fundat.
Seraphici S.P.N. Francisci, Trium Ord. Fundatoris.
Omnium Sanctorum.
S. Claræ Virginis, secundi Ordinis Institutricis.

S. Ludovici Regis Francorum, Tertii Ordinis S. P. N. Francisci extra Claustra Patroni, *apud ipsos Tertiarios tantum*.
S. Elisabeth Hungariæ, Monialium Tertiæ Regulæ Patronæ, *apud ipsas tantum*.
Patroni Principalis Civitatis Episcopalis, seu Loci, in qua, vel quo Conventus existit, *juxta Rubric. pecul. ad num. 18.*
Patroni principalis Ditionis, vel Provinciæ *juxta cit. Rubr. pecul. ad num. 19.*
Patroni Provinciæ Regularis.
Titularis Ecclesiæ Conventus, *juxta cit. Rubr. num. 12.*
Titularis Ecclesiæ Cathedralis, seu quasi Cathedralis, in cujus Diœcesi Conventus existit. *juxta easd. Rubr. n. 13.*

DUPLICIA SECUNDAE CLASSIS

In quibus de Simplicibus fit commemoratio in Laudibus tantum.

Festum SS. Trinitatis.
Circumcisionis Domini.
Inventionis S. Crucis.
Triumphi SS. Nominis Jesu.
Pretiosissimi Sanguinis D. N. J. C.
Dedicationis Ecclesiæ Cathedralis, vel quasi Cathedralis, *juxta Rubr. pecul. num. 14.*
Purificationis, Annuntiationis, Visitationis, Nativitatis } B. Mariæ Virginis.
Dedicationis S. Michaeli Archangeli.
S. Raphaelis Archangeli.
S. Joseph Sponsi B. M. V.
Patrocinii ejusd. S. Joseph.
Natalitia XI. Apostolorum.
Festa Evangelistarum.
Festum Omnium SS. trium Ordinum S. P. N. Francisci, *juxta Rubr. pecul. num. 126.*
SS. Innocentium.

S. Stephani Protomartyris.
S. Laurentii Martyris.
SS. Berardi, et Soc. Martyrum.
SS. Danielis, et Soc. Martyrum.
BB. Martyrum Japonensium.
S. Bonaventuræ Ep. Conf. et Eccl. Doct.
S. Ludovici Ep. et Conf.
Festum Sacror. Stigmatum in Corpore S. P. N. Francisci.
S. Antonii de Padua Conf.
S. Bernardini Conf.
S. Joannis a Capistrano Conf.
S. Jacobi de Marchia Conf.
S. Petri de Alcantara Conf.
S. Francisci Solani Conf.
S. Petri Regalati Conf.
S. Didaci Conf.
S. Paschalis Conf.
S. Benedicti a S. Philadelpho Conf.
S. Pacifici a S. Severino Conf.
S. Joannis Josephi a Cruce Conf.
S. Ludovici Regis Conf.
S. Catharinæ de Bononia Virg.
S. Coletæ Virg.
S. Rosae de Viterbio Virg.
S. Hyacinthæ Virg.
S. Elisabeth Hungariæ Vid.
S. Margaritæ de Corton.

DOMINICÆ MAJORES.

Dividuntur in duas classes.

DOMINICÆ PRIMÆ CLASSIS.

Quae numquam omittuntur.

Prima Adventus.
Prima Quadragesimæ.
Passionis.
Palmarum.
Paschæ.
In Albis.
Pentecostes.
Trinitatis.

DOMINICÆ SECUNDÆ CLASSIS

Quae non omittuntur, nisi occurrente Patrono, vel Titulari Ecclesiae, et ejusdem Dedicatione: et tunc de iis fit semper commemorat. in utrisque Vesperis, et Laudibus.

Secunda, Tertia, Quarta } Adventus.

Dominicæ { Septuagesimæ. Sexagesimæ. Quinquagesimæ.

Secunda, Tertia, Quarta } Quadragesimæ.

DUPLICIA MAJORA PER ANNUM

Quae Duplicibus minoribus praeferuntur.

Festum Dedicationis S. Mariæ Angelorum, seu Portiunculæ, *juxta Rubr. pecul. ad num. 2. Tit. X.*
Dedicationis Basilicæ Assis. S. P. N. Franc.
Transfigurationis Dom.
Exaltationis S. Crucis.
SS. Cordis Jesu.

B. Mariæ Virg.:
Desponsationis
Septem Dolorum
Festum B. M. V. Titulo Auxilium Christianorum.
Carmeli

B. Mariæ Virginis:
Ad Nives
SS. Cordis
SS. Nominis
De Mercede
Iterum Septem Dolorum
SS. Rosarii
Maternitatis
Puritatis
Patrocinii
Præsentationis
Expectationis

Translationis Almæ Domus Lauretanæ.
Apparitionis S. Michaelis Archangeli.

S. Gabrielis Archangeli.
S. Joachim Patris B. M. V.
Utriusque Cathedræ S. Petri.
S. Petri ad Vincula.
Conversionis S. Pauli.
S. Joannis ante Portam Latinam.
S. Barnabæ Apostoli.
Decollationis S. Joannis Baptistæ.
S. Fidelis a Sigmaringa Martyris.
BB. Martyrum Gorcomiensium.
B. Joannis de Prado Martyris.
S. Benvenuti Ep. et C.
Translationis corporis S. P. N. Francisci.
Inventionis corporis ejusdem.
S. Felicis a Cantalicio Conf.
S. Josephi a Leonissa Conf.
B. Benvenuti Conf.
B. Guidi Cortonensis C.
B. Joannis Parmensis Conf.
B. Andreæ de Comitibus Conf.
B. Antonii a Stronconio Conf.
B. Leonardi a Portu Mauritio Conf.
S. Ivonis Conf.
S. Elzearii Conf.
S. Rochi Conf.
S. Conradi Conf.
B. Lucii Conf.
S. Annæ Matris B. M. V.
S. Agnetis Assisiensis Virg.
B. Delphinæ Virg.
S. Elisabeth Reginæ Portugalliæ Vid.
B. Angelæ Fulginatis Vid.
B. Joannæ Valesiæ Vid.
S. Agnetis Virg. et Mart. *apud Moniales S. Clarae.*
SS. Ursulæ, et Soc. Virg. et Mart. *apud Moniales easdem.*

FERIÆ MAJORES

De quibus semper fit commemorat.

Adventus.
Quadragesimæ.
Quatuor Temporum.
Secunda Rogationum.

AD PRIMAM TABELLAM

I. Notandum, quod Duplex quodcumque, etiam Patroni, et Tituli Ecclesiæ, vel Dedicationis ejusdem, occurrens in Vigiliis Nativitatis Domini, et Pentecostes, in die Circumcisionis, in die Octava Epiphaniæ, in Feria quarta Cinerum, ac in tota majori Hebdomada, et infra Octavas Paschæ, et Pentecostes, in Ascensione Domini, in festo Corporis Christi, in festo Assumptionis B. Virginis, et omnium Sanctorum transfertur.

II. Infra Octavam Epiphaniæ fit tantum de Patrono, vel Titulari Ecclesiæ, et ejusdem Dedicatione, cum commemor. Octavæ: alia Festa transferuntur post Octavam.

III. Infra Octav. Corporis Christi, Semiduplex transfertur, neque fit de Duplici translato nisi i. vel ii. classis, et de ea quocumque adveniente Duplici fit commemoratio.

IV. Infra illas Octavas, in quibus fit de Festis occurrentibus, Semiduplex occurrens in Dominica, transfertur in proxime sequentem diem, quæ si fuerit impedita alio simili Festo, transfertur post Octavam.

V. De Octava Nativitatis Domini, Epiphaniæ, et Corporis Christi, semper fit commem. quocumque Festo in illis occurrente.

VI. De aliis Octavis, quæ non sunt in Kalendario, nihil fit a Feria quarta Cinerum usque ad Dominicam in Albis, et a Vigilia Pentecost. usque ad Festum Trinitatis inclusive, et a die 17 Decembris usque ad Epiphaniam.

VII. Dies Octavæ nunquam transfertur: ideo

quamquam Nativitas sancti Joannis Baptistæ occurrens in die Corporis Christi, transferatur in diem sequentem: non tamen transfertur Octava, sed de ea fit tantum commemoratio in Officio de Octava Corporis Christi. Circa alias vero Octav. observanda est *Rubrica pecul. ad N. 2. Tit. X.*

VIII. Si occurrat, ut Patronus, vel Titulus Ecclesiæ descriptus sit eodem die in Kalendario cum aliis Sanctis, in ea Ecclesia fit tantum de Patrono, vel Titulari, absque commemoratione aliorum. Qui si in dicto Kalendario descripti sint sub Officio Duplici, vel Semiduplici, transferuntur in primam diem simili Officio non impeditam ; et de eis fiet Officium Semiduplex , nisi tamen sint de majoribus Festis , quia tunc de translato quoque fiet Officium Duplex, ac si proprio die celebraretur. Si vero in Kalendario omnes sint tamquam Festum Simplex, de illis nihil fit.

IX. De Feriis Adventus , et Quadragesimæ , quando de eis non fit Officium , fit commemoratio in utrisque Vesperis , et Laudibus cujuscumque Festi: de Quatuor Temporibus, et Feria secunda Rogationum, ac Vigiliis, in Laudibus tantum. Si vero aliqua Vigilia occurrat in Adventu, Quadragesima, et Quatuor Temporibus, vel in diebus Festorum Duplicium primæ classis, sive Patroni, vel Tituli, aut Dedicationis Ecclesiæ, de ea nihil fit, nec etiam in Laudibus.



AD SECUNDAM TABELLAM

I. Notandum, quod in i. Vesperis diei Octavæ Ascensionis, et Corporis Christi, totum Officium fit de Octava cum commemoratione præcedentis Festi Duplicis, nisi fuerit Festum solemne principale, vel i. vel ii. classis, quia tunc de Festo fieret Officium, et commemoratio de Octava.

II. In ii. Vesperis diei Octavæ Epiphaniæ, Paschæ, Ascensionis, et Corporis Christi, de sequenti Duplici fit tantum commemor. nisi illud fuerit i. vel ii. classis, seu Patronus, vel Titulus, aut Dedicatio Ecclesiæ: quia tunc de Festo fieret Officium, et de Oct. commemor. Et similiter die Oct. Corporis Christi in ii. Vesp. concurrente cum die Octava S. Joannis Baptistæ, Vesperæ erunt de Octava Corporis Christi cum comm. Octavæ S. Joannis.

III. In ii. Vesperis Duplicis ii. classis non fit commemoratio de die infra Octavam, nisi quando de ea fieri debeat Officium die sequenti.

IV. Cum plures fiunt commemorationes, servetur hic ordo, de Duplici, de Dominica, de Semiduplici, de die infra Octavam, de Feria majori, seu Vigilia, de S. Maria in Sabbato, de Simplici.

SI OCCURRAT

Duplex primæ Classis, et

Duplex secundæ Classis.

Duplex per Annum.

Dies infra Octavam.

Dies Octavæ.

Semiduplex.

Sancta Maria in Sabbato.

Feria Major.

Vigilia.

1 Translatio de primo, Officium de secundo.
2 Officium de primo, translatio de secundo.
3 Commem. de primo, Officium de secundo.
4 Officium de primo, commem. de secundo.
5 Nihil de primo, Officium de secundo.
6 Officium de primo, nihil de secundo.
7 Officium de digniori, commemoratio de minus digno.
8 Officium de digniori, translatio de minus digno.

EODEM DIE.

Vigilia.	Feria Major.	Sancta Maria in Sabbato.	Simplex.	Semiduplex.	Dies Octavae.	Dies infra Octavam.	Duplex per Annum.	Duplex secundae Classis.	Duplex primae Classis.	Dominica per Annum.	Dominica secundae Classis.	Dominica primae Classis.
6	4	0	6	2	4	6	2	2	8	4	4	1
4	4	0	4	2	4	6	2	8	1	4	1	1
4	4	0	4	2	1	4	8	1	1	4	1	1
4	4	0	4	3	3	7	3	5	5	3	3	3
4	4	0	4	2	7	4	2	3	3	4	3	3
4	4	0	4	8	1	4	1	1	1	1	1	1
3	3	3	0	3	3	3	3	3	5	3	3	3
5	5	0	4	0	0	0	0	0	0	0	0	0
6	0	6	4	3	3	3	3	3	3	0	0	0
0	5	6	4	3	3	3	3	3	5	0	0	0

QUANDO
Dominica major seu i. vel ii. Classis cum
Domin. minor, seu per Annum.
Duplex primae Classis.
Duplex secundae Classis.
Patronus, seu Titulus Eccles.
Duplex per Annum majus.
Duplex per Annum minus.
Semiduplex.
Dies Octavæ.
Dies infra Octavam.

1 Totum de sequenti, nihil de precedenti.
2 Totum de præcedenti, nihil de sequenti.
3 Totum de sequenti, commemoratio de præcedenti.
4 Totum de præcedenti, commemoratio de sequenti.
5 Capitulum de sequenti, commemoratio de præcedenti.
6 Totum de digniori, commemoratio de minus digno.
7 Simplex, et S. Maria in Sabbato, Feria, et Vigilia non concurrunt.

CONCURRIT.

0	4	3	4	4	3	3	3	3	3	0
0	4	3	4	4	3	3	1	1	1	0
2	2	4	2	4	4	4	0	4	6	4
4	4	4	4	4	4	4	3	6	3	4
2	2	4	2	4	4	4	0	4	0	4
4	4	4	4	4	4	6	1	3	1	4
4	4	5	4	4	5	3	1	3	1	4
4	5	3	4	5	3	3	1	1	1	5
4	4	5	4	4	5	3	1	3	1	4
0	0	3	4	5	3	3	1	1	1	5
S. Maria in Sabbato.	Die infra Octavam.	Die Octava.	Simplici.	Semiduplici.	Dupl.per Ann.minore.	Dupl.per Ann.majore.	Patr., seu Tit.Eccl.	Duplici secundae Class.	Duplici primae Classis.	Dom. quacumque.

Laudes et Orationes dicendae pro praeparatione ad recitationem cujusvis partis Officii Divini.

Seraphicus Patriarcha hanc inflammatoriam praeparationem pro se ac suis concinnavit.

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus noster omnípotens: qui est, qui erat, et qui ventúrus est.
Et laudémus, et superexaltémus eum in sæcula.
Dignus es, Dómine Deus noster, accípere láudē, glóriam, et honórem, et benedictiónem.
Et laudémus, et superexaltémus eum in sæcula.
Dignus est Agnus, qui occísus est, accípere virtútem, et Divinitátem, et sapiéntiam, et fortitúdinem, et honórem, et glóriam, et benedictiónem.
Et laudémus, et superexaltémus eum in sæcula.
Benedicámus Patrem, et Filium cum Sancto Spíritu.
Et laudémus, et superexaltémus eum in sæcula.
Laudem dícite Deo omnes servi ejus, et qui timétis Deum pusílli et magni.
Et laudémus, et superexaltémus eum in sæcula.
Laudent illum gloriósum cœli et terra, et omnis creatúra, quæ in cœlo est: et super terram, et subtus terram, mare, et terra et ómnia quæ in eis sunt.
Et laudémus, et superexaltémus eum in sæcula.
Glória Patri, et Fílio, et Spíritui sancto.
Et laudémus, et superexaltémus eum in sæcula.
Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen.
Et laudémus, et superexaltémus eum in sæcula.

Oratio.

Omnípotens, Sanctíssime, Altíssime, et Summe Deus, summum bonum, omne bonum, totũ bonum, qui solus es bonus, tibi reddámus omnẽ laudem, omnem glóriam, omnem honórem, omnem benedictiónem, et ómnia bona tibi referámus semper. Amen.

Tu es Dóminus Deus: Tu es Deus deórum, qui solus facis mirabília.

Tu es fortis: Tu es magnus: Tu es Altíssimus: Tu es Pater sanctus, Rex cœli, et terræ.

Tu es Trinus, et Unus Deus: Tu es bonus, omne bonum, summum bonũ, Dñe Deus, unus, et verus.

Tu es amor, et cháritas: Tu es sapiéntia: Tu es humílitas: Tu es patientia: Tu es pulchritúdo.

Tu es secúritas: Tu es quies: Tu es gáudium: Tu es spes nostra, et lætitia: Tu es justitia: et temperántia: Tu es fortitúdo, et prudéntia.

Tu es omnes divitiæ ad sufficiéntiam; Tu es mansuetudo: Tu es protéctor: Tu es custos, et defénsor: Tu es refúgium nostrum, et virtus.

Tu es Fides, Spes, et Cháritas nostra: Tu es magna dulcédo nostra: Tu es Bonitas infiníta.

Magnus, et admirábilis Dóminus Deus meus omnípotens, pius, et miséricors Salvátor. Amen.

Oratio.

Omnípotens, ætérne, juste, et miséricors Deus; da nobis míseris, propter temetípsum, semper fácere quod scimus te velle, et semper velle, quod tibi placet, ut intérius mundáti, et illumináti, et igne sancti Spíritus accénsi, possimus sequi vestígia dilectíssimi Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi, et ad te, Altíssime, sola tua grátia felíciter perveníre, qui in Trinitáte perfé-

cta, et Unitáte símplici vivis, et regnas, et gloriáris Deus omnípotens, in sæcula sæculórū. Amen.

Oratio ad Virginem Mariam.

Ave Dómina sancta, Regina sanctissima, Dei génitrix María; quæ es perpétua Virgo elécta a sanctíssimo Patre de cælo: quam consecrávit cum sanctíssimo Fílio et diléсto, ac Spiritu sancto Paráclito, in qua est, et fuit omnis plenitúdo grátiæ, et omne bonum: Ave ejus palátium: Ave tabernáculum ejus: Ave domus ejus: Ave vestiméntum ejus: Ave Fília, et Ancilla Altíssimi Regis Patris cœléstis: Mater sanctíssima Dómini nostri Jesu Christi, Sponsa Spíritus sancti: Et Te precámur, ut dignéris oráre pro nobis, cum sancto Michaéle Archángelo, et ómnibus Virtútibus cœlórum, et ómnibus Sanctis, tuum dilectíssimum Fílium Dóminum nostrum, et Magístrum: Qui cum eódem Patre, et Spíritu Sancto vivit in sæcula sæculorum. Amen.

Hucusque Sanctus Pater Noster Franciscus.

ORATIO in quacumque necessitate, et tribulatione dicenda apud P. N. S. Franciscum.

Plange, turba paupercula,
Ad Patrem clama pauperum:
Hoc lugubre suspírium,
Pater Francisce suscipe.
Tu Christo prode stigmata
Manuum, pedū, lateris,
Ut nobis reddat orphanis
Tantæ necessitatis remedium.

Ant. Salve Sancte Pater.
℣. Ora pro nobis. *Oratio.*
Deus, qui Ecclesiam tuam. *ut die 4 Octob.*

Alia Oratio.

Hostium nostrorum, quæsumus, Dómine, elide supérbiam, et eórum contumáciam déxteræ tuæ virtúte postérne. Per Dominum.

ORATIO

Quae in expositione SS. Sacramenti aliisque functionibus Fratrum Minorum additur ultimo loco, uti habetur in Missali Franciscano in fine.

Pietate tua, quæsumus Dómine, nostrórum solve víncula peccatorum: et intercedénte Beáta sempérque Virgine Dei Genitrice Maria cum ómnibus Sanctis tuis, nos fámulos tuos, benefactóres nostros, atque loca nostra in omni sanctitáte custódi: omnésque consanguinitáte, affinitáte, atque familiaritáte nobis conjúnctos a vítiis purga, virtútibus illústra: pacem et salútem nobis tríbue; hostes visibiles, et invisíbiles rémove, carnália desidéria repélle; áerem salúbrem, et fertilitátem indúlge: amicis et inimícis nostris charitátem largíre; atque civitátem istam cum ómnibus in ea habitántibus ab omni terræmotu, peste, hæresi, infideliúmque feritáte, et poténtia illæsam consérva; et ómnibus fidélibus vivis, et defúnctis vitam et réquiem ætérnam concéde; et Pontíficem nostrum N., omnesque Prælatos, Regem nostrum N., Reginam nostram N., cum regia Prole, et cunctum populum Christiánum ab omni adversitáte custódi, et benedíctio tua sit super nos semper. Per Christum Dominū nostrum. ℟. Amen.

Aliquando dicitur uti opus injunctum. Sed et multum commendatur, si recitetur a Fratribus ob devotionem.

Oratio dicenda ante Divinum Officium.

Aperi Dómine os meum ad benedicéndum nomen sanctum tuum: munda quoque cor meũ ab ómnibus vanis, pervérsis, et aliénis cogitatiónibus: intelléctum illúmina, afféctum inflámma; ut digne, atténte, ac devóte hoc Officium recitare valeam, et exaudíri merear ante conspéctum divinæ Majestátis tuæ. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Dómine, in unióne illíus divínæ intentiónis, qua ipse in terris laudes Deo persolvísti, has tibi Horas persólvo.

Orationem sequentem devote post Officium recitantibus Leo Papa X. defectus, et culpas in eo persolvendo ex humana fragilitate contractas indulsit; et dicitur flexis genibus. Impediti autem causa infirmitatis tantum etiam non flexis genibus talis indulgentiæ fructum consequi valent ex concess. Pii Papa IX. sub die 26 Julii 1855.

Sacrosánctæ et indivíduæ Trinitáti, crucifíxi Dómini nostri Jesu Christi humanitáti, beatíssimæ et gloriosissimæ, sempérque Vírginis Maríæ fœcúndæ integritáti: et ómnium Sanctórum universitáti sit sempitérna laus, honor, virtus, et glória ab omni creatúra, nobísque remissio ómnium peccatórum, per infiníta sæcula sæculórum. Amen.

℣. Beáta víscera Maríæ Vírginis, quæ portavérunt ætérni Patris Fílium.

℟. Et beáta úbera, quæ lactavérunt Christum Dóminum. Pater noster. Ave María, pro felici statu suæ Sanctitatis, et Ecclesiæ sanctæ Dei.

ANTIPHONÆ, VERSUS, ET RESPONSORIA DE PSALTERIO

Pro Commemorationibus per annum.

IN DOMINICIS

Ad vesperas sabat. ab oct. Epiph. usque ad Septuag.

Ant. Suscépit Deus Israel púerum suum: sicut locútus est ad Abraham, et semen ejus, exaltáre húmiles usque in sæculum.

In singulis Sabbatis.

℣. Vespertína orátio ascéndat ad te Dómine.

℟. Et descéndat super nos misericórdia tua.

In Laud. Dominicarum

℣. Dóminus regnávit decórem índuit.

℟. Induit Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se virtúte.

In ii Vesp. Dominicar. et in Vesp. Feriar. usque ad fer. vi post Cineres inclusive

℣. Dirigátur Dómine orátio mea.

℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

VERSUS PRO COMMEMORATIONIBUS DE TEMPORE.

Tempore Quadrag. in Vesp. et in Laud.

℣. Angelis suis Deus mandávit de te.

℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Tempore Passionis

In Vesper. ℣. Eripe me Dñe ab hómine malo.

℟. A viro iniquo eripe me.

In Laudib. ℣. Eripe me de inimícis meis Deus meus.

℟. Et ab insurgéntibus in me líbera me.

¶ Tempore Paschali, In Vesperis.

℣. Mane nobiscum Dómine allelúja.

℟. Quoniam advesperáscit, allelúja.

In Laudibus.

℣. In resurrectióne tua Christe, allelúja.

℟. Cœli et terra læténtur, allelúja.

IN FERIIS

AD LAUDES PRO ALIQUIBUS VIGILIIS.

Feria ii. Ant. Benedíctus Dóminus Deus Israel.

℣. Repléti sumus mane misericórdia tua.

℟. Exultávimus, et delectáti sumus.

Hic ℣. dicitur etiam in aliis Feriis.

Feria iii. Ant. Eréxit nobis Dóminus cornu salútis, in domo David pueri sui.

Feria iv. Ant. De manu ómnium, qui odérunt nos, líbera nos Dómine.

Feriá v. Ant. In sanctitáte serviámus Dómino, et liberábit nos ab inimícis nostris.

Feria vi. Ant. Per víscera misericórdiæ Dei nostri visitávit nos oriens ex alto.

Sabbato Ant. Illumináre Dómine his, qui in ténebris sedent: et dírige pedes nostros in viam pacis, Deus Israel.



PSALTERIUM

DISPOSITUM

PER HEBDOMADAM

Cum Ordinario Officii de Tempore

DOMINICA AD MATUTINUM.

Ante Matutinum, et omnes Horas, praeterquam ad Completorium, dicitur secreto.

Pater noster, qui es in cœlis: sanctificétur nomen tuum: advéniat regnum tuum: fiat volúntas tua, sicut in cœlo, et in terra. Panem nostrum quotidiánum da nobis hódie, et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris: et ne nos indúcas in tentatiónem: sed líbera nos a malo. Amen.

Ave María grátia plena: Dóminus tecum: Benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui Jesus. Sancta María, Mater Dei, ora pro nobis peccatóribus nunc, et in hora mortis nostræ. Amen.

In principio Matut., et Primæ, ac in fine Complctor. dicitur etiam Symb. Apostolorum.

Credo in Deum, Patrem omnipoténtem, Creatórem cœli et terræ. Et in Jesum Christum, Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum: qui concéptus est de Spíritu sancto, natus ex María Vírgine, passus sub Póntio Piláto, crucifíxus, mórtuus, et sepúltus: descéndit

ad ínferos, tértia die resurréxit a mórtuis: ascéndit ad cœlos, sedet ad déxteram Dei Patris omnipoténtis: inde ventúrus est judicáre vivos, et mórtuos. Credo in Spíritum sanctum, sanctam Ecclésiam Cathólicam, sanctórum communiónem, remissiónem peccatórum, carnis resurrectiónem, vitam ætérnam. Amen.

Deinde clara voce dicitur ℣.

Domine lábia mea apéries.

℟. Et os meum annuntiábit laudem tuam.

℣. Deus in adjutórium meum inténde.

℟. Dómine ad adjuvándum me festína.

Glória Patri, et Fílio, et Spirítui sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum, Amen. Allelúja.

Sic dicitur Allelúja, ad omnes Horas per totum annum, prætérq. a Domin. in Septuagesima usque ad Feriam. V. in Cœna Domini: tunc enim dicitur

Laus tibi Dómine, Rex ætérnæ glóriæ.

Invitatorium sequens dicitur ab Oct. Epiph. usque ad Dominicam Septuag., et ab Oct. Pentecost. usque ad Adventum.

Invitatorium. Adorémus Dóminum: * Qui fecit nos.

Repetitur. Adorémus Dóminum, qui fecit nos.

Psalmus 94.

Veníte, exultémus Dómino, jubilémus Deo salutári nostro: præoccupémus fáciem ejus in confessióne, et in psalmis jubilémus ei.

Adorémus Dóminum, qui fecit nos.

Quóniam Deus magnus Dóminus, et Rex magnus super omnes deos: quóniam non repéllet Dóminus plebem suam, quia in manu ejus sunt omnes fines terræ, et altitúdines móntium ipse cónspicit.

Qui fecit nos.
Quóniam ipsius est mare, et ipse fecit illud, et áridam fundavérunt manus ejus; venite adorémus, et procidámus ante Deum: plorémus coram Dómino, qui fecit nos, quia ipse est Dóminus Deus noster: nos autem pópulus ejus, et oves páscuæ ejus.
Adorémus Dóminum, qui fecit nos.
Hódie si vocem ejus audiéritis, nolíte obduráre corda vestra, sicut in exacerbatióne secúndum diem tentatiónis in desérto: ubi tentavérunt me patres vestri, probavérunt, et vidérunt ópera mea.
Qui fecit nos.
Quadragínta annis próximus fui generatióni huic, et dixi: Semper hi errant corde: ipsi vero non cognovérunt vias meas, quibus jurávi in ira mea, si introíbunt in réquiem meam.
Adorémus Dóminum, qui fecit nos.
Glória Patri, et Fílio, et Spirítui sancto. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen.
Qui fecit nos.
Adorémus Dóminum:
Qui fecit nos.

Sequens Hymnus dicitur ab Oct. Epiph. usque ad Dominicam primam Quadrag. et a Dominica proximiori Kal. Octob. usque ad Advent.

Hymnus

Primo die, quo Trinitas
Beáta mundum cóndidit,
Vel quo resúrgens Cónditor
Nos morte victa líberat.
Pulsis procul torpóribus
Surgámus omnes ócyus,
Et nocte quærámus Deum,
Prophéta sicut præcipit.
Nostras preces ut áudiat,
Suámque dextram pórrigat,

Et expiátos sórdibus
Reddat polórum sédibus.
Ut, quique sacratíssimo
Hujus diéi témpore
Horis quiétis psállimus,
Donis beátis múneret.
Jam nunc, Patérna cláritas,
Te postulámus áffatim,
Absint faces libídinis,
Et omnis actus nóxius.
Ne fœda sit, vel lúbrica
Compágo nostri córporis,
Ob cujus ignes ígnibus
Avérnus urat ácrius.
Mundi Redemptor, quæsumus,
Tu probra nostra díluas:
Nobisque largus cómmoda
Vitæ perénnis cónferas.
Præsta, Pater piissime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum. Amen.

Sequens Hymnus dicitur ab Oct. Pentecost. usque ad Dominicam proximiorem Kal. Octobris.

Hymnus.

Nocte surgéntes, vigilémus omnes,
Semper in psalmis meditémur, atque
Voce concórdi Dómino canámus
Dúlciter hymnos.
Ut pio Regi páriter canéntes
Cum suis Sanctis mereámur aulam
Ingredi cœli, simul et perénnem
Dúcere vitam.
Præstet hoc nobis Déitas beáta
Patris, ac Nati, pariterque sancti
Spíritus, cujus résonat per omnem
Glória mundum. Amen.

Aliis temporibus a supradictis, Invitator. et Hymnus dicuntur, quæ habentur in Proprio de Tempore pro Officii varietate, quod et in Capitul. et Hym. ad Laudes, et in aliis similibus servetur.

IN I. NOCTURNO.

In Adventu, Antiph. Véniet ecce Rex.

Per Annum, Antiph. Servíte Dómino.

Tempore Pasch., Ant. Allelúja.

Asteriscus* notat pausam cantus in Choro.

Psalmus 1.

Beátus vir, qui non ábiit in consilio impiórum, et in via peccatórum non stetit, * et in cáthedra pestiléntiæ non sedit:

Sed in lege Dómini voluntas ejus, * et in lege ejus meditábitur die ac nocte.

Et erit tamquám lignum, quod plantátum est secús decúrsus aquárum, * quod fructum suum dabit intémpore suo:

Et fólium ejus non défluet: * et ómnia quaecúmque fáciet, prosperabúntur.

Non sic ímpii, non sic; * sed tamquám pulvis, quem prójicit ventus a fácie terræ.

Ideo non resúrgent impii in judicio: * neque peccatóres in concílio justórum.

Quóniam novit Dóminus viam justorum, * et iter impiórum períbit.

Glória Patri, et Filio, * et Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, et nunc, et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen.

Hic versus. Glória Patri, semper dicitur in fine omnium Psalmor, nisi aliter notetur.

Psalmus 2.

Quare fremuérunt gentes, * et populi meditáti sunt inánia?

Astitérunt reges terræ, et príncipes convenérunt in unum: * advérsus Dóminum, et advérsus Christum ejus.

Dirumpámus vincula eórum, * et projiciamus a nobis jugum ipsórum.

Qui hábitat in cœlis, irridébit eos, * et Dóminus subsannábit eos.

Tunc loquétur ad eos in ira sua, * et in furóre suo conturbábit eos.

Ego autem constitútus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum

ejus, * praédicans præcéptum ejus.
Dóminus dixit ad me: * Filius meus es tu, ego hódie génui te.
Póstula a me, et dabo tibi gentes hæreditátem tuam, * et possessiónem tuam términos terræ.
Reges eos in virga férrea, * et tamquám vas figuli confrínges eos.
Et nunc reges intelligite: * erudímini qui judicátis terram.
Servíte Dómino in timóre, * et exultáte ei cum tremóre.
Apprehéndite disciplínam, ne quando irascátur Dóminus, * et pereátis de via justa.
Cum exárserit in brevi ira ejus, * beáti omnes, qui confidunt in eo.

Psalmus 3.

Domire, quid multiplicáti sunt qui tribulant me? * multi insúrgunt adversúm me.
Multi dicunt ánimæ meæ: * Non est salus ipsi in Deo ejus.
Tu autem Dómine sucéptor meus es, * glória mea, et exáltans caput meum.
Voce mea ad Dóminum clámavi, * et exaudivit me de monte sancto suo.
Ego dormívi, et soporátus sum, * et exurréxi, quia Dóminus suscépit me.
Non timébo millia pópuli circumdántis me: * exúrge Dómine, salvum me fac Deus meus.
Quóniam tu percussisti omnes adversántes mihi sine causa: * dentes peccatórum contrivisti.
Dómini est salus, * et super pópulm tuum benedíctio tua.

Psalmus 6.

Domine, ne in furóre tuo árguas me: * neque in ira tua corrípias me.
Miserére mei Dómine, quoniam infirmus sum: * sana me Dómine, quoniam conturbáta sunt ossa mea.
Et anima mea turbáta est valde: * sed tu Dómine úsquequo?

Convértere Dómine, et eripe animam meam: * salvum me fac propter misericórdiam tuam.

Quoniam non est in morte qui memor sit tui: * in inférno autem quis confitébitur tibi?

Laborávi in gémitu meo, lavábo per singulas noctes lectum meum: * lácrymis meis stratum meum rigábo.

Turbatus est a furore óculus meus: * inveterávi inter omnes inimícos meos.

Discédite a me omnes, qui operámini iniquitátem: * quóniam exaudívit Dóminus vocem fletus mei.

Exaudívit Dóminus deprecatiónem meam, * Dóminus oratiónem meam suscépit.

Erubescant et conturbéntur vehementer omnes inimíci mei: * convertántur et erubéscant valde velóciter.

In Adventu Antiph.

Vénient ecce Rex excélsus cum potestáte magna ad salvándas gentes allelúja.

Antiph. Confortáte.

Per Annum. Ant.

Servite Domino in timóre, et exultáte ei cum tremóre.

Ant. Deus judex justus.

Psalmus 7.

Domine Deus meus, in te sperávi: * salvum me fac ex ómnibus persequéntibus me, et libera me.

Ne quando rapiat ut leo animam meam, * dum non est qui rédimat, neque qui salvum fáciat.

Dómine Deus meus, si feci istud, * si est iníquitas in manibus meis.

Si réddidi retribuéntibus mihi mala, * décidam merito ab inimícis meis inánis.

Persequátur inimícus ánimam meam, et comprehéndat, et concúlcet in terra vitam meam, * et glóriam meam in púlverem dedúcat.

Exúrge Dómine in ira tua, * et exaltare in fi-

nibus inimicórum meórum.

Et exúrge Dómine Deus meus in præcepto quod mandasti: * et synagóga populórum circúmdabit te.

Et propter hanc in altum regrédere: * Dóminus júdicat pópulos.

Júdica me Dómine secundúm justitiam meam,* et secundúm innocéntiam meam super me.

Consumétur nequítia peccatórum, et diriges justum, * scrutans corda et renes Deus.

Justum adjutórium meum a Dómino, * qui salvos facit rectos corde.

Deus judex justus, fortis, et pátiens : * numquid iráscitur per singulos dies ?

Nisi convérsi fuéritis, gládium suum vibrábit: * arcum suum teténdit, et parávit illum.

Et in eo parávit vasa mortis, * sagittas suas ardéntibus effécit.

Ecce partúriit injustítiam,*concépit dolorem et péperit iniquitatem.

Lacum apéruit, et effódit eum, * et íncidit in fóveam, quam fecit.

Convertétur dolor ejus in caput ejus, * et in vérticem ipsius iníquitas ejus descéndet.

Confitébor Dómino secúndum justitiam ejus,* et psallam nómini Dómini altissimi.

Psalmus 8.

Domine Dóminus noster, * quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra !

Quóniam eleváta est magnificéntia tua * super cœlos.

Ex ore infántium et lacténtium perfecísti laudem propter inimícos tuos, ut déstruas inimícum et ultórem.

Quóniam vidébo cœlos tuos, ópera digitórum tuórum:* lunam et stellas, quæ tu fundásti.

Quid est homo, quod memor es ejus ? * aut filius hóminis, quóniam vísitas eum ?

Minuísti eum paulo minus ab Angelis, glória et honóre coronásti eum, * et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Omnia subjecísti sub pédibus ejus, * oves et boves univérsas: insuper et pécora campi.

Vólucres cœli et pisces maris, * qui perámbulant sémitas maris.

Dómine Dóminus noster, * quam admirábile est nomen tuum in universa terra!

Psalmus 9.

Confitébor tibi Dómine in toto corde meo: * narrábo ómnia mirabilia tua.

Lætábor et exultábo in te: * psallam nómini tuo Altissime.

In converténdo inimícum meum retrórsum; * infirmabúntur, et períbunt a facie tua.

Quóniam fecísti judicium meum et causam meam: * sedísti super thronum qui júdicas justítiam.

Increpásti Gentes, et périit impius; * nomen eórum delésti in ætérnum, et in sæculum sæculi.

Inimici defecérunt frameæ in finem, * et civitátes eórum destruxisti.

Périit memória eórum cum sónitu: * et Dóminus in ætérnum pérmanet.

Parávit in judício thronum suum, * et ipse judicábit orbem terræ in æquitáte, judicábit pópulos in justítia.

Et factus est Dóminus refúgium páuperi: * adjútor in opportunitátibus, in tribulatióne.

Et sperent in te qui novérunt nomen tuum, * quóniam non dereliquísti quærentes te Dómine.

Psállite Dómino, qui hábitat in Sion: * annuntiáte inter Gentes stúdia ejus.

Quóniam requírens sánguinem eórum recordátus est: * non est oblítus clamórem páuperum.

Miserére mei Dómine:* vide humilitátem meam de inimícis meis.
Qui exáltas me de portis mortis, * ut annúntiem omnes laudatiónes tuas in portis filiæ Sion.
Exultabo in salutári tuo:* infixæ sunt Gentes in intéritu, quem fecérunt.
In láqueo isto, quem abscondérunt, * comprehénsus est pes eórum.
Cognoscétur Dóminus judícia fáciens: * in opéribus mánuum suarum comprehénsus est peccátor.
Convertántur peccatóres in inférnum:* omnes Gentes, quæ obliviscúntur Deum.
Quóniam non in finem oblívio erit páuperis: * patiéntia páuperum non períbit in finem.
Exúrge Dómine, non confortétur homo: * judicéntur Gentes in conspéctu tuo.
Constítue Dómine legislatórem super eos, * ut sciant Gentes quóniam hómines sunt.
Ut quid Dómine recessisti longe? * déspicis in opportunitátibus in tribulatióne?
Dum supérbit impius, incénditur páuper:* comprehendúntur in consíliis, quibus cogitant.
Quóniam laudátur peccátor in desidériis ánimæ suæ, * et iniquus benedícitur.
Exacerbávit Dóminum peccator, * secúndum multitúdinem iræ suæ non quæret.
Non est Deus in conspéctu ejus: * inquinátæ sunt viæ illius in omni témpore.
Auferuntur judícia tua a fácie ejus: * ómnium inimicórum suórum dominábitur.
Dixit enim in corde suo: * Non movébor a generátione in generatiónem sine malo.
Cujus maledictióne os plenum est et amaritúdine et dolo: * sub lingua ejus labor et dolor.

sedet in insídiis cum divítibus in occúltis,* ut interfíciat innocentem.
Oculi ejus in páuperem respíciunt: * insidiátur in abscóndito, quasi leo in spelúnca sua.
Insidiátur ut rápiat páuperem: * rápere páuperem, dum áttrahit eum.
In láqueo suo humiliábit eum, * inclinábit se, et cadet, cum dominátus fúerit páuperum.
Dixit enim in corde suo: Oblitus est Deus:* avértit fáciem suam, ne vídeat in finem.
Exúrge Dómine Deus, exaltétur manus tua: * ne obliviscáris páuperum.
Propter quid irritávit ímpius Deum? * dixit enim in corde suo: Non requíret.
Vides, quóniam tu labórem et dolórem consíderas: * ut tradas eos in manus tuas.
Tibi derelíctus est páuper: * órphano tu eris adjútor.
Cóntere bráchium peccatóris et maligni: * quærétur peccátum illíus, et non inveniétur.
Dóminus regnábit in ætérnum et in sæculum sæculi: * períbitis Gentes de terra illíus.
Desidérium páuperum exaudívit Dóminus: * præparatiónem cordis eorum audívit auris tua.
Judicáre pupíllo et húmili, * ut non appónat ultra magnificare se homo super terram.

Psalmus 10.

In Dómino confido: quómodo dícitis ánimæ meæ: * Tránsmigra in montem sicut passer?
Quóniam ecce peccatóres intendérunt arcum, paravérunt sagittas suas in pháretra, * ut sagittent in obscúro rectos corde.
Quóniam quæ perfecísti, destruxérunt: * justus autem quid fecit?
Dóminus in templo sancto suo, * Dóminus in cœlo sedes ejus:
Oculi ejus in páuperem respíciunt: * pálpebræ

ejus intérrogant filios hóminum.

Dóminus intérrogat justum et impium : * qui autem díligit iniquitátem, odit ánimam suam.

Pluet super peccatóres láqueos : * ignis et sulphur et spíritus procellárum pars cálicis eórum.

Quóniam justus Dóminus, et justitias diléxit: * æquitátem vidit vultus ejus.

In Adventu Antiph. Confortate manus dissolútas : confortámini, dicite : Ecce Deus noster véniet, et salvábit nos, allelúja.

Ant. Gaudéte omnes.

Per Annum. Antiph. Deus judex justus, fortis et longánimis, numquid irascétur per singulos dies ?

Ant. Tu Dómine.

Psalmus 11.

Salvum me fac Dómine, quóniam defécit sanctus: * quóniam diminútæ sunt veritátes a filiis hóminum.

Vana locúti sunt unusquisque ad próximum suum: * lábia dolósa in corde et corde locúti sunt.

Dispérdat Dóminus univérsa lábia dolósa, * et linguam magníloquam.

Qui dixérunt: Linguam nostram magnificábimus, lábia nostra a nobis sunt, * quis noster Dóminus est ?

Propter misériam ínopum et gémitum páuperum * nunc exúrgam, dicit Dóminus.

Ponam in salutári: * fiduciáliter agam in eo.

Elóquia Dómini, elóquia casta: * argéntum igne examinátum, probátum terræ, purgátum séptuplum.

Tu Dómine servabis nos et custódies nos * a generatióne hac in ætérnum.

In circúitu ímpii ámbulant: * secúndum altitúdinem tuam multiplicásti filios hóminum.

Psalmus 12.

Usquequo Dómine oblivisceris me in finem? * Usquequo avertis fáciem tuam a me ?
Quámdiu ponam consília in ánima mea,* dolórem in corde meo per diem ?
Usquequo exaltábitur inimicus meus super me? * réspice, et exáudi me Dómine Deus meus.
Illúmina óculos meos, ne umquam obdórmiam in morte: * ne quando dicat inímicus meus : Prævalui advérsus eum.
Qui tribulant me, exultábunt si motus fuero:* ego autem in misericórdia tua sperávi.
Exultábit cor meum in salutári tuo : cantábo Dómino qui bona tribuit mihi: * et psallam nómini Dómini altíssimi.

Psalmus 13.

Dixit insípiens in corde suo : * Non est Deus.
Corrúpti sunt, et abominábiles facti sunt in stúdiis suis. * non est qui fáciat bonum, non est usque ad unum.
Dóminus de cœlo prospéxit super filios hóminum, * ut vídeat si est intélligens, aut requírens Deum.
Omnes declinavérunt, simul inútiles facti sunt: * non est qui fáciat bonum, non est usque ad unum.
Sepúlchrum patens est guttur eórum : linguis suis dolosé agébant : * venénum áspidum sub lábiis eórum.
Quorum os maledictióne et amaritúdine plenum est : * velóces pedes eórum ad effundéndum sánguinem.
Contrítio et infelícitas in viis eórum, et viam pacis non cognoverunt: * non est timor Dei ante óculos eórum.
Nonne cognóscent omnes, qui operántur iniquitátem, * qui dévorant plebem meam sicut escam panis ?
Dóminum non invoca-

vérunt, * illic trepidavérunt timore, ubi non erat timor.

Quóniam Dóminus in generatióne justa est, consílium ínopis confudístis: * quóniam Dóminus spes ejus est.

Quis dabit ex Sion salutáre Israel? * cum avérterit Dóminus captivitátem plebis suæ, exultábit Jacob, et lætábitur Israel.

Psalmus 14.

Dómine, quis habitábit in tabernáculo tuo: * aut quis requiéscet in monte sancto tuo?

Qui ingréditur sine mácula, * et operátur justítiam:

Qui lóquitur veritátem in corde suo, * qui non egit dolum in lingua sua:

Nec fecit próximo suo malum, * et oppróbrium non accépit adversus próximos suos.

Ad níhilum dedúctus est in conspéctu ejus malígnus: * timéntes autem Dóminum gloríficat.

Qui jurat próximo suo, et non décipit, * qui pecúniam suam non dedit ad usúram, et múnera super innocéntem non accépit.

Qui facit hæc, * non movébitur in æternum.

In Adventu. Antiph.

Gaudéte omnes, et lætámini: ecce quia véniet Dóminus ultiónis, addúcet retributiónem: ipse véniet, et salvábit nos. ℣. Ex Sion spécies decóris ejus. ℟. Deus nóster maniféste véniet.

Per Annum, Antiph.

Tu Dómine servábis nos, et custódies nos. ℣. Memor fui nocte nóminis tui Dómine. ℟. Et custodívi legem tuam.

In Quadragesima, ℣. Ipse liberávit me de láqueo venántium. ℟. Et a verbo aspero.

Tempore Passionis ℣. Erue a frámea Deus ánimam meam. ℟. Et de manu canis únicam meam.

Temp. Pasch. Antiph. Allelúja, Lapis revo-

lútus est, allelúja, ab hóstio monuménti, allelúja, allelúja.

℣. Surréxit Dóminus de sepúlchro, allelúja.

℟. Qui pro nobis pepéndit in ligno, allelúja.

Post versiculum cujuslibet Nocturni dicitur, Pater noster secreto.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a malo.

Deinde leguntur Lectiones cum Responsoriis, ut in Proprio de Tempore assignantur.

IN II. NOCTURNO.

In Adventu, Antiph. Gáude et lætáre.

Per Annum, Antiph. Bonórum meórum.

Tempor. Pasch. Antiph. Allelúja.

Psalmus 15.

Consérva me Dómine, quóniam sperávi in te. * Dixi Dómino: Deus meus es tu, quóniam bonórum meórum non eges.

Sanctis, qui sunt in terra ejus, * mirificávit omnes voluntátes meas in eis.

Multiplicátæ sunt infirmitátes eórum: * póstea acceleravérunt.

Non congregábo conventícula eórum de sanguínibus, * nec memor ero nóminum eórum per lábia mea.

Dóminus pars haereditátis meæ, et cálicis mei: * tu es qui restítues haereditátem meam mihi.

Funes cecidérunt mihi in præcláris: * étenim hæréditas mea præclára est mihi.

Benedícam Dóminum, qui tríbuit mihi intelléctum: * insuper et usque ad noctem increpuérunt me renes mei.

Providébam Dóminum in conspéctu meo semper, * quóniam a dextris est mihi, ne commóvear.

Propter hoc lætátum est cor meum, et exultávit lingua mea: * insuper et caro mea requièscet in spe.

Quóniam non derelínques ánimam meam in

inférno,*nec dabis sanctum tuum vidére corruptiónem.

Notas mihi fecísti vias vitæ, adimplébis me lætítia cum vultu tuo:* delectatiónes in déxtera tua usque in finem.

In Adventu. Antiph.

Gáude et lætáre filia Jerúsalem: ecce Rex tuus véniet tibi: Sion noli timére, quia cito véniet salus tua.

Ant. Rex noster.

Per Annum, Antiph.

Bonórum meórum non índiges, in te sperávi, consérva me Dómine.

Ant. Propter verba.

Psalmus 16.

Exáudi Dómine justítiam meam: * inténde deprecatiónem meam.

Auribus pércipe oratiónem meam, * non in lábiis dolósis.

De vultu tuo judícium meum pródeat: * óculi tui vídeant æquitátes.

Probásti cor meum, et visitásti nocte: * igne me examinásti, et non est invénta in me iníquitas.

Et non loquátur os meum ópera hóminum; * propter verba labiórum tuórum ego custodívi vias duras.

Pérfice gressús meos in sémitis tuis,*ut non moveántur vestígia mea.

Ego clámavi, quóniam exáudisti me Deus: * inclína aurem tuam mihi, et exáudi verba mea.

Mirífica misericórdias tuas, * qui salvos facis sperántes in te.

A resisténtibus déxteræ tuæ custódi me,* ut pupíllam óculi.

Sub umbra alárum tuárum prótege me:* a fácie impiórum, qui me afflixérunt.

Inimíci mei ánimam meam circumdedérunt, ádipem suum conclusérunt: * os eórum locútum est supérbiam.

Projiciéntes me nunc circumdedérunt me: * óculos suos statuérunt declináre in terram.

Suscepérunt me sicut

leo parátus ad prædam, * et sicut cátulus leónis hábitans in ábditis.

Exúrge Dómine, praéveni eum, et supplánta eum : * éripe ánimam meam ab ímpio, frámeam tuam ab inimícis manus tuæ.

Dómine a páucis de terra dívide eos in vita eórum: * de abscónditis tuis adimplétus est venter eórum.

Saturáti sunt fíliis, * et dimisérunt relíquias suas párvulis suis.

Ego áutem in justítia apparébo conspéctui tuo: * satiábor cum apparúerit glória tua.

In Adventu, Antiph. Rex noster advéniet Christus, quem Joánnes prædicávit Agnum esse ventúrum.

Ant. Ecce vénio.

Per Annum, Antiph. Propter verba labiórum tuórum ego custodívi vias duras.

Ant. Díligam te.

Et non repetitur in Psalmo: quod semper fit, quando Antiph. incipit a primo versu Psalmi, et Psalmus tunc incipitur ab eo verbo, in quo desinit Antiph. sive integra dicatur, sive tantum inchoata; si tamen eadem sint verba, et continuetur Antiphona cum Psalmo. Nisi Ant. integra absoluta dicatur in fine

℣. Alleluja.

Psalmus 17.

Díligam te Dómine fortitúdo mea:* Dóminus firmaméntum meum, et refúgium meum, et liberátor meus.

Deus meus adjútor meus, * et sperábo in eum.

Protéctor meus, et cornu salútis meæ, * et suscéptor meus.

Láudans invocábo Dóminum: * et ab inimícis meis salvus ero.

Circumdedérunt me dolóres mortis: * et torréntes iniquitátis conturbavérunt me.

Dolóres inférni circum-

dedérunt me: * præoccupavérunt me láquei mortis.
In tribulatióne mea invocávi Dóminum,* et ad Deum meum clamávi:
Et exaudívit de templo sancto suo vocem meam: * et clamor meus in conspéctu ejus introívit in áures ejus.
Commóta est, et contrémuit terra:* fundaménta móntium conturbáta sunt, et commóta sunt, quóniam irátus est eis.
Ascéndit fumus in ira ejus, et ignis a fácie ejus exársit: * carbónes succénsi sunt ab eo.
Inclinávit cælos, et descéndit: * et calígo sub pédibus ejus.
Et ascéndit super Chérubim, et volávit: * volávit super pennas ventórum.
Et pósuit ténebras latíbulum suum, in circúitu ejus tabernáculum ejus: * tenebrósa aqua in núbibus áeris.
Præ fulgóre in conspéctu ejus nubes transiérunt, * grando et carbónes ignis.
Et intónuit de cælo Dóminus, et Altíssimus dedit vocem suam: * grando et carbónes ignis.
Et misit sagíttas suas, et dissipávit eos: * fúlgura multiplicávit, et conturbávit eos.
Et apparuérunt fontes aquárum, * et reveláta sunt fundaménta orbis terrárum.
Ab increpatióne tua Dómine, * ab inspiratióne spíritus iræ tuæ.
Misit de summo, et accépit me:* et assúmpsit me de aquis multis.
Erípuit me de inimícis meis fortíssimis, et ab iis, qui odérunt me: * quóniam confortáti sunt super me.
Prævenérunt me in die afflictiónis meæ:* et factus est Dóminus protéctor meus.
Et edúxit me in latitúdinem: * salvum me fecit, quóniam vóluit me.
Et retríbuet mihi Dóminus secundúm justí-

tiam meam, * et secúndum puritátem mánuum meárum retríbuet mihi.

Quia custodívi vias Dómini, * nec ímpie gessi a Deo meo.

Quóniam ómnia judícia ejus in conspéctu meo:* et justítias ejus non répuli a me.

Et ero immaculátus cum eo: * et observábo me ab iniquitáte mea.

Et retríbuet mihi Dóminus secúndum justítiam meam: * et secundum puritátem mánuum meárum in conspéctu oculórum ejus.

Cum sancto sanctus eris, * et cum viro innocénte ínnocens eris.

Et cum elécto electus eris, * et cum pervérso pervertéris.

Quóniam tu pópulum húmilem salvum fácies, * et óculos superbórum humiliábis.

Quóniam tu illúminas lucérnam meam Dómine : * Deus meus illúmina ténebras meas.

Quóniam in te erípiar a tentatióne,* et in Deo meo transgrédiar murum.

Deus meus, impollúta via ejus: elóquia Dómini igne examináta : * protéctor est ómnium sperántium in se.

Quóniam quis Deus præter Dóminum? * aut quis Deus præter Deum nostrum ?

Deus qui præcínxit me virtúte, * et pósuit immaculátam viam meam.

Qui perfécit pedes meos támquam cervórum, * et super excélsa státuens me.

Qui docet manus meas ad prælium: * et posuísti, ut arcum æreum, bráchia mea.

Et dedísti mihi protectiónem salútis tuæ,* et déxtera tua suscépit me.

Et disciplína tua corréxit me in finem, * et disciplína tua ipsa me docébit.

Dilatásti gressus meos subtus me:* et non sunt infirmáta vestígia mea.

Pérsequar inimícos meos, et comprehéndam illos, * et non convértar donec defíciant.

Confríngam illos, nec póterunt stare: * cadent subtus pedes meos.

Et præcinxísti me virtúte ad bellum, * et supplantásti insurgéntes in me subtus me.

Et inimícos meos dedísti mihi dorsum, * et odiéntes me disperdidísti.

Clamavérunt, nec erat qui salvos fáceret, ad Dóminum: * nec exaudívit eos.

Et commínuam eos ut púlverem ante fáciem venti: * ut lutum plateárum delébo eos.

Erípies me de contradictiónibus pópuli: * constítues me in caput géntium.

Pópulus, quem non cognóvi, servívit mihi: * in audítu áuris obedívit mihi.

Filii aliéni mentíti sunt mihi, * filii aliéni inveteráti sunt, et claudicavérunt a sémitis suis.

Vivit Dñus, et benedictus Deus meus, * et exaltétur Deus salútis meæ.

Deus qui das vindíctas mihi, et súbdis pópulos sub me, * liberátor meus de inimícis meis iracúndis.

Et ab insurgéntibus in me exaltábis me: * a viro iníquo erípies me.

Proptérea confitébor tibi in natiónibus Dómine, * et nómini tuo psalmum dicam.

Magníficans salútes Regis ejus, et fáciens misericórdiam Christo suo David, * et sémini ejus usque in sæculum.

In Adventu, Antiph. Ecce vénio cito, et merces mea mecum est, dicit Dóminus, dare unicuíque secúndum ópera sua. ℣. Emítte Agnum Dñe ℟. Dominatórem terræ. De petra desérti ad montem filiæ Sion.

Per Annum, Antiph. Díligam te Dómine virtus mea. ℣. Quóniam tu illúminas lucérnam meam, Dómine.

℟. Deus meus illúmina ténebras meas.

In Quadragesima, ℣. Scápulis suis obumbrábit tibi. ℟. Et sub pennis ejus sperábis.

Tempore Passionis, ℣. De ore leónis líbera me Dómine. ℟. Et a córnibus unicórnium humilitátem meam.

Tempore Paschali, Ant. All., Quem quæris múlier? all., vivéntem cum mórtuis all., all. ℣. Surréxit Dóminus vére, allel. ℟. Et appáruit Simóni, allel.

Pater noster secreto. ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a malo.

IN III. NOCTURNO

In Adventu, Antiph. Gábriel Angelus.

Per Annum, Antiph. Non sunt loquélæ.

Tempore Paschali. Antiphona. Allelùja.

Psalmus 18.

Cæli enárrant glóriam Dei, * et ópera mánuum ejus annúntiat firmaméntum.

Dies diéi erúctat verbum, * et nox nocti índicat sciéntiam.

Non sunt loquélæ neque sermónes, * quorum non audiántur voces eórum.

In omnem terram exívit sonus eórum: * et in fines orbis terræ verba eórum.

In sole pósuit tabernáculum suum: * et ipse tánquam sponsus procédens de thálamo suo.

Exultávit ut gigas ad curréndam viam: * a summo cælo egréssio ejus.

Et occúrsus ejus usque ad summum ejus: * nec est qui se abscóndat a calóre ejus.

Lex Dómini immaculáta, convértens ánimas: * testimónium Dómini fidéle, sapiéntiam præstans párvulis.

Justítiæ Dómini rectæ, lætificántes corda: * præcéptum Dómini lúcidum, illúminans óculos.

Timor Dómini sanctus, pérmanens in sæculum sæculi: * judícia Dómi-

ni vera, justificáta in semetípsa.

Desiderabília super áurum et lápidem pretiósum múltum: * et dulcióra super mel et favum.

Etenim servus tuus custódit ea: * in custodiéndis illis retribútio multa.

Delícta quis intélligit? ab occúltis meis munda me, * et ab aliénis parce servo tuo.

Si mei non fúerint domináti, tunc immaculátus ero, * et emundábor a delícto máximo.

Et erunt ut compláceant elóquia oris mei: * et meditátio cordis mei in conspéctu tuo semper.

Dómine adjútor meus: * et redémptor meus.

In Adventu, Antiph. Gábriel Angelus locútus est Maríæ, dícens: Ave grátia plena: Dóminus tecum: Benedícta tu inter mulíeres.

Antiph. María dixit.

Per Annum, Antiph. Non sunt loquélæ, neque sermónes, quorum non audiántur voces eórum.

Antiph. Exáudiat.

Psalmus 19.

Exáudiat te Dóminus in die tribulatiónis: * prótegat te nómen Dei Jacob.

Mittat tibi auxílium de sancto: * et de Sion tueátur te.

Memor sit omnis sacrifícii tui. * et holocáustum tuum píngue fiat.

Tríbuat tibi secúndum cor tuum, * et omne consílium tuum confírmet.

Lætábimur in salutári tuo, * et in nómine Dei nostri magnificábimur.

Impleat Dñs omnes petitiónes tuas: * nunc cognóvi quóniam salvum fecit Dñs Christum suum.

Exáudiet illum de cælo sancto suo: * in potentátibus salus déxteræ ejus.

Hi in cúrribus, et hi in équis: * nos áutem in nómine Dómini Dei nostri invocábimus.

Ipsi obligáti sunt, et ce-

cidérunt : * nos autem surréximus et erécti sumus.

Dómine salvum fac regem: * et exáudi nos in die, qua invocavérimus te.

In Advéntu, Antiph. María dixit: Putas qualis est ista salutátio, quía conturbáta est ánima mea, et quía paritúra sum Regem : qui cláustrum virginitátis meæ non violábit ?

Antiph. In Advéntu.

Per Annum, Antiph. Exáudiat te Dóminus in die tribulatiónis.

Antiph. Dómine.

Psalmus 20.

Dómine in virtúte tua lætábitur rex, * et super salutáre tuum exultábit veheménter.

Desidèrium cordis ejus tribuísti ei:* et voluntáte lábiorum ejus non fraudásti eum.

Quóniam prævenísti eum in benedictiónibus dulcédinis: * posuísti in cápite ejus corónam de lápide pretióso.

Vitam pétiit a te, * et tribuísti ei longitúdinem diérum in sæculum, et in sæculum sæculi.

Magna est glória ejus in salutári tuo:* glóriam et magnum decórem impónes super eum.

Quóniam dabis eum in benedictiónem in sæculum sæculi : * lætificábis eum in gáudio cum vultu tuo.

Quóniam rex sperat in Dómino, * et in misericórdia Altíssimi non commovébitur.

Inveniátur manus tua omnibus inímicis tuis:* déxtera tua invéniat omnes, qui te odérunt.

Pones eos ut clíbanum ignis in témpore vultus tui : * Dóminus in ira sua conturbábit eos, et devorábit eos ignis.

Fructum eórum de terra perdes, * et semen eórum a filiis hóminum.

Quóniam declinavérunt in te mala : * cogitavérunt consìlia, quæ non potuérunt stabilíre.

Quóniam pones eos dorsum, * in reliquiis tuis præparábis vultum eórum.

Exaltáre Dómine in virtúte tua: * cantábimus et psallémus virtútes tuas.

In Adventu, Antiph. In Advéntu summi regis mundéntur corda hóminum; ut digne ambulémus in occúrsum illíus: quia ecce véniet, et non tardábit.

℣. Egrediétur Dóminus de loco sancto suo.

℟. Véniet ut salvet pópulum suum.

Per Annum, Antiph. Dómine in virtúte tua lætábitur rex.

℣. Exaltáre Dómine in virtute tua.

℟. Cantábimus et psallémus virtútes tuas.

In Quadrag. ℣. Scuto circúmdabit te véritas ejus. ℟. Non timébis a timóre noctúrno.

Tempore Passionis. ℣. Ne perdas cum ímpiis Deus ánimam meam.

℟. Et cum viris sánguinum vitam meam.

Tempore Paschal. Ant. Allelúja, Noli flére María, allelúja: resurréxit Dóminus, allel. allel.

℣. Gavísi sunt discípuli, allelúja. ℟. Viso Dómino, allelúja.

Pater noster secreto.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos á malo.

Sequens Hym. semper dicitur post ultimam lect. in omnibus dominicis et Fest. tantum (excepto Festo SS. Innocentium, quando non venit in Dominic. a Pasc. usque ad Adv. et a Nativit. Dñi usque ad Sept.) In Adv. autem et a Sept. usque ad Pasc. non dicitur nisi in Festis. a Pasc. vero usque ad Pent. dicitur etiam in feriali off. excepta feria. II. Rogat. alio tempore numquam dicitur in feriali off. Quando vero non dicitur, ejus loco ponitur nonum aut tertium Respons.

Hymnus SS. Ambrosii et Augustini.

Te Déum laudámus: te Dóminum confitémur.
Te ætérnum Patrem: omnis terra venerátur.
Tibi omnes Angeli: tibi cæli, et univérsæ potestátes.
Tibi Chérubim, et Séraphim, incessábili voce proclámant.
Sanctus, Sanctus, Sanctus: Dñs Deus Sábaoth.
Pleni sunt cæli et terra: majestátis glóriæ tuæ.
Te gloriósus Apostolórum chorus,
Te Prophetárum laudábilis númerus,
Te Mártyrum candidátus laudat exércitus.
Te per orbem terrárum, sancta confitétur Ecclésia,
Patrem imménsæ majestátis,
Venerándum tuum verum, et únicum Filium,
Sanctum quoque Paráclitum Spíritum.
Tu Rex glóriæ Christe.
Tu Patris sempitérnus es Fílius.
Tu ad liberándum susceptúrus hóminem: non horruísti Vírginis úterum.
Tu devícto mórtis acúleo: aperuísti credéntibus regna cælórum.
Tu ad déxteram Dei sedes: in glória Patris.
Judex créderis esse ventúrus.
Te ergo quæsumus, tuis fámulis súbveni: quos prætióso sánguine redemísti.
Ætérna fac cum Sanctis tuis in glória numerári.
Salvum fac pópulum tuum, Dómine: et bénedic hæreditáti tuæ.
Et rege eos: et extólle illos usque in ætérnum.
Per síngulos dies, benedícimus te.
Et laudámus nomen tuum in sæculum: et in sæculum sæculi.
Dignáre Dómine, die isto: sine peccáto nos custodíre.
Miserére nostri, Dómine: miserére nostri.
Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos:

quemádmodum sperávimus in te.
In te, Dómine, sperávi: non confúndar in ætérnum.

AD LAUDES ℣.

Deus, in adjutórium meum inténde.
℟. Dómine, ad adjuvándum me festína.
Glória Patri, et Fílio, et Spirítui sancto.
Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen.
Allelúja, vel Laus tibi Dómine, Rex ætérnæ glóriæ.
pro temp. diversitate
A Dominica post Oct. Epip. usque ad Septuag. et ab oct. Pent. usque ad Adv. et temp. Pasc. Antiph. Allelúja.

Psalmus 92.

Dóminus regnávit, decórem indútus est: * indútus est Dñs fortitúdinem, et præcínxit se.
Etenim firmávit orbem terræ, * qui non commovébitur.
Paráta sedes tua ex tunc, * a sæculo tu es.
Elevavérunt flúmina Dómine: * elevavérunt flúmina vocem suam.
Elevavérunt flúmina flúctus suos: * a vócibus aquárum multárum.
Mirábiles elatiónes maris, * mirábilis in altis Dóminus.
Testimónia tua credibília facta sunt nimis: * domum tuam decet sanctitúdo, Dómine, in longitúdinem diérum.

Psalmus 99.

Jubiláte Deo omnis terra: * servíte Dómino in lætítia.
Introíte in conspéctu ejus, * in exultatióne.
Scitóte, quóniam Dóminus ipse est Deus: * ipse fecit nos, et non ipsi nos.
Pópulus ejus, et oves páscuæ ejus: * introíte portas ejus in confessióne, átria ejus in hymnis: confitémini illi.
Laudáte nomen ejus: quóniam suávis est Dñs, in ætérnum misericórdia ejus, * et usque in

generatiónem, et generátionem véritas ejus.

Psalmus 62.

Deus Deus meus, * ad te de luce vígilo.

Sitívit in te ánima mea, * quam multiplíciter tibi caro mea.

In terra desérta, et ínvia, et inaquósa: * sic in sancto appárui tibi, ut vidérem virtútem tuam, et glóriam tuam.

Quóniam mélior est misericórdia tua super vitas: * lábia mea laudábunt te.

Sic benedícam te in vita mea: * et in nómine tuo levábo manus meas.

Sicut ádipe, et pinguédine repleátur ánima mea: * et lábiis exultatiónis laudábit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum, in matutínis meditábor in te: * quia fuísti adjútor meus.

Et in velaménto alárum tuárum exultábo, adhæsit ánima mea post te: * me suscépit déxtera tua.

Ipsi vero in vanum quæsiérunt ánimam meam, introíbunt in inferióra terræ: * tradéntur in manus gládii, partes vúlpium erunt.

Rex vero lætábitur in Deo, laudabúntur omnes qui jurant in eo: * quia obstrúctum est os loquéntium iníqua.

Hic non dicitur Glória Patri.

Psalmus 66.

Deus misereátur nostri, et benedícat nobis: * illúminet vultum suum super nos, et misereátur nostri.

Ut cognoscámus in terra viam tuam: * in ómnibus géntibus salutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli Deus: * confiteántur tibi pópuli omnes.

Læténtur et exúltent gentes: * quóniam júdicas pópulos in æquitáte, et gentes in terra dírigis.

Confiteántur tibi pópuli Deus: confiteántur tibi pópuli omnes: * terra dedit fructum suum.

Benedícat nos Deus, Deus noster, benedícat nos Deus: * et métuant eum ómnes fines terræ. Glória Patri.

Tempore Paschal. Ant. Allel. all. all. all. all. all. all. all. allelúja.

Ant. Surréxit Christus.

Per Annum, Antiph. Allelúja, allelúja.

Ant. Tres pueri.

Canticum trium puerorum. Dan. 3.

Benedícite ómnia ópera Dómini Dómino, * laudáte, et superexaltáte eum in sæcula.

Benedícite Angeli Dómini Dómino: * benedícite cæli Dómino.

Benedícite aquæ ómnes, quæ super cælos sunt, Dómino: * benedícite omnes virtútes Dómini Dómino.

Benedícite sol, et luna Dómino: * benedícite stellæ cæli Dómino.

Benedícite omnis ímber, et ros Dómino: * benedícite omnes spíritus Dei Dómino.

Benedícite ignis, et æstus Dómino: * benedícite frigus, et æstus Dño.

Benedícite rores, et pruína Dómino: * benedícite gelu, et frigus Dómino.

Benedícite glácies, et nives Dómino: * benedícite noctes, et dies Dómino.

Benedícite lux, et ténebræ Dómino: * benedícite fúlgura, et nubes Dómino.

Benedícat terra Dóminum: * láudet, et superexáltet eum in sæcula.

Benedícite montes, et colles Dómino: * benedícite univérsa germinántia in terra Dómino.

Benedícite fontes Dómino: * benedícite mária, et flúmina Dómino.

Benedícite cete, et ómnia quæ movéntur in aquis Dómino: * benedícite omnes vólucres cæli Dómino.

Benedícite ómnes béstiæ, et pécora Dómino: * benedícite filii hóminum Dómino.

Benedícat Israel Dñm:* laudet, et superexáltet eum in sæcula.
Benedícite sacerdótes Dómini Dómino : * benedícite servi Dñi Dño.
Benedícite spíritus, et ánimæ justórum Dómino: * benedícite sancti, et húmiles corde Dño.
Benedícite Ananía, Azaría, Mísael Dómino:* laudáte, et superexaltáte eum in sæcula.
Benedicámus Pátrem, et Fílium cum sancto Spíritu: * laudémus et superexaltémus eum in sæcula.
Benedíctus es Dómine in firmaménto cæli:* et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus in sæcula.

Hic non dicitur Glória Patri neque Amen, in aliis Cant. dicuntur.

Tempore Pasch. Ant. Surréxit Christus de sepúlchro, qui liberavit tres púeros de camino ígnis ardéntis, Alleluia. Antiphona Alleluia.

Per Annum. Antiphona. Tres púeri jussu regis in fornácem missi sunt, non timéntes flámmam ígnis, dicéntes: Benedíctus Deus.

Añа. Allelúja.

Psalmus 148.

Laudáte Dóminum de cælis: * laudáte eum in excélsis.
Laudáte eum ómnes Angeli ejus: * laudáte eum ómnes virtútes ejus.
Laudáte eum sol, et luna: * laudáte eum ómnes stellæ, et lumen.
Laudáte eum cæli cælorum : * et aquæ ómnes, quæ super cælos sunt, láudent nómen Dómini.
Quia ipse dixit, et facta sunt: * ipse mandávit, et creáta sunt.
Státuit ea in ætérnum, et in sæculum sæculi;* præceptum pósuit, et non præteríbit.
Laudáte Dóminum de terra : * dracónes, et ómnes abyssi.
Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellárum: * quæ fáciunt verbum ejus.

Montes, et ómnes colles: * ligna fructífera, et ómnes cedri.
Béstiæ, et univérsa pécora: * serpéntes, et vólucres pennátæ.
Reges terræ, et ómnes pópuli: * príncipes, et ómnes júdices terræ.
Júvenes, et vírgines, senes cum junióribus láudent nomen Dómini: * quia exaltátum est nomen ejus solíus.
Conféssio ejus super cælum, et terram: * et exaltávit cornu pópuli sui.
Hymnus ómnibus sanctis ejus: * fíliis Israel, pópulo appropinquánti sibi.
Hic non dicitur Glória.

Psalmus 149.

Cantáte Dño cánticum novum: * láus ejus in Ecclésia sanctórum.
Lætétur Israel in eo, qui fecit eum: * et fílii Sion exúltent in rege suo.
Láudent nomen ejus in choro: * in tympano, et psaltério psállant ei.
Quia beneplácitum est Dómino in pópulo suo: * et exaltábit mansuétos in salútem.
Exultábunt sancti in glória: * lætabúntur in cubílibus suis.
Exaltatiónes Dei in gútture eórum: * et gládii ancípites in mánibus eórum:
Ad faciéndam vindíctam in natiónibus: * increpatiónes in pópulis.
Ad alligándos reges eórum in compédibus: * et nóbiles eórum in mánicis férreis.
Ut fáciant in eis judícium conscríptum: * glória hæc est ómnibus sanctis ejus.
Hic non dicitur Glória.

Psalmus 150.

Laudáte Dóminum in sanctis ejus: * laudáte eum in firmaménto virtútis ejus.
Laudáte eum in virtútibus ejus: * laudáte eum secúndum multitúdinem magnitúdinis ejus.
Laudáte eum in sono tubæ: * laudáte eum in psaltério, et cíthara.

Laudáte eum in tympano, et choro : * laudáte eum in chordis, et órgano.
Laudáte eum in cymbalis benesonántibus: * laudáte eum in cymbalis jubilatiónis: * omnis spíritus láudet Dóminum. Glória Patri, etc.
Tempore Paschali, et per Annum, Antiphona
Allelúja, allel., allel.
Sequens Capitulum dicitur in Dominica, a ii. post Epiph. usque ad Septuag. et a Dominica iii. post Pentec. usque ad Adventum.
Capit. Apoc. 7. c.
Benedíctio, et cláritas, et sapiéntia, et gratiárum áctio, hónor, vírtus, et fortitúdo Deo nostro in sæcula sæculórum. Amen.
℟. Deo grátias.
Sic respondetur in fine omnium Capitulorum.
Quando ad Nocturnum dicitur Hymnus Primo die, ad Laudes dicitur sequens

Hymnus.

Ætérne rerum Cónditor,
Noctem diémque qui regis,
Et témporum das témpora
Ut álleves fastídium.
Noctúrna lux viántibus,
A nocte noctem ségregans,
Præco diéi jam sonat,
Jubárque solis évocat.
Hoc excitátus lúcifer
Solvit polum calígine,
Hoc ómnis errónum cohors,
Víam nocéndi déserit.
Hoc náuta vires cólligit,
Pontíque mitéscunt freta.
Hoc, ipsa petra Ecclesiæ
Canénte, culpam díluit.
Surgámus ergo strénue,
Gallus jacéntes éxcitat,
Et somnoléntos íncrepat,
Gallus negántes árguit.
Gallo canénte spes rédit,
Ægris salus refúnditur,
Mucro latrónis cónditur,
Lapsis fides revértitur.
Jesu labántes réspice,

Et nos vidéndo córrige:
Si réspicis, labes cadunt,
Fletúque culpa sólvitur.
Tu lux refúlge sénsibus,
Mentísque sòmnum dí-
scute,
Te nostra vox prímum
sónet,
Et vota solvámus tibi.
Deo Pátri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Nunc, et per omne sæ-
culum. Amen.

Per Annum, ℣. Dñus re-
gnávit, decórem índuit.
℟. Induit Dóminus for-
titúdinem, et præcínxit
se virtúte.

A Septuages. usque ad
Quadrages. ℣. Dómine
refúgium factus es no-
bis. ℟. A generatióne
et progénie.

Quando ad Nocturnum
dicitur Hymnus Nocte
surgéntes, ad Laudes
dicitur Hymnus.

Ecce jam nóctis tenuá-
tur umbra;
Lux et auróræ rútilans
corúscat:
Súpplices rerum Dómi-
num canóra
Voce precémur.
Ut réos culpæ miserá-
tus, ómnem
Pellat angórem, tríbuat
salútem,
Dónet et nobis bona
sempitérnæ
Múnera pacis.
Præstet hoc nobis Déi-
tas beáta
Patris, ac Nati, pari-
terque sancti.
Spíritus, cujus résonat
per omnem
Glória mundum.
Amen.

Per Annum, ℣. Dómi-
nus regnávit, decórem
índuit.
℟. Induit Dóminus for-
titúdinem, et præcínxit
se virtúte.

In Quadrag. Hymnus
O sol salútis.
℣. Angelis suis Deus
mandávit de te.
℟. Ut custódiant te in
ómnibus víis tuis.

Tempore Passionis,
Hymnus,
Lustra sex qui jam pe-
régit.
℣. Eripe me de inimí-
cis méis Deus meus.

℟. Et ab insurgéntibus in me libera me.

Tempore Paschi.

Hymnus.

Auróra cœlum púrpurat. ℣. In resurrectióne tua Christe, allel. ℟. Cœli et terra læténtur, allelúja.

Canticum Zachariæ. Lucæ. 1. g.

Benedíctus Dóminus Deus Israel, * quia visitávit, et fecit redemptiónem plébis suæ.

Et eréxit cornu salútis nobis, * in domo Dávid púeri sui.

Sicut locútus est per os sanctórum, * qui a sæculo sunt, prophetárum ejus.

Salútem ex inimícis nostris, * et de manu ómnium, qui odérunt nos.

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nóstris : * et memorári testaménti sui sancti.

Jusjurándum, quod jurávit ad Abraham pátrem nóstrum, * datúrum se nobis.

Ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum liberáti, * serviámus illi.

In sanctitáte et justítia córam ipso, * ómnibus diébus nóstris.

Et tu puer, Prophéta Altíssimi vocáberis : * præíbis enim ante fáciem Dómini paráre vias ejus.

Ad dandam sciéntiam salútis plébi ejus : * in remissiónem peccatórum eórum.

Per víscera misericórdiæ Dei nostri: * in quibus visitávit nos, óriens ex alto.

Illumináre his, qui in ténebris, et in umbra mortis sédent : * ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.

Glória Patri. Sicut erat.

Deinde dicitur Antiph. et Oratio propria : et post eam, si occurrat eo die aliquod Festum simplex, fit de eo Commemoratio. Postremo (si id tempus requirit) fiunt Commemor. de S. Maria, de Apostolis, et de

Patrono Ecclesiæ in ordine aliarum Commemor. secundum illius dignitatem, et ultimo loco de Pace, ut infra in Vesperis Sabbati.

In fine, si discedendum sit a Choro, dicitur una ex Antiph. B. Mariæ, ut habetur infra post Completorium.

DOMINICA
ad Primam.

Pater noster. Ave María. Credo. ℣. Deus in adjutórium. ut sup. 26.

Hymnus.

Jam lucis órto sídere
Deum precémur súpplices,
Ut in diúrnis áctibus
Nos sérvet a nocéntibus.

Linguam refrænans témperet,
Ne litis hórror ínsonet:
Visum fovéndo cóntegat,
Ne vanitátes háuriat.

Sint pura cordis íntima,
Absístat et vecórdia:
Carnis térat supérbiam
Potus cibíque párcitas.

Ut cum díes abscésserit,
Noctémque sors redúxerit,
Mundi per abstinéntiam
Ipsi canámus glóriam.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spiritu Paráclito,
Nunc, et per omne sæculum. Amen.

In Dominicis per annum, et temp. Paschali Ant. Allelúja.

Psalmus 53.

Deus in nómine tuo sálvum me fac: * et in virtúte tua júdica me.

Deus exáudi oratiónem meam: * áuribus pércipe verba óris mei.

Quóniam aliéni insurrexérunt advérsum me, et fortes quæsiérunt ánimam meam: * et non proposuérunt Deum ante conspéctum suum.

Ecce énim Deus ádjuvat me: * et Dóminus suscéptor est ánimæ meæ.

Avérte mala inimícis meis, * et in veritáte tua dispérde illos.

Voluntárie sacrificábo tibi, * et confitébor nómini tuo Dómine: quóniam bonum est.

Quóniam ex omni tribulatióne eripuísti me,* et super inimícos meos despéxit óculus meus.

Sequens Psalm. Confitémini Dómino, dícitur tantum in Dominicis, quando fit Officium de Dominica, ut in Psalterio, præterquam in Dominicis a Pascha usque ad Pentec.

A Septuag. vero usque ad Pascha ejus loco dicitur Psal. Dóminus regnávit, ut supra in Laudibus. 26.

Psalmus 117.

Confitémini Dómino quóniam bonus: * quóniam in sæculum misericórdia ejus.

Dicat nunc Israel, quóniam bonus: * quóniam in sæculum misericórdia ejus.

Dicat nunc domus Aaron:* quóniam in sæculum misericórdia ejus.

Dicant nunc qui tíment Dñm:* quóniam in sæculum misericórdia ejus.

De tribulatióne invocávi Dóminum, * et exaudívit me in latitúdine Dóminus.

Dóminus mihi adjútor:* non timébo quid fáciat mihi homo.

Dóminus mihi adjútor:* et ego despíciam inimícos meos.

Bonum est confídere in Dómino, * quam confídere in hómine:

Bonum est speráre in Dómino, * quam speráre in princípibus.

Omnes gentes circuiérunt me: * et in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Circumdántes circumdedérunt me: * et in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Circumdedérunt me sicut apes, et exarsérunt sicut ignis in spinis: * et in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Impúlsus evérsus sum ut cáderem: * et Dóminus suscépit me.

Fortitúdo mea et laus mea Dóminus:* et factus est mihi in salútem.

Vox exultatiónis et sa-

lútis, * in tabernáculis justórum.
Déxtera Dómini fecit virtútem : déxtera Dómini exaltávit me,* déxtera Dómini fecit virtútem.
Non móriar,sed vivam,* et narrábo ópera Dómini.
Castígans castigávit me Dóminus,* et morti non trádidit me.
Aperite mihi portas justítiæ, ingréssus in eas confitébor Dómino : * hæc porta Dómini, justi intrábunt in eam.
Confitébor tibi quóniam exaudísti me,* et factus es mihi in salútem.
Lápidem, quem reprobavérunt ædificántes: * hic factus est in caput ánguli.
A Dómino factum est istud: * et est mirábile in óculis nostris.
Hæc est dies, quam fecit Dóminus:* exultémus, et lætémur in ea.
O Dómine salvum me fac, o Dómine bene prosperáre : * benedíctus qui venit in nómine Dómini.
Benedíximus vobis de domo Dómini : * Deus Dñs, et illúxit nobis.
Constitúite diem solémnem in condénsis, * úsque ad cornu altáris.
Deus meus es tu,et confitébor tibi:* Deus meus es tu, et exaltábo te.
Confitébor tibi quóniam exaudísti me: * et factus es mihi in salútem.
Confitémini Dómino quóniam bonus: * quóniam in sæculum misericórdia ejus.

Psalmus 118.

Beáti immaculáti in via, * qui ámbulant in lege Dómini.
Beáti, qui scrutántur testimónia ejus: * in toto corde exquírunt eum.
Non énim qui operántur iniquitátem, * in viis ejus ambulavérunt.
Tu mandásti * mandáta tua custodíri nímis.
Utinam dirigántur viæ meæ, * ad custodiéndas justificatiónes tuas.

Tunc non confúndar, * cum perspéxero in ómnibus mandátis tuis.
Confitébor tibi in directióne cordis : * in eo quod dídici judícia justítiæ tuæ.
Justificatiónes tuas custódiam : * non me derelínquas usquequáque.
In quo córrigit adolescéntior viam suam ? * in custodiéndo sermónes tuos.
In toto corde meo exquisívi te: * ne repéllas me à mandátis tuis.
In corde meo abscóndi elóquia tua : * ut non peccem tibi.
Benedíctus es Dómine: * doce me justificatiónes tuas.
In lábiis meis, * pronuntiávi ómnia judícia óris tui.
In via testimoniórum tuórum delectátus sum, * sicut in ómnibus divítiis.
In mandátis tuis exercébor, * et considerábo vias tuas.
In justificatiónibus tuis meditábor: * non oblivíscar sermónes tuos.
Retríbue servo tuo, vivífica me: * et custódiam sermónes tuos.
Revéla óculos meos ; * et considerábo mirabília de lege tua.
Incola ego sum in terra: * non abscóndas a me mandáta tua.
Concupívit ánima mea desideráre justificatiónes tuas, * in omni témpore.
Increpásti supérbos : * maledícti qui declínant a mandátis tuis.
Aufer a me oppróbrium, et contémptum : * quia testimónia tua exquisívi.
Etenim sedérunt príncipes , et advérsum me loquebántur: * servus autem tuus exercebátur in justificatiónibus tuis.
Nam et testimónia tua meditátio mea est, * et consílium meum justificatiónes tuæ.
Adhæsit paviménto ánima mea: * vivífica me secúndum verbum tuum.

Vias meas enuntiávi, et exaudísti me: * doce me justificatiónes tuas.
Viam justificatiónum tuárum instrue me, * et exercébor in mirabílibus tuis.
Dormitávit ánima mea præ tædio: * confírma me in vérbis tuis.
Viam iniquitátis ámove a me, * et de lege tua miserére mei.
Viam veritátis elégi: * judícia tua non sum oblítus.
Adhæsi testimóniis tuis Dómine: * noli me confúndere.
Viam mandatórum tuórum cucúrri, * cúm dilatásti cor meum.

Seq. Symbolum dicitur in Dominicis tantum, quando fit Offic. de Dominica; ut in Psalterio, et in festo SS. Trinitatis; nec non in die Oct. non vero infra Oct. ubi celebratur.

Symbolum S. Athanasii.

Quicúmque vult salvus esse: * ante ómnia opus est, ut téneat cathólicam fidem.
Quam nisi quisque íntegram inviolatámque serváverit: * absque dúbio in ætérnum períbit.
Fides áutem cathólica hæc est: * ut unum Deum in Trinitáte, et Trinitátem in unitáte venerémur.
Néque confundéntes persónas: * neque substántiam separántes.
Alia est enim persóna Patris, ália Filii, * ália Spiritus sancti.
Sed Patris, et Fílii, et Spiritus sancti una est divínitas: * æquális glória, coætérna majéstas.
Quális Pater, talis Fílius. * talis Spíritus sanctus.
Increátus Pater, increátus Fílius: * increátus Spíritus sanctus.
Imménsus Pater, imménsus Fílius, * imménsus Spíritus sanctus.
Ætérnus Pater, æternus Fílius, * ætérnus Spíritus sanctus.
Et tamen non tres æ-

térni: * sed unus ætérnus.

Sicut non tres increáti, nec tres imménsi: * sed unus increátus, et unus imménsus.

Símiliter omnípotens Pater, omnípotens Fílius, * omnipotens Spíritus sanctus.

Et tamen non tres omnipoténtes: * sed unus omnípotens.

Ita Deus Pater, Deus Fílius, * Deus Spíritus sanctus.

Et támen non tres Dii: * sed unus est Deus.

Ita Dóminus Pater, Dóminus Fílius, * Dóminus Spíritus sanctus.

Et támen non tres Dómini: * sed unus est Dóminus.

Quia sicut singillátim unamquámque persónam Deum ac Dóminum confitéri christiána veritáte compéllimur : * ita tres Deos , aut Dóminos dícere, cathólica religióne prohibémur.

Pater a nullo est factus, * nec creátus, nec génitus.

Fílius a Patre solo est: * non factus, nec creátus, sed génitus.

Spíritus sanctus a Patre et Fílio : * non factus, nec creátus , nec génitus, sed procédens.

Unus ergo Pater , non tres Patres; unus Fílius, non tres Fílii : * unus Spíritus sanctus , non tres Spíritus sancti.

Et in hac Trinitáte níhil prius, aut postérius, nihil majus aut minus; * sed totæ tres persónæ coætérnæ sibi sunt , et coæquáles.

Ita ut per ómnia, sicut jam supra dictum est: * et únitas in Trinitáte ; et Trínitas in unitáte veneránda sit.

Qui vult ergo salvus esse: * ita de Trinitáte séntiat.

Sed necessárium est ad ætérnam salútem: * ut incarnatiónem quóque Dómini nostri Jesu Chrísti fidéliter credat.

Est ergo fides recta, ut credámus, et confiteámur , * quia Dóminus

noster Jesus Christus Dei Filius, Deus et homo est.

D eus est ex substántia Patris ante sæcula génitus: * et homo est ex substántia Matris in sæculo natus.

P erféctus Deus, perféctus homo: * ex ánima rationáli, et humána carne subsístens.

Æ quális Patri secúndum divinitátem: * minor Patre secúndum humanitátem.

Q ui lícet Deus sit et homo: * non duo tamen, sed unus est Christus.

U nus áutem non conversióne divinitátis in carnem: * sed assumptióne humanitátis in Deum.

U nus omníno non confusióne substántiæ: * sed unitáte persónæ.

N am sicut ánima rationális et caro unus est homo: * ita Deus et homo unus est Christus.

Q ui passus est pro salúte nostra, descéndit ad ínferos, * tértia die resurréxit a mórtuis.

A scéndit ad cœlos, sedet ad déxteram Dei Patris omnipoténtis: * inde ventúrus est judicáre vivos et mórtuos.

A d cujus advéntum omnes hómines resúrgere habent cum corpóribus suis: * et redditúri sunt de factis própriis rationem.

E t qui bona egérunt, ibunt in vitam ætérnam: * qui vero mala, in ignem ætérnum.

H æc est fides cathólica, * quam nisi quisque fidéliter, firmitérque credíderit, salvus esse non póterit.

G lória Patri, et Filio.

Ant. Allelúja, allelúja, allelúja.

Temp. Pasch. addit. aliud Allelúja.

Capit. 1. Tim. 1. d

R egi sæculórum immortáli et invisíbili, soli Deo honor et glória in sæcula sæculórum. Amen.

℟. Deo grátias.

℟. breve. Christe Fili Dei vivi, * Miserére nobis, et repet. Christe Fili

Dei vivi, miserére nobis.
℣. Qui sedes ad déxteram Patris.
℟. Miserére nobis.
℣. Glória Patri, et Fílio, et Spirítui sancto.
℟. Christe Fili Dei vivi, miserére nobis.
℣. Exúrge Christe, ádjuva nos.
℟. Et líbera nos propter nomen tuum.

Sequéntes preces non dicuntur in Duplicib., nec infra Oct. sed tunc dicto ℟. brevi, dicitur: Dóminus vobíscum, et Oratio: Dómine Deus omnípotens, ut infra 42.

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.

Pater noster. secr. usque ad ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo. Credo in Deum, secreto usque ad ℣. Carnis resurrectiónem.
℟. Vitam ætérnam. Am.
℣. Et ego ad te, Dómine, clamávi.
℟. Et mane orátio mea prævéniet te.
℣. Repleátur os meum láude.
℟. Ut cantem glóriam tuam, tota die magnitúdinem tuam.
℣. Dñe avérte fáciem tuam a peccátis meis.
℟. Et ómnes iniquitátes meas dele.
℣. Cor mundum créa in me Deus.
℟. Et spíritum rectum ínnova in viscéribus meis.
℣. Ne projícias me a fácie tua.
℟. Et Spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.
℣. Redde mihi lætítiam salutáris tui.
℟. Et spíritu principáli confírma me.
℣. Adjutórium nostrum, in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.

Deinde Hebdomadar. facit Confessionem.

Confíteor Deo omnipoténti, beátæ Maríæ semper Vírgini, beáto Michaèli Archángelo, beáto Joánni Baptístæ, sanctis Apóstolis Petro

et Páulo, beáto Patri nostro Francísco, ómnibus Sanctis, et vobis fratres: quia peccávi nimis cogitatióne, verbo, et ópere: mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo précor beátam Maríam semper Vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, beátum Patrem nostrum Francíscum, omnes Sanctos, et vos fratres, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

Chorus respondet:

Misereátur tui omnípotens Deus, et dimíssis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam ætérnam ℟. Amen.

Deinde repetit. Confessionem: et ubi dicitur vobis fratres, et vos fratres, dicatur tibi pater, et te pater.

Facta Confes. a Choro, Hebdomadarius dicit:

Misereátur vestri omnípotens Deus, et dimíssis peccátis vestris, perdúcat vos ad vitam ætérnam. ℟. Amen.

Indulgéntiam, absolutiónem, et remissiónem peccatórum nostrórum tríbuat nobis omnípotens, et miséricors Dóminus. ℟. Am.

Et prosequ. ℣. Dignáre, Dómine, die isto.

℟. Sine peccáto nos custodíre.

℣. Miserére nostri Dómine.

℟. Miserére nostri.

℣. Fiat misericórdia tua Dómine, super nos.

℟. Quemádmodum sperávimus in te.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

Dómine Deus omnípotens, qui ad princípium hujus diéi nos perveníre fecísti: tua nos hódie salva virtúte; ut in hac die ad nullum declinémus peccátum,

sed semper ad tuam justítiam faciéndam nostra procédant elóquia, dirigántur cogitatiónes et ópera. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟.Am.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.
℣.Benedicámus Dómino
℟.Deo grátias.

Deinde in Choro legit. Martyrolog. Et quando dicenda est Prima de B. Maria, præponitur Lection. Martyrologii.

Postea Hebdom. dicit
℣. Pretiósa in conspéctu Dómini.
℟ Mors sanctórum ejus.
Et absolute sine Orémus

Oratio.

Sancta María, et ómnes Sancti intercédant pro nobis ad Dóminum; ut nos mereámur ab eo adjuvári, et salvári: Qui vivit et regnat in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

℣. Deus in adjutórium meum inténde.
℟. Dómine ad adjuvándum me festína.
Et dicitur ter: ultimo additur Glória Patri. Sicut erat.
Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.
Pater noster secreto.
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a malo.
℣. Réspice in servos tuos, Dómine, et in ópera tua, et dírige fílios eórum.
℟. Et sit spléndor Dómini Dei nostri super nos, et ópera mánuum nostrárum dírige super nos, et opus mánuum nostrárum dírige.
℣. Glória Patri.
℟. Sicut erat.

Oremus Oratio.

Dirígere et sanctificáre, régere et gubernáre, dignáre, Dómine Deus, Rex cœli et terræ, hódie corda et córpora nostra, sensus, sermónes, et actus nostros in lege tua, et

in opéribus mandatórum tuórum: ut hic, et in ætérnum, te auxiliánte, salvi et liberi esse mereámur, Salvátor mundi: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

℣. Jube dómne benedícere.

Bened. Dies, et actus nostros in sua pace dispónat Dóminus omnípotens. ℟. Amen.

Ad Absol. Cap. in Domin. et Feriis per Ann. ab Oct. Epiph. usque ad Domin. I. Quadr. et ab Oct. Pentec. usque ad Adv. exclusive.

Lect. brev. 2. Thess. 3. b.

Dóminus áutem dírigat corda et córpora nostra in charitáte Dei, et patiéntia Christi. Tu autem Dómine, miserére nobis.

℟. Deo grátias.

A Dom. I. Adv. usque ad Vigil. Nativ. Domini exclusive.

Isaiæ 33. 2.

Dómine, miserére nostri: te enim expectávimus: ésto bráchium nostrum in mane, et salus nostra in témpore tribulatiónis. Tu áutem Dómine.

A Domin. I. Quadrag. usque ad Domin. Pass. exclusive. Isai. 55. b

Quærite Dóminum, dum inveníri potest: invocáte eum, dum prope est. Tu autem.

A Domin. Passionis usque ad Feriam v. in Cœna Domini exclusive.

Isaiæ 50. c

Fáciem meam non avérti ab increpántibus et conspuéntibus in me: Dñs Deus auxiliátor meus, et ídeo non sum confúsus. Tu autem.

A Domin. Resurrect. usque ad Ascens. exclusive. Coloss. 1.

Si consurrexístis cum Christo, quae sursum sunt quærite, ubi Christus est in déxtera Dei sedens: quæ sursum sunt sápite, non quæ super terram. Tu autem Dómine miserére nobis.

Post Lectionem brev.

dicitur ℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum, et terram.
℣. Benedícite. ℟. Deus.
Bened. Dñs nos benedícat, et ab ómni malo deféndat, et ad vitam perdúcat ætérnam: et Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace. ℟. Amen.

IN FERIALI OFFICIO
extra temp. Pasch.
AD PRIMAM

Pater noster. Ave Maria. Credo.
℣. Deus in adjutórium. et Hymn. ut supr. 34.
Per Annum Antiph. Beáti qui ámbulant.
Tempore Advent. Ant. de Laud. Dominicæ, aut ex propriis Laudibus.
Temp. Quadrag. Ant. Vivo ego.
Temp. Passion. Antiph. Líbera me Dómine.
Psalm. Deus in nómine tuo, ut supra 34.
Post Psal. Deus in nómine tuo, loco Psalm. Confitémini, dicitur unus ex infrascriptis Ps. secundum Fer. distinctis. Sabbato autem dicuntur tantum tres Ps. sicut in Festis.

FERIA SECUNDA
Psalmus 23.

Dómini est terra, et plenitúdo ejus: * orbis terrárum, et univérsi qui hábitant in eo.
Quia ipse super mária fundávit eum: * et super flúmina præparávit eum.
Quis ascéndet in montem Dñi? * aut quis stabit in loco sancto ejus?
Innocens mánibus et mundo corde: * qui non accépit in vano ánimam suam, nec jurávit in dolo próximo suo.
Hic accípiet benedictiónem a Dómino: * et misericórdiam a Deo salutári suo.
Hæc est generátio quærentium eum, * quæréntium fáciem Dei Jacob.
Attóllite portas príncipes vestras, et elevámini portæ æternáles: *

et introíbit Rex glóriæ.
Quis est iste Rex glóriæ? * Dóminus fortis, et potens: Dóminus potens in prælio.
Attóllite portas príncipes vestras, et elevámini portæ æternáles: * et introíbit Rex glóriæ.
Quis est iste Rex glóriæ? * Dóminus virtútum ipse est Rex glóriæ.

FERIA TERTIA

Psalmus 24.

Ad te, Dómine, levávi ánimam meam: * Deus meus in te confído, non erubéscam.
Neque irrídeant me inimíci mei: * étenim univérsi, qui sústinent te, non confundéntur.
Confundántur ómnes iníqua agéntes * supervácue.
Vias tuas, Dómine, demónstra mihi: * et sémitas tuas édoce me.
Dírige me in veritáte tua, et doce me: * quia tu es Deus Salvátor meus, et te sustínui tota die.
Reminíscere miseratiónum tuárum Dómine, * et misericordiárum tuárum, quæ a sæculo sunt.
Delícta juventútis meæ, * et ignorántias meas ne memíneris.
Secúndum misericórdiam tuam meménto mei tu: * propter bonitátem tuam Dómine.
Dulcis et rectus Dóminus: * propter hoc legem dabit delinquéntibus in via.
Díriget mansuétos in judício: * docébit mites vias suas.
Univérsæ viæ Dómini, misericórdia et véritas, * requiréntibus testamentum ejus et testimónia ejus.
Propter nomen tuum, Dómine, propitiáberis peccáto meo: * multum est enim.
Quis est homo qui timet Dñm?* legem státuit ei in via, quam elégit.
Anima ejus in bonis demorábitur: * et semen ejus hæreditábit terram.
Firmaméntum est Dóminus timéntibus eum: * et testaméntum ipsíus

ut manifestétur illis.
Oculi mei semper ad Dóminum : * quóniam ipse evéllet de láqueo pedes meos.
Réspice in me, et miserére mei: * quia únicus, et páuper sum ego.
Tribulatiónes cordis mei multiplicátæ sunt: * de necessitátibus meis érue me.
Vide humilitátem meam, et labórem meum: * et dimítte univérsa delícta mea.
Réspice inimícos meos, quóniam multiplicáti sunt, * et odio iníquo odérunt me.
Custódi ánimam meam, et érue me: * non erubéscam, quóniam sperávi in te.
Innocéntes et récti adhæsérunt mihi : * quia sustínui te.
Líbera Deus Israel, * ex ómnibus tribulatiónibus suis.

FERIA QUARTA

Psalmus 25.

Júdica me Dómine, quóniam ego in innocéntia mea ingréssus sum: * et in Dómino spérans non infirmábor.
Próba me, Dómine, et tenta me : * úre renes meos et cor meum.
Quóniam misericórdia tua ante óculos meos est : * et complácui in veritáte tua.
Non sedi cum concílio vanitátis: * et cum iníqua geréntibus non introíbo.
Odívi Ecclésiam malignántium: * et cum ímpiis non sedébo.
Lavábo inter innocéntes manus meas: * et circúmdabo altáre tuum Dómine:
Ut áudiam vocem láudis, * et enárrem univérsa mirabília tua.
Dómine , diléxi decórem domus tuæ, * et lócum habitatiónis glóriæ tuæ.
Ne perdas cum ímpiis Deus ánimam meam, * et cum viris sánguinum vitam meam.
In quórum mánibus iniquitátes sunt ; * déx-

tera eórum repléta est munéribus.
Ego áutem in innocéntia mea ingréssus sum: * rédime me, et miserére mei.
Pes meus stetit in diréctο: * in Ecclésiis benedícam te Dómine.

FERIA QUINTA

Psalmus 22.

Dóminus régit me, et nihil mihi déerit: * in loco páscuæ ibi me collocávit.
Super áquam refectiónis educávit me: * ánimam meam convértit.
Dedúxit me super sémitas justítiæ, * propter nomen suum.
Nam, et si ambulávero in médio umbræ mortis, non timébo mala: * quóniam tu mecum es.
Virga tua, et báculus tuus: * ipsa me consoláta sunt.
Parásti in conspéctu meo mensam, * advérsus eos, qui tríbulant me.
Impinguásti in óleo caput meum: * et calix meus inébrians quam præclárus est!
Et misericórdia tua subsequétur me * ómnibus diébus vitæ meæ.
Et ut inhábitem in domo Dómini: * in longitúdinem diérum.

FERIA SEXTA

Psalmus 21.

Deus Deus meus réspice in me, quare me dereliquísti? * longe a salúte mea verba delictórum meórum.
Deus meus clamábo per diem, et non exáudies: * et nocte, et non ad insipiéntiam mihi.
Tu áutem in sancto hábitas, * Laus Israel.
In te speravérunt patres nostri: * speravérunt, et liberásti eos.
Ad te clamavérunt, et salvi facti sunt: * in te speravérunt, et non sunt confúsi.
Ego áutem sum vermis, et non homo: * oppróbrium hóminum, et abjéctio plebis.
Omnes vidéntes me, derisérunt me: * locúti sunt

lábiis, et movérunt caput.

Sperávit in Dño, erípiat eum: * salvum fáciat eum, quóniam vult eum.

Quóniam tu es, qui extraxísti me de ventre: * spes mea ab ubéribus matris meæ: in te projéctus sum ex útero.

De ventre matris meæ Deus meus es tu, * ne discésseris a me.

Quóniam tribulátio próxima est: * quóniam non est qui ádjuvet.

Circumdedérunt me vítuli multi: * táuri pingues obsedérunt me.

Aperuérunt super me os suum, * sicut leo rápiens, et rúgiens.

Sicut aqua effúsus sum: * et dispérsa sunt ómnia ossa mea.

Factum est cor meum támquam cera liquéscens: * in médio ventris mei.

Aruit támquam testa virtus mea, et língua mea adhæsit fáucibus meis: * et in púlverem mortis deduxísti me.

Quóniam circumdedérunt me canes multi: * concílium malignántium obsédit me.

Fodérunt manus meas, et pedes meos: * dinumeravérunt ómnia ossa mea.

Ipsi vero consideravérunt, et inspexérunt me: * divisérunt sibi vestiménta mea, et super vestem meam misérunt sortem.

Tu áutem, Dómine, ne elongáveris auxílium tuum a me: * ad defensiónem meam cónspice.

Erue a frámea, Deus, ánimam meam: * et de manu canis únicam meam.

Salva me ex ore leónis: * et a córnibus unicórnium humilitátem meam.

Narrábo nomen tuum frátribus meis: * in médio Ecclésiæ laudábo te.

Qui timétis Dóminum, laudáte eum: * univérsum semen Jacob glorificáte eum.

Tímeat eum omne semen Israel: * quóniam non sprevit, neque de-

spexit deprecatiónem páuperis:
Nec avértit fáciem suam a me: * et cum clamárem ad eum, exaudívit me.
Apud te laus mea in Ecclésia magna: * vota mea reddam in conspéctu timéntium eum.
Edent páuperes, et saturabúntur: et laudábunt Dóminum qui requírunt eum: * vivent corda eórum in sæculum sæculi.
Reminiscéntur, et convertántur ad Dóminum * univérsi fines terræ.
Et adorábunt in conspéctu ejus * univérsæ famíliæ géntium.
Quòniam Domini est regnum; * et ipse dominábitur géntium.
Manducavérunt, et adoravérunt òmnes píngues terræ: * in conspéctu ejus cadent ómnes, qui descéndunt in terram.
Et ánima mea illi vivet: * et semen meum sérviet ipsi.
Annuntiábitur Dómino generátio ventúra: * et annuntiábunt cœli justítiam ejus pópulo qui nascétur, quem fecit Dóminus.

Sabbato nihil additur, ut supra in Rubr.

Deinde dic. Psalm. 118. Beáti immaculáti, et Retríbue, ut supra 36.

Per Annum, Antiph. Beáti qui ámbulant in lege tua, Dómine.

Tempore Adv. Ant. de Laudibus Dom.in., aut ex propriis Laudibus.

Temp. Quadrag. Ant. Vivo ego, dicit Dóminus: nolo mortem peccatóris, sed ut magis convertátur, et vivat.

Temp. Passionis. Ant. Libera me, Dómine, et pone me juxta te: et cujúsvis manus pugnet contra me.

Capit. Zach. 8. 19.

Pacem, et veritátem diligite, ait Dóminus omnípotens.

℟. Deo grátias.

℟. br. Christe Fili Dei vivi, * Miserére nobis, et repetit. Christe, Fili Dei vivi, miserére nobis.

℣. Qui sedes ad déxteram Patris.
℟. Miserére nobis.
℣. Glória Patri, et Filio, et Spirítui sancto.
℟. Christe, Fili Dei vivi, miserére nobis.
℣. Exúrge, Christe, ádjuva nos.
℟. Et líbera nos propter nomen tuum.

Kyrie eléison.
Christe eléison.
Kyrie eléison.
Pater noster, secreto.
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.
Credo in Deum, secreto
℣. Carnis resurrectiónem.
℟. Vitam ætérnam, Am.
℣. Et ego ad te, Dómine, clamávi.
℟. Et mane orátio mea prævéniet te.
℣. Repleátur os meum láude.
℟. Ut cantem glóriam tuam, tota die magnitúdinem tuam.
℣. Dñe avérte fáciem tuam a peccátis meis.
℟. Et omnes iniquitátes meas dele.
℣. Cor mundum créa in me, Deus.
℟. Et spíritum rectum ínnova in viscéribus meis.
℣. Ne projícias me a fácie tua.
℟. Et Spíritum sanctum tuum ne aúferas a me.
℣. Redde mihi lætitiam salutáris tui.
℟. Et spíritu principáli confírma me.

Quando ad Laud. non sunt dictæ Preces feriales, statim dicitur Adjutórium nostrum, et Confiteor Deo, ut supra 41.

Quando autem ad Laudes dictæ sunt Preces Ferial. inferius positæ post Laudes Feriæ ii. tunc ad Primam prædictæ Preces, et seq. dicuntur flexis genibus.

℣. Eripe me, Dómine, ab hómine malo.
℟. A viro iníquo éripe me.
℣. Eripe me de inimícis meis, Deus meus.

℟. Et ab insurgéntibus in me líbera me.
℣. Eripe me de operántibus iniquitátem.
℟. Et de viris sánguinum salva me.
℣. Sic psalmum dicam nómini tuo in sæculum sæculi.
℟. Ut reddam vota mea de die in diem.
℣. Exáudi nos Deus salutáris noster.
℟. Spes ómnium fínium terræ, et in mari longe.
℣. Deus, in adjutórium meum inténde.
℟. Dómine, ad adjuvándum me festína.
℣. Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortális.
℟. Miserére nobis.
℣. Bénedic ánima mea Dómino.
℟. Et omnia quæ intra me sunt nomini sancto ejus.
℣. Benedic anima mea Domino.*
℟. Et noli oblivísci omnes retributiones ejus.
℣. Qui propitiatur omnibus iniquítatibus tuis.
℟. Qui sanat ómnes infirmitátes tuas.
℣. Qui rédimit de intéritu vitam tuam.
℟. Qui corónat te in misericórdia, et miseratiónibus.
℣. Qui replet in bonis desidérium tuum.
℟. Renovábitur ut áquilæ juvéntus tua.
℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum, et terram.

Confiteor et cæt. omn. ut sup. in Dom. 41 ad 45.

IN FERIALI OFFICIO

Temporis Paschalis, et in Festis per Annum.

Post Psal. Deus in nómine tuo, dic. tantum Psal. Beáti immaculáti, et R etribue 36.

Deinde Antiph. competens, et reliqua, ut supra in Domin. sed in Dupl. et inf. Oct. non dicuntur Preces.

Dicto Benedicámus Dómino, dicitur Prima de Beata Maria si dicenda est: postea legitur Martyrol. in Choro.

Deind. dic. ℣. Pretiósa cum reliq. ut sup. 43.

Ad Absolutionem Capituli in Festis dicitur Capitulum Nonæ.

AD TERTIAM

Pater noster. Ave Mar.

Deus, in adjutórium. 2.

Hymnus.

Nunc, sancte nobis Spiritus,
Unum Patri cum Fílio,
Dignáre promptus íngeri
Nostro refúsus péctori.
Os, lingua, mens, sensus, vigor,
Confessiónem pérsonent,
Flamméscat igne cháritas,
Accéndat ardor próximos.
Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito,
Régnans per ómne sæculum. Amen.

In Dominicis per Annum, et tempore Paschali Aña. **Allelúja.**

In feriali Offic. per Annum. Aña. **Deduc me.**

Temp. Advent. Aña. de Laud. Dominicæ, aut ex propriis Laudib.

Temp. Quadrag. Aña. **Advenérunt nobis.**

Temp. Passionis, Aña. **Judicásti Dómine.**

Psalmus.

Legem pone mihi, Dómine, viam justificatiónum tuárum:* et exquíram eam semper.

Da mihi intelléctum, et scrutábor legem tuam:* et custódiam illam in toto corde meo.

Déduc me in sémitam mandatórum tuórum: * quia ipsam vólui.

Inclína cor meum in testimónia tua: * et non in avarítiam.

Avérte óculos meos ne vídeant vanitátem: * in via tua vivífica me.

Státue servo tuo elóquium tuum,* in timóre tuo.

Amputa oppróbrium meum, quod suspicátus sum: * quia judícia tua jucúnda.

Ecce concupívi mandáta tua: * in æquitáte tua vivífica me.

Et véniat super me misericórdia tua, Dómine. * salutáre tuum secúndum elóquium tuum.

Et respondébo exprobrántibus mihi verbum : * quia sperávi in sermónibus tuis.

Et ne áuferas de ore meo verbum veritátis usquequáque: * quia in judíciis tuis supersperávi.

Et custódiam legem tuam semper:*in sæculum et in sæculum sæculi.

Et ambulábam in latitúdine: * quia mandáta tua exquisívi.

Et loquébar in testimóniis tuis in conspéctu regum:* et non confundébar.

Et meditábor in mandátis tuis, * quæ diléxi:

Et levávi manus meas ad mandata tua, quae diléxi : * et exercebar in justificatiónibus tuis.

Memor esto verbi tui servo tuo , * in quo mihi spem dedísti.

Hæc me consoláta est in humilitáte mea : * quia elóquium tuum vivificávit me.

Supérbi iníque agébant usquequáque : * a lege áutem tua non declinávi.

Memor fui judiciórum tuórum a sæculo, Dómine:* et consolátus sum.

Deféctio ténuit me, *pro peccatóribus derelinquéntibus legem tuam.

Cantábiles mihi erant justificatiónes tuæ, * in loco peregrinatiónis meæ.

Memor fui nocte nóminis tui, Dómine: * et custodívi legem tuam.

Hæc facta est mihi : * quia justificatiónes tuas exquisívi.

Pórtio mea, Dñe, * dixi custodíre legem tuam.

Deprecátus sum fáciem tuam in toto corde meo: * miserére mei secúndúm elóquium tuum.

Cogitávi vias meas:* et convérti pedes meos in testimónia tua.

Parátus sum, et non sum turbátus:* ut custódiam mandáta tua.

Funes peccatórum circumpléxi sunt me: * et legem tuam non sum oblítus.

Média nocte surgébam ad confiténdum tibi,*super judícia justificatiónis tuæ.

Párticeps ego sum ómnium timéntium te:* et custodiéntium mandáta tua.

Misericórdia tua, Dñe, plena est terra:*justificatiónes tuas doce me.

Bonitátem fecísti cum servo tuo, Dñe, * secúndum verbum tuum.

Bonitátem, et disciplínam, et sciéntiam doce me:*quia mandátis tuis crédidi.

Priúsquam humiliárer ego delíqui:* proptérea elóquium tuum custodívi.

Bonus es tu: * et in bonitáte tua doce me justificatiónes tuas.

Multiplicáta est super me iníquitas superbórum:*ego áutem in toto corde meo scrutábor mandáta tua.

Coagulátum est sicut lac cor eórum : * ego vero legem tuam meditátus sum.

Bonum mihi quia humiliásti me:* ut discam justificatiónes tuas.

Bonum mihi lex oris tui, * super millia áuri, et argénti.

Manus tuæ fecérunt me, et plasmavérunt me:*da mihi intelléctum, et discam mandáta tua.

Qui timent te vidébunt me,et lætabúntur:*quia in verba tua supersperávi.

Cognóvi Dñe,quia æquitas judícia tua:*et in veritáte tua humiliásti me

Fiat misericórdia tua ut consolétur me: * secúndum elóquium tuum servo tuo.

Véniant mihi miseratiónes tuæ,et vivam:*quia lex tua meditátio mea est.

Confundántur superbi, quia injúste iniquitátem fecérunt in me : * ego áutem exercébor in mandátis tuis.

Convertántur mihi timéntes te: * et qui novèrunt testimónia tua.
Fiat cor meum immaculátum in justificatiónibus tuis,* ut non confúndar.

Antiph. Allelúja, allelúja, allelúja.

Tempore Paschali additur aliud Allelúja.

Sequens Capit. et alia in aliis Horis, dicuntur in Domin. a II. post Epiph. usq. ad Sept. et a III. post Pent. usque ad Adv. Resp. brev. etiam usq. ad Dom. I. Quadr. similiter et quæ sequ. in feriali Officio.

Capit. 1. Joan. 4. c

Deus cháritas est: et qui manet in charitáte, in Deo manet, et Deus in eo.

℟. br. Inclína cor meum, Deus, * in testimónia tua. Inclina.

℣. Avérte óculos meos, ne vídeant vanitátem: in via tua vivífica me.

℟. In testimónia tua. Glória Patri. Inclina.

℣. Ego dixi, Dómine, miserére mei.

℟. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi.

In feriali Officio per Annum, Antiph. Deduc me, Dñe, in sémitam mandatórum tuórum.

Capit. Jer. 17. b

Sana me, Dómine, et sanábor: salvum me fac, et salvus ero: quóniam laus mea tu es.

℟. br. Sána ánimam meam, * Quia peccávi tibi. Sana.

℣. Ego díxi, Dómine, miserére mei. Quia.
Glória Patri. Sana.

℣. Adjútor meus esto, ne derelínquas me.

℟. Neque despícias me, Deus salutáris meus.

Quando ad Matut. dictæ sunt Præces, ad Tertiam, Sextam, et Non. flexis genibus dicitur:
Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.
Pater noster, secreto.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos a malo.

℣. Dómine Deus virtútum convérte nos.
℟. Et osténde fáciem tuam, et salvi érimus.
℣. Exúrge Christe, adjúva nos.
℟. Et líbera nos propter nomen tuum.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.
Oremus. Oratio conv.
Temp. Advent. in feriali Officio Aña. de Laud. Dom., aut ex propriis Laudibus.

Capit. Jer. 23.

Ecce dies véniunt, dicit Dóminus: et suscitábo David germen justum: et regnábit Rex et sápiens erit: et fáciet judícium, et justítiam in terra.
℟. Deo grátias.
℟. br. Veni ad liberándum nos, * Dñe, Deus virtútum. Veni.
℣. Osténde fáciem tuam, et salvi érimus. ℟. Dñe.
℣. Glor. Patri. ℟. Veni.
℣. Timébunt gentes nomen tuum, Dómine.
℟. Et omnes reges terræ glóriam tuam.
Kyrie eléison.
Oratio conveniens.
Tempore Quadrag. in feriali Officio. Antiph. Advenérunt nobis dies pœniténtiæ, ad rediménda peccáta, ad salvándas ánimas.

Capit. Joel. 2. c

Convertímini ad me in toto corde vestro, in jejúnio, et fletu, et planctu: Et scíndite corda vestra, et non vestiménta vestra, ait Dóminus omnípotens.
℟. br. Ipse liberávit me, * De láqueo venántium. Ipse.
℣. Et a verbo áspero.
℟. De láqueo.
℣. Glória Patri. ℟. Ipse.
℣. Scápulis suis obumbrábit tibi.
℟. Et sub pennis ejus sperábit.
Kyrie eléison.
Oratio conveniens.
Tempore Passionis in feriali Officio. Antiph.

Judicásti Dómine causam ánimæ meæ, defénsor vitæ meæ, Dómine Deus meus.

Capitulum Jer. 17. b

Domine, omnes qui te derelínquunt, confundéntur; recedéntes á te in terra scribéntur; quóniam dereliquérunt venam aquárum vivéntium Dóminum.

℟. br. Erue á frámea * Deus ánimam meam. Erue.

℣. Et de manu canis únicam meam. Deus.

Erue á frámea.

℣. De ore leónis líbera me, Dómine.

℟. Et á córnibus unicórnium humilitátem meam.

Kyrie eléison.

Oratio conveniens.

Tempore Paschali in feriali Officio, Antiph. Allelúja, allel. allel.

Capitulum, Rom. 6, b

Christus resúrgens ex mórtuis jam non móritur, mors illi ultra non dominábitur. Quód enim mórtuus est peccáto, mórtuus est semel quód autem vivit, vivit Deo.

℟. br. Surréxit Dóminus de sepúlcro, * Allelúja, allel. Surrexit Dóminus.

℣. Qui pro nobis pepéndit in ligno. Allelúja, allel.

Glória Patri. Surréxit.

℣. Surréxit Dóminus veré, allel. ℟. Et appáruit Simóni, allel.

AD SEXTAM

Oratio conveniens.

Pater noster. Ave María.

Deus in adjutórium. 2.

Hymnus.

Rector potens, verax Deus,
Qui témperas rerum vices
Splendóre mané illúminas,
Et ígnibus merídiem.
Extingue flammas lítium,
Aufer calórem nóxium,
Confer salútem corporum,
Verámque pacem córdium.
Præsta, Pater piissime,

Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum. Amen.

In Dominicis per Annum, et tempore Pasch. Antiph. Allelúja.

In fer. Offic. per Ann. Antiphona Adjuva me.

Temp. Advent. Añt. de Laud. Dominicæ, aut ex propriis Laudibus.

Temp. Quadrag. Aña. Commendémus nosmetípsos.

Temp. Passionis, Aña. Pópule meus.

Psalmus.

Defécit in salutáre tuum ánima mea: * et in verbum tuum supersperávi.

Defecérunt óculi mei in elóquium tuum, * dicéntes: Quando consoláberis me?

Quia factus sum sicut uter in pruína: * justificatiónes tuas non sum oblítus.

Quot sunt dies servi tui: * quando fácies de persequéntibus me judícium?

Narravérunt mihi iníqui fabulatiónes: * sed non ut lex tua.

Omnia mandáta tua véritas: * iníque persecúti sunt me, adjuva me.

Páulo minus consummavérunt me in terra: * ego autem non derelíqui mandáta tua.

Secúndum misericórdiam tuam vivífica me; * et custódiam testimónia oris tuis.

In ætérnum, Dómine, * verbum tuum pérmanet in cælo.

In generatiónem et generatiónem véritas tua: * fundásti terram, et pérmanet.

Ordinatióne tua persevérat dies: * quóniam ómnia sérviunt tibi.

Nisi quod lex tua meditátio mea est: * tunc forte periíssem in humilitáte mea.

In ætérnum non oblivíscar justificatiónes tuas: * quia in ipsis vivificásti me.

Tuus sum ego, salvum me fac: * quóniam justifi-

catiónes tuas exquisívi.
Me expectavérunt peccatóres ut pérderent me: * testimónia tua intelléxi.
Omnis consummatiónis vidi finem: * latum mandátum tuum nimis.
Quómodo diléxi legem tuam Dómine? * tota die meditátio mea est.
Super inimícos meos prudéntem me fecísti mandáto tuo: * quia in ætérnum mihi est.
Super ómnes docéntes me intelléxi: * quia testimónia tua meditátio mea est.
Super senes intelléxi: * quia mandáta tua quæsívi.
Ab omni via mala prohíbui pedes meos; * ut custódiam verba tua.
A judíciis tuis non declinávi: * quia tu legem posuísti mihi.
Quám dúlcia fáucibus meis elóquia tua, * super mel ori meo !
A mandátis tuis intelléxi: * proptérea odívi omnem viam iniquitátis.
Lucérna pédibus meis verbum tuum, * et lumen sémitis meis.
Jurávi et státui * custodíre judícia justítiæ tuæ.
Humiliátus sum usquequáque, Dómine: * vivífica me secúndum verbum tuum.
Voluntária oris mei beneplácita fac, Dómine: * et judícia tua doce me.
Anima mea in mánibus meis semper: * et legem tuam non sum oblítus.
Posuérunt peccatóres láqueum mihi : * et de mandátis tuis non errávi.
Hereditáte acquisívi testimónia tua in ætérnum : * quia exultátio cordis mei sunt.
Inclinávi cor meum ad faciéndas justificatiónes tuas in ætérnum, * propter retributionem.
Iníquos ódio hábui, * et legem tuam dilexi.
Adjútor et suscéptor meus es tu: * et in verbum tuum supersperávi.

Declináte a me malígni: * et scrutábor mandáta Dei mei.

Súscipe me secúndum elóquium tuum, et vivam: * et non confúndas me ab expectatióne mea.

Adjuva me, et salvus ero: * et meditábor in justificatiónibus tuis semper.

Sprevísti omnes discendéntes a judíciis tuis: * quia injústa cogitátio eórum.

Prævaricántes reputávi omnes peccatóres terræ, * ideo diléxi testimónia tua.

Confíge timóre tuo carnes meas: * a judíciis enim tuis tímui.

Feci judícium et justítiam: * non tradas me calumniántibus me.

Súscipe servum tuum in bonum: * non calumniéntur me supérbi.

Oculi mei defecérunt in salutáre tuum, * et in elóquium justítiæ tuæ.

Fac cum servo tuo secúndum misericórdiam tuam: * et justificatiónes tuas doce me.

Servus tuus sum ego: * da mihi intelléctum, ut sciam testimónia tua.

Tempus faciéndi Dómine: * dissipavérunt legem tuam.

Ideo diléxi mandáta tua, * super áurum et topázion.

Proptérea ad ómnia mandáta tua dirigébar: * omnem viam iníquam ódio hábui.

Antiph. Allelúja, allelúja, allelúja.

Tempore Paschali additur aliud allelúja.

Capitulum * Galat. 6.

Alter altérius ónera portáte, et sic adimplébitis legem Christi.

℟. br. In ætérnum, Dómine, * Pérmanet verbum tuum. In æternum.

℣. In sæculum sæculi véritas tua. Pérmanet.

Glória Patri. In ætérnum. ℣. Dóminus regit me, et nihil mihi déerit.

℟. In loco páscuæ ibi me collocávit.

In Feriali Officio per

Annum, Aña. Adjuva me, et salvus ero, Dñe.
Capit. Alter altérius.
℟. br. Benedícam Dóminum * In omni témpore. Benedícam.
℣. Semper laus ejus in ore meo. ℟. In omni.
Glória Patri. Benedícam
℣. Dóminus regit me, et nihil mihi déerit.
℟. In loco páscuæ ibi me collocávit.
Quando ad Matutinum dictæ sunt Preces, flexis genibus, dicitur.
Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.
Pater noster. secreto.
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.
℣. Dómine Deus virtútum convérte nos.
℟. Et osténde fáciem tuam, et salvi érimus.
℣. Exsúrge Christe, ádjuva nos.
℟. Et líbera nos propter nomen tuum.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.
Oremus.
Oratio conveniens.
Temp. Advent. in Feriali Offic. Aña. de Laudib. Dominicæ, aut ex propriis Laudibus.
Capitulum. Jer. 23. e
In diébus illis salvábitur Juda, et Israel habitábit confidénter: et hoc est nomen, quod vocábunt eum, Dóminus justus noster.
℟. brev. Ostende nobis Dómine * Misericórdiam tuam. Ostende.
℣. Et salutáre tuum da nobis. Misericórdiam.
Glória Patri. Osténde.
℣. Meménto nostri Dómine in beneplácito pópuli tui.
℟. Vísita nos in salutári tuo. Kyrie eléison.
Oratio conveniens.
Tempore Quadrag. in feriali Officio, Antiph. Commendémus nosmetipsos in multa patiéntia in jejuniis multis, per arma justítiæ.
Capitulum. Isa. 55. b

Derelínquat ímpius viam suam, et vir iniquus cogitatiónes suas, et revertátur ad Dóminum, et miserébitur ejus; et ad Deum nostrum, quóniam multus est ad ignoscéndum.
℟. brev. Scápulis suis* Obumbrábit tibi. Scápulis.
℣. Et sub pennis ejus sperábis. Obumbrábit.
Glória Patri. Scápulis.
℣. Scuto circúmdabit te véritas ejus.
℟. Non timébis a timóre noctúrnó.
Kyrie eléison.
Oratio convenient.
Tempore Passionis in feriali Officio, Antiph. Pópule meus, quid feci tibi? aut quid moléstus fui? respónde mihi.
Capitulum Jer. 17. c
Confundántur, qui me persequúntur, et non confúndar ego: páveant illi, et non páveam ego: índuc super eos diem afflictiónis, et dúplici contritióne cóntere eos, Dñe, Deus noster.
℟. br. De ore leónis * Líbera me Dñe. De ore.
℣. Et a córnibus unicórnium humilitátem meam. Libera. De ore.
℣. Ne perdas cum impiis Deus ánimam meam.
℟. Et cum viris sánguinum vitam meam.
Kyrie eléison.
Oratio convenient.
Tempore Paschali in feriali Officio, Antiph. Allel., allel., allel., all.
Capitulum 1. Cor. 15 c
Christus resurréxit a mórtuis primítiæ dormiéntium: quóniam quidem per hóminem mors, et per hóminem resurréctio mortuórum. Et sicut in Adam ómnes moriúntur, ita et in Christo ómnes vivificabúntur.
℟. br. Surréxit Dóminus vere,* Allelúja, allelúja. Surréxit.
℣. Et appáruit Simóni.
℟. Allelúja, allelúja.
Glória Patri. Surrexit.
℣. Gavisi sunt discípuli allelúja.
℟. Viso Dómino, allel.

Oratio conveniens.

AD NONAM

Pater noster. Ave Mar.
Deus in adiutórium. 2.

Hymnus.

Rerum Deus tenax vigor,
Immótus in te permanens,
Lucis diúrnæ témpora
Succéssibus detérminans.
Largíre lumen véspere,
Quo vita nusquam décidat,
Sed praemium mortis sacræ.
Perénnis instet glória.
Praesta, Pater piissime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum. Amen.

In Domin. per Annum et tempore Paschali, Antiph. Allelúja.

In fer. Offic. per Annum Aña. Aspice in me.

Temp. Adventus, Antiph. de Laud. Dominic., aut ex propriis Laudibus.

Temp. Quadrag. Aña. Per arma justitiæ.

Tempor. Passion. Aña. Numquid rédditur.

Psalmus

Mirabília testimónia tua: * ideo scrutáta est ea ánima mea.
Declarátio sermónum tuórum illúminat, * et intelléctum dat párvulis.
Os meum apérui, et attráxi spíritum, * quia mandáta tua desiderábam.
Aspice in me, et miserere mei, * secúndum judícium diligéntium nomen tuum.
Gressus meos dírige secúndúm elóquium tuum * et non dominétur mei omnís injustitia.
Rédime me á calúmniis hóminum, * ut custódiam mandáta tua.
Fáciem tuam illúmina super servum tuum, * et doce me justificatiónes tuas.
Exitus aquárum dedúxérunt óculi mei: * quia non custodiérunt legem tuam.
Justus es Dómine, * et

rectum judicium tuum.
Mandásti justítiam testimónia tua: * et veritátem tuam nimis.
Tabescere me fecit zelus meus : * quia oblití sunt verba tua inimíci mei.
Ignítum elóquium tuum veheménter: * et servus tuus diléxit illud.
Adolescéntulus sum ego et contémptus: * justificatiónes tuas non sum oblítus.
Justítia tua, justítia in ætérnum: * et lex tua véritas.
Tribulátio et angústia invenérunt me: * mandata tua meditátio mea est.
Æquitas testimónia tua in ætérnum : * intelléctum da mihi,et vivam.
Clamávi in toto corde meo, exáudi me Dómine : * justificatiónes tuas requíram.
Clamávi ad te , salvum me fac : * ut custódiam mandáta tua.
Prævéni in maturitáte et clamávi : * quia in verba tua super sperávi.
Prævenèrunt óculi mei ad te dilúculo, * ut meditárer elóquia tua.
Vocem meam audi secundúm misericórdiam tuam Dómine : * et secúndum judícium tuum vivifica me.
Appropinquavèrunt persequéntes me iniquitáti: * a lege autem tua longe facti sunt.
Prope es tu Dómine:*et omnes viæ tuæ véritas.
Initio cognovi de testimóniis tuis : * quia in ætérnum fundásti ea.
Vide humilitátem meam, et éripe me: * quia legem tuam non sum oblítus.
Júdica judicium meum, et rédime me: * propter elóquium tuum vivifica me.
Longe a peccatóribus salus: * quia justificatiónes tuas non exquisiérunt.
Misericórdiæ tuæ multæ Dómine: * secúndum judicium tuum vivífica me.

Multi qui persequúntur me, et tribulant me: * a testimóniis tuis non declinávi.
Vidi prævaricántes, et tabescébam: * quia elóquia tua non custodiérunt.
Vide quóniam mandáta tua diléxi Dñe:* in misericórdia tua vivifica me.
Princípium verbórum tuórum véritas: * in ætérnum ómnia judícia justítiæ tuæ.

Príncipes persecúti sunt me gratis: * et a verbis tuis formidávit cor meum.
Lætábor ego super elóquia tua: * sicut qui invénit spólia multa.
Iniquitátem ódio hábui et abominátus sum: * legem autem tuam diléxi.
Sépties in die laudem dixi tibi, * super judícia justítiæ tuæ.
Pax multa diligéntibus legem tuam: * et non est illis scándalum.
Expectábam salutáre tuum Dómine:* et mandáta tua diléxi.
Custodívit ánima mea testimónia tua, * et diléxit ea veheménter.
Servávi mandáta tua, et testimónia tua: * quia omnes viæ meæ in conspèctu tuo.
Appropinquet deprecátio mea in conspéctu tuo Dómine: * juxta elóquium tuum da mihi intelléctum.
Intret postulátio mea in conspéctu tuo: * secúndum elóquium tuum éripe me.
Eructábunt lábia mea hymnum, * cum docúeris me justificatiónes tuas.
Pronuntiábit lingua mea elóquium tuum, * quia ómnia mandáta tua æquitas.
Fiat manus tua, ut salvet me: * quóniam mandáta tua elégi.
Concupivi salutáre tuum Dómine:* et lex tua meditátio mea est.
Vivet ánima mea, et laudábit te: * et judícia tua adjuvábunt me.
Errávi, sicut ovis quæ

périit: * quære servum tuum, quia mandata tua non sum oblitus.

Antiph. Allelúja, allelúja, allelúja.

Tempore Paschali additur aliud allelúja.

Capit. 1. Cor. 6. d

Empti enim estis prétio magno. Glorificáte et portáte Deum in córpore vestro.

℟. br. Clamávi in toto corde meo, * Exáudi me Dómine. Clamávi.

℣. Justificatiónes tuas requíram. ℟. Exáudi. Glória Patri. Clamávi.

℣. Ab occúltis meis munda me Dómine.

℟. Et ab aliénis parce servo tuo.

In feriali Offic. per Annum Antiph. Aspice in me et miserére mei Dómine.

℣. Capitul. Empti enim.

℟. br. Rédime me Dómine, * Et miserére mei. Rédime.

℣. Pes enim meus stetit in via recta.

℟. Et miserére. Glória Patri. Rédime.

℣. Ab occúltis meis munda me Dómine.

℟. Et ab aliénis parce servo tuo.

Quando ad Matutinum dictæ sunt Preces, flexis genibus dicitur.

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.

Pater noster. secreto.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos a malo.

℣. Dómine Deus virtútum convérte nos.

℟. Et osténde fáciem tuam, et salvi érimus.

℣. Exúrge Christe, ádjuva nos.

℟. Et líbera nos propter nomen tuum.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Oremus.

Oratio conveniens.

Temp. Advent. in feriali Offic. Antiph. de Laudib. Dominicæ aut ex propriis Laudib.

Capitulum Isaiae 14.
Prope est ut véniat tempus ejus, et dies ejus non elongabúntur. Miserébitur enim Dóminus Jacob, et Israel salvábitur.
℟. br. Super te Jerusálem,* Oriétur Dóminus. Super. ℣. Et glória ejus in te vidébitur. Oriétur. Glória Patri. Super te. ℣. Veni Dómine, et noli tardáre.
℟. Reláxa facínora plebi tuæ. Kyrie eléison.
Oratio conveniens.
Tempore Quadr. in feriali Offic. Aña.
Per arma justítiæ virtútis Dei commendémus nosmetípsos in multa patiéntia.
Capitulum Isaiæ 58. c
Frange esuriénti panem tuum, et egénos vagósque induc in domum tuam, cum víderis nudum, óperi eum, et carnem tuam ne despéxeris.
℟. br. Scuto circúmdabit te * Véritas ejus. Scuto circùmdabit. ℣. Non timébis a timóre noctúrno. ℟. Véritas. Glória Patri. Scuto.
℣. Angelis suis Deus mandávit de te. ℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis. Kyrie eléison.
Oratio conveniens:
Tempore Passionis in feriali Offic. Antiphona
Numquid rédditur pro bono malum, quia fodérunt fóveam ánimæ meæ?
Capitulum Jer. 18. d
Recordáre quod stéterim in conspéctu tuo ut lóquerer pro eis bonum, et avérterem indignatiónem tuam ab eis.
℟. br. Ne perdas cum ímpiis * Deus ánimam meam. Ne perdas.
℣. Et cum viris sánguinum vitam meam. Deus. Ne perdas. ℣. Eripe me Dómine ab hómine malo. ℟. A viro iníquo éripe me. Kyrie eléis.
Oratio conveniens.
Tempore Paschali in feriali Officio, Antiph. Allelúja, allelúja, allel.

Capit. 1. Petr. 3. d
Christus semel pro peccátis nostris mórtuus, est, justus pro injústis, ut nos offérret Deo, mortificátus quidem carne, vivificátus autem spíritu.
℟. br. Gavísi sunt discípuli,* Allelúja, allelúja. Gavísi. ℣. Viso Dómino. Allel., allel. Glória Patri. Gavísi
℣. Mane nobíscum Dómine, allel. ℟. Quóniam advesperáscit, all.
Oratio conveniens.
Vesp. in Dominica, et in Feriis habentur inferius post Laud. Sabb.

FERIA SECUNDA ad Matutinum.

Pater noster. Ave María. Credo. ℣. Dómine lábia mea apéries. 2.
Invitat. Veníte,* Exultémus Dómino.
Psalm. Jubilémus Deo salutári nostro. 2.

Hymnus.

Somno reféctis ártubus,
Spreto cubíli súrgimus:
Nobis, Pater, canéntibus
Adesse te depóscimus.
Te lingua primum cóncinat,
Te mentis ardor ámbiat
Ut áctuum sequéntium
Tu, Sancte; sis exordium.
Cedant tenébræ lumini,
Et nox diúrno sideri:
Ut culpa, quam nox íntulit,
Lucis labáscat múnere.
Precamur iídem súpplices,
Noxas ut omnes ámputes,
Et ore te canéntium
Laudéris omni témpore.
Præsta, Pater piissime,
Patríque compar unice,
Cum Spíritu Paráclito.
Regnans per omne sæculum. Amen.

Invitatoria per Ferias, dicuntur in feriali Offic. ab Oct. Epiph. usque ad Dominicam Passion. et ab Oct. Pentec. usque ad Advent. Hymni vero tam ad Matutinum quam ad Laudes et Vesperas, usque ad Dominicam prim. Quadrag. Añt. autem Nocturnor.

per totum annum, ut infra.
Aña. Dóminus defensor.
Temp. Paschali, Aña. Allelúja
Sub qua una Aña dic. omnes Psalmi Nocturn.
Psalmus 26.
Dóminus illuminátio mea et salus mea, * quem timébo?
Dóminus protéctor vitæ meæ, * a quo trepidabo?
Dum appropiant super me nocéntes, * ut edant carnes meas.
Qui tríbulant me inimíci mei, * ipsi infirmáti sunt, et cecidérunt.
Si consístant advérsum me castra, * non timébit cor meum.
Si exúrgat advérsum me prælium, * in hoc ego sperábo.
Unam petii a Dómino, hanc requíram, * ut inhábitem in domo Dómini ómnibus diebus vitæ meæ.
Ut vídeam voluptátem Dómini, * et visitem templum ejus.
Quóniam abscóndit me in tabernáculo suo: * in die malórum protéxit me in abscóndito tabernáculi sui.
In petra exaltávit me, * et nunc exaltávit caput meum super inimícos meos.
Circuivi et immolávi in tabernáculo ejus hóstiam vociferatiónis: * cantábo, et psalmum dicam Dómino.
Exáudi Dómine vocem meam, qua clámavi ad te: * miserére mei, et exáudi me.
Tibi dixit cor meum, exquisivit te facies mea: * fáciem tuam Dómine requíram.
Ne avertas fáciem tuam a me: * ne declínes in ira a servo tuo.
Adjútor meus esto: * ne derelínquas me, neque despícias me Deus salutáris meus.
Quóniam pater meus et mater mea dereliquérunt me: * Dóminus autem assúmpsit me.
Legem pone mihi Dó-

mine in via tua, * et dírige me in sémitam rectam propter inimícos meos.
Ne tradíderis me in ánimas tribulántium me: * quóniam insurrexérunt in me testes iníqui, et mentíta est iníquitas sibi.
Credo vidére bona Dómini, * in terra vivéntium.
Expecta Dóminum, viríliter age: * et confortétur cor tuum, et sustíne Dóminum.

Psalmus 27.

Ad te Dómine clamábo, Deus meus ne síleas a me: * ne quando táceas a me, et assimilabor descendéntibus in lacum.
Exaudi Dómine vocem deprecatiónis meæ, dum oro ad te: * dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum.
Ne simul trahas me cum peccatóribus: * et cum operántibus iniquitátem ne perdas me.
Qui loquúntur pacem cum próximo suo: * mala autem in córdibus eórum.
Da illis secúndum ópera eórum, * et secúndum nequítiam adinventiónum ipsorum.
Secúndum ópera mánuum eórum tribue illis: * redde retributiónem eorum ipsis.
Quóniam non intellexérunt ópera Dómini, et in ópera mánuum ejus, * déstrues illos, et non ædificabis eos.
Benedíctus Dóminus: * quóniam exaudívit vocem deprecatiónis meæ.
Dóminus adjútor meus, et protector meus: * in ipso sperávit cor meum et adjútus sum.
Et reflóruit caro mea. * et ex voluntate mea confitébor ei.
Dóminus fortitúdo plebis suæ: * et protector salvatiónum Christi sui est.
Salvum fac pópulum tuum Dómine, et bénedic hæreditáti tuæ: * et rege eos, et extólle illos usque in ætérnum.

Antiphona. Dóminus defénsor vitæ méæ.

Antiphona. Adoráte.

Psalmus 28.

Afférte Dómino filii Dei: * afférte Dómino filios aríetum.

Afférte Dómino glóriam et honórem, afférte Dómino glóriam nómini ejus: * adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

Vox Dómini super aquas, Deus majestátis intónuit: * Dóminus super aquas multas.

Vox Dómini in virtúte, * vox Dómini in magnificéntia.

Vox Dómini confringéntis cedros: * et confringet Dóminus cedros Líbani.

Et comminuet eas tamquám vítulum Líbani:* et diléctus quemádmodum filius unicórnium.

Vox Dómini intercidéntis flammam ignis:*vox Dómini concutiéntis desértum, et commovébit Dóminus désertum Cades.

Vox Dómini præparántis cervos, et revelábit condénsa: * et in templo ejus omnes dicent glóriam.

Dóminus dilúvium inhabitáre facit: * et sedébit Dóminus Rex in ætérnum.

Dóminus virtútem pópulo suo dabit: * Dóminus benedícet pópulo suo in pace.

Psalmus 29.

Exaltábo te, Dómine, quóniam suscepísti me:* nec delectásti inimicos meos super me.

Dómine Deus meus clamávi ad te, * et sanásti me.

Dómine eduxísti ab inférno ánimam meam: * salvasti me a descendéntibus in lacum.

Psállite Dómino sancti ejus:*et confitémini memóriæ sanctitátis ejus.

Quóniam ira in indignatióne ejus: * et vita in voluntáte ejus.

Ad vesperum demorábitur fletus:* et ad matutínum lætítia.

Ego autem dixi in abundántia mea: * Non movébor in æternum.
Dómine in voluntáte tua * præstitísti decóri meo virtútem.
Avertísti faciem tuam a me, * et factus sum conturbátus.
Ad te Dómine clamábo:* et ad Deum meum deprecábor.
Quæ utílitas in sánguine meo, * dum descéndo in corruptiónem ?
Numquid confitebítur tibi pulvis,* aut annuntiábit veritátem tuam ?
Audívit Dóminus, et misértus est mei: * Dóminus factus est adjútor meus.
Convertísti planctum meum in gáudium mihi: * conscidísti saccum meum, et circumdedísti me lætítia.
Ut cantet tibi glória mea, et non compúngar : * Dómine Deus meus in ætérnum confitébor tibi.
Aña. Adoráte Dóminum in aula sancta ejus.

Aña. In tua justítia.

Psalmus 30.

In te Dómine sperávi, non confúndar in ætérnum: * in justítia tua líbera me.
Inclína ad me aurem tuam, * accélera ut éruas me.
Esto mihi in Deum protectórem, et in domum refúgii, * ut salvum me fácias.
Quóniam fortitúdo mea et refúgium meum es tu: * et propter nomen tuum dedúces me, et enútries me.
Edúces me de láqueo hoc, quem abscondérunt mihi, * quóniam tu es protéctor meus.
In manus tuas comméndo spíritum meum : * redemísti me Dómine Deus veritátis.
Odísti observántes vanitátes, * supervácue.
Ego autem in Dómino sperávi: * exultábo, et lætábor in misericórdia tua.
Quóniam respéxisti humilitátem meam, * sal-

vásti de necessitátibus ánimam meam.

Nec conclusisti me in mánibus inímici: * statuísti in loco spatióso pedes meos.

Miserére mei Dómine, quóniam tríbulor: * conturbátus est in ira óculus meus, ánima mea, et venter meus.

Quóniam defécit in dolóre vita mea: * et anni mei in gemitibus.

Infirmáta est in paupertáte virtus mea: * et ossa mea conturbáta sunt.

Super omnes inimícos meos factus sum oppróbrium et vicinis meis valde: * et timor notis meis.

Qui vidébant me, foras fugérunt a me: * oblivióni datus sum, támquam mórtuus a corde.

Factus sum tamquám vas pérditum: * quóniam audivi vituperatiónem multórum commorántium in circúitu.

In eo dum convenírent simul advérsum me, * accípere ánimam meam consiliáti sunt.

Ego autem in te sperávi Dómine: * dixi: Deus meus es tu; in mánibus tuis sortes meæ.

Eripe me de manu inimicórum meórum, * et a persequéntibus me.

Illústra fáciem tuam super servum tuum, salvum me fac in misericórdia tua: * Dómine non confúndar, quóniam invocávi te.

Erubéscant impii, et deducántur in inférnum: * muta fiant lábia dolósa.

Quæ loquúntur advérsus justum iniquitátem, * in supérbia et in abusióne.

Quam magna multitúdo dulcédinis tuæ, Dómine, * quam abscondisti timéntibus te!

Perfecísti eis, qui sperant in te, * in conspectu filiórum hóminum.

Abscóndes eos in abscóndito faciéi tuæ * a conturbatione hóminum.

Próteges eos in tabernáculo tuo, * a contradictióne linguárum.

Benedíctus Dóminus: * quóniam mirificávit misericórdiam suam mihi in civitáte munita.
Ego autem dixi in excéssu mentis meæ: * Projéctus sum a facie oculórum tuórum.
Ideo exaudísti vocem oratiónis meæ, * dum clamárem ad te.
Dilígite Dóminum omnes sancti ejus: * quoniam veritátem requíret. Dóminus, et retríbuet abundánter faciéntibus supérbiam.
Viríliter ágite, et confortétur cor vestrum, * omnes qui sperátis in Dómino.

Psalmus 31.

Beáti quorum remíssæ sunt iniquitátes, * et quorum tecta sunt peccáta.
Beátus vir, cui non imputávit Dóminus peccátum, * nec est in spíritu ejus dolus.
Quóniam tácui, inveteravérunt ossa mea, * dum clamárem tota die.
Quóniam die ac nocte gravála est super me manus tua: * convérsus sum in ærúmna mea, dum configitur spina.
Delíctum meum cógnitum tibi feci, * et injustítiam meam non abscondi.
Dixi: Confitébor advérsum me injustítiam meam Dómino, * et tu remisísti impietátem peccáti mei.
Pro hac orábit ad te omnis sanctus, * in témpore opportúno.
Verúmtamen in dilúvio aquárum multárum * ad eum non approximábunt.
Tu es refúgium meum a tribulatióne, quæ circúmdedit me: * exultátio mea érue me a circumdántibus me.
Intelléctum tibi dabo, et ínstruam te in via hac, qua gradiéris: * firmábo super te óculos meos.
Nolíte fíeri sicut equus et mulus, * quibus non est intelléctus.
In camo et fréno ma-

xillas eórum constringe, * qui non appróximant ad te.

Multa flagélla peccatóris, * sperántem autem in Dómino misericórdia circúmdabit.

Lætámini in Dómino, et exultáte justi, * et gloriámini omnes recti corde.

Antiph. In tua justítia líbera me Dómine.

Antiph. Rectos decet.

Psalmus 32.

Exultáte justi in Dómino: * rectos decet collaudátio.

Confitémini Dómino in cithara: * in psaltério decem chordárum psállite illi.

Cantáte ei cánticum novum, * bene psallíte ei in vociferatióne.

Quia rectum est verbum Dómini: * et ómnia ópera ejus in fide.

Díligit misericòrdiam et judícium: * misericórdia Dómini plena est terra.

Verbo Dómini cœli firmati sunt: * et spiritu oris ejus omnis virtus eórum.

Cóngregans sicut in utre aquas maris, * ponens in thesáuris abyssos.

Tímeat Dóminum omnis terra: * ab eo autem commoveántur omnes inhabitántes orbem.

Quóniam ipse dixit, et facta sunt: * ipse mandávit, et creáta sunt.

Dóminus díssipat consilia géntium: * réprobat autem cogitatiónes populórum, et réprobat consilia príncipum.

Consilium autem Dómini in ætérnum manet: * cogitatiónes cordis ejus in generatióne, et generatiónem.

Beáta gens, cujus est Dóminus Deus ejus: * pópulus, quem elégit in hæreditátem sibi.

De cœlo respéxit Dóminus: * vidit omnes filios hóminum.

De præparáto habitáculo suo * respéxit super omnes, qui hábitant terram.

Qui finxit singillátim corda eórum: * qui intélligit ómnia ópera eórum.
Non salvátur rex per multam virtútem : * et gigas non salvabitur in multitúdine virtútis suæ.
Fallax equus ad salutem : * in abundántia autem virtútis suæ non salvábitur.
Ecce óculi Dómini super metuéntes eum,* et in eis, qui sperant super misericórdia ejus.
Ut éruat a morte ánimas eórum : * et alat eos in fame.
Anima nostra sústinet Dóminum : * quóniam adjútor et protéctor noster est.
Quia in eo lætábitur cor nostrum:* et in nómine sancto ejus sperávimus.
Fiat misericórdia tua Dómine super nos : * quemádmodum sperávimus in te.

Psalmus 33.

Benedícam Dóminum in omni témpore, * semper laus ejus in ore meo.
In Dómino laudábitur ánima mea : * áudiant mansuéti, et læténtur.
Magnificáte Dóminum mecum: * et exaltémus nomen ejus in idípsum.
Exquisívi Dóminum, et exaudívit me : * et ex ómnibus tribulatiónibus meis erípuit me.
Accédite ad eum, et illuminámini, * et fácies vestræ non confundéntur.
Iste pauper clamávit, et Dóminus exaudívit eum : * et de ómnibus tribulatiónibus ejus salvávit eum.
Immittet Angelus Dómini in circúitu timentium eum : * et erípiet eos.
Gustáte et vidéte quóniam suávis est Dóminus , * beátus vir, qui sperat in eo.
Timéte Dóminum omnes sancti ejus; * quóniam non est inópia timéntibus eum.
Dívites eguérunt et esu-

riérunt : * inquiréntes autem Dóminum non minuéntur omni bono.
Veníte filii, audíte me:* timórem Dómini docébo vos.
Quis est homo, qui vult vitam: * díliget dies vidére bonos ?
Próhibe linguam tuam a malo: * et lábia tua ne loquántur dolum.
Divérte a malo, et fac bonum : * inquíre pacem, et perséquere eam.
Oculi Dómini super justos : * et aures ejus in preces eórum.
Vultus autem Dómini super faciéntes mala: * ut perdat de terra memóriam eórum.
Clamavérunt justi, et Dñs exaudívit eos:* et ex ómnibus tribulatiónibus eórum liberávit eos.
Juxta est Dóminus iis, qui tribuláto sunt corde, et húmiles spíritu salvábit.
Multæ tribulatiónes justórum:* et de ómnibus his liberábit eos Dñs.
Custódit Dóminus ómnia ossa eórum:* unum ex his non conterétur.
Mors peccatórum péssima : * et qui odérunt justum delínquent.
Rédimet Dóminus ánimas servórum suórum:* et non delínquent omnes qui sperant in eo.
Antiph. Rectos decet collaudátio.
Antiph. Expúgna.
Psalmus 34.
Júdica Dómine nocéntes me : * expúgna impugnántes me.
Apprehénde arma et scutum : * et exúrge in adjutorium mihi.
Effúnde frámeam, et conclúde advérsus eos, qui persequúntur me: * dic ánimæ meæ: Salus tua ego sum.
Confundántur et revereántur,* quærentes ánimam meam.
Avertántur retrórsum, et confundántur * cogitántes mihi mala.
Fiant tamquám pulvis ante fáciem venti: * et Angelus Dómini coárctans eos.

Fiat via illórum ténebræ et lúbricum : * et Angelus Dómini pérsequens eos.

Quóniam gratis abscondérunt mihi intéritum láquei sui: * supervácue exprobavérunt ánimam meam.

Véniat illi láqueus, quem ignórat: et cáptio, quam abscondit, apprehéndat eum : * et in láqueum cadat in ipsum.

Anima autem mea exultábit in Dómino : * et delectábitur super salutári suo.

Omnia ossa mea dicent: * Dñe, quis similis tibi?

Erípiens ínopem de manu fortiórum ejus: * egénum et páuperem a diripiéntibus eum.

Surgéntes testes iniqui, * quæ ignorábam, interrogàbant me.

Retribuébant mihi mala pro bonis, * sterilitátem ánimæ meæ.

Ego autem cum mihi molésti essent, * induébar cilicio.

Humiliábam in jejùnio ánimam meam: * et orátio mea in sinu meo convertétur.

Quasi próximum, et quasi fratrem nostrum, sic complacébam:* quasi lugens et contristátus sic humiliábar.

Et advérsum me lætáti sunt, et convenérunt: * congregáta sunt super me flagélla, et ignorávi.

Dissipáti sunt, nec compúncti, tentavérunt me, subsannavérunt me subsannatióne : * frenduérunt super me déntibus suis.

Dómine, quando respícies? * restítue ánimam meam a malignitáte eórum, a leónibus únicam meam.

Confitébor tibi in Ecclésia magna, * in pópulo gravi laudábo te.

Non supergáudeant mihi qui adversántur mihi iníque:* qui odérunt me gratis, et ánnuunt óculis.

Quóniam mihi quidem pacífice loquebántur :

et in iracúndia terræ loquéntes, dolos cogitábant.

Et dilatavérunt super me os suum: * dixérunt: Euge, euge, vidérunt óculi nostri.

Vidísti Dómine, ne sileas: * Dómine ne discédas a me.

Exúrge et inténde judício meo: * Deus meus, et Dóminus meus in causam meam.

Júdica me secúndum justítiam tuam Dómine Deus meus: * et non supergáudeant mihi.

Non dicant in córdibus suis: Euge, euge, animæ nostræ: * nec dicant: devorávimus eum.

Erubéscant, et revereántur simul, * qui gratulántur malis meis.

Induántur confusióne et reveréntia * qui magna loquúntur super me.

Exúltent et læténtur qui volunt justitiam meam: * et dicant semper: Magnificétur Dóminus, qui volunt pacem servi ejus.

Et lingua mea meditábitur justítiam tuam: * tota die laudem tuam.

Psalmus 35

Dixit injústus ut delínquat in semetípso: * non est timor Dei ante óculos ejus.

Quóniam dolóse egit in conspéctu ejus: * ut inveniátur iníquitas ejus ad ódium.

Verba oris ejus iniquitás, et dolus: * noluit intellígere, ut bene ágeret.

Iniquitátem meditátus est in cubíli suo: * ástitit omni viæ non bonæ; malítiam autem non odívit.

Dómine in cœlo misericórdia tua: * et véritas tua usque ad nubes.

Justítia tua sicut montes Dei: * judícia tua abyssus multa.

Hómines et juménta salvábis Dñe: * quemadmodum multiplicásti misericórdiam tuam Deus.

Filii autem hóminum, * in tégmine alárum tuárum sperábunt.

Inebriabúntur ab ubertáte domus tuæ:* et torrénte voluptátis tuæ potábis eos.

Quoniam apud te est fons vitæ:* et in lúmine tuo vidébimus lumen.

Præténde misericórdiam tuam sciéntibus te,* et justítiam tuam his, qui recto sunt corde.

Non véniat mihi pes supérbiæ,* et manus peccatóris non móveat me.

Ibi cecidérunt qui operántur iniquitátem: * expúlsi sunt, nec potuérunt stare.

Antiph. Expúgna impugnántes me.

Antiph. Revéla.

Psalmus 36

Noli æmulári in malignántibus: * neque zeláveris faciéntes iniquitátem.

Quóniam tamquam fœnum velóciter aréscent,* et quemádmodum ólera herbárum cito décident.

Spera in Dómino, et fac bonitátem: * et inhábita terram, et pascéris in divítiis ejus.

Delectáre in Dómino: * et dabit tibi petitiónes cordis tui.

Revéla Dómino viam tuam, et spera in eo: * et ipse fáciet.

Et edúcet quasi lumen justítiam tuam: et judícium tuum tamquam merídiem, * súbditus esto Dómino, et ora eum.

Noli æmulári in eo, qui prosperátur in via sua:* in hómine faciénte injustítias.

Désine ab ira, et derelínque furórem: * noli æmulári, ut malignéris.

Quóniam qui malignántur, exterminabúntur:* sustinéntes áutem Dóminum, ipsi hæreditábunt terram.

Et adhuc pusíllum, et non erit peccátor: * et quæres locum ejus, et non invénies.

Mansuéti áutem hæreditábunt terram, * et delectabúntur in multitúdine pacis.

Observábit peccátor ju-

stum: * et stridébit super eum déntibus suis.
Dóminus áutem irridébit eum:* quóniam próspicit, quod véniet dies ejus.
Gládium evaginavérunt peccatóres : * intendérunt arcum suum.
Ut dejíciant páuperem, et ínopem : * ut trucídent rectos corde.
Gládius eórum intret in corda ipsórum: * et arcus eórum confringátur.
Mélius est módicum justo,* super divítias peccatórum multas.
Quóniam bráchia peccatórum conteréntur: * confírmat áutem justos Dóminus.
Novit Dóminus dies immaculatórum: * et hæréditas eórum in ætérnum erit.
Non confundéntur in témpore malo, et in diébus famis saturabúntur : * quia peccatóres períbunt.
Inimíci vero Dómini, mox ut honorificáti fúerint et exaltáti: * deficiéntes, quemadmodu fumus defícient.
Mutuábitur peccátor et non solvet: * just áutem miserétur, et t buet.
Quia benedicéntes hæreditábunt terran maledicéntes áutem disperíbunt.
Apud Dóminum gres hóminis dirigéntur : et viam ejus volet.
Cum cecíderit, non c lidétur: * quia Domi suppónit manum sua
Júnior fui, étenim nui : * et non vidi stum derelíctum, nec men eius quærens nem.
Tota die miserétur, cómmodat : * et sem illíus in benedicti erit.
Declína a malo, et bonum: * et inhábita sæculum sæculi.
Quia Dóminus amat dícium, et non derel quet sanctos suos : * ætérnum conservabi tur.

Injústi puniéntur: * et semen impiórum períbit.
Justi áutem hæreditábunt terram: * et inhabitábunt in sæculum sæculi super eam.
Os justi meditábitur sapiéntiam, * et lingua ejus loquétur judicium.
Lex Dei ejus in corde ipsíus: * et non supplantabúntur gressus ejus.
Consíderat peccátor justum: * et quærit mortificáre eum.
Dñs autem non derelínquet eum in mánibus ejus: * nec damnábit eum cum judicábitur illi.
Expécta Dominum et custódi viam ejus et exaltábit te, ut hæreditáte cápias terram: * cum períerint peccatóres, vidébis.
Vidi impium superexaltátum: * et elevátum sicut cedros Líbani.
Et transívi, et ecce non erat: * quæsívi eum, et non est invéntus locus ejus.
Custòdi innocéntiam, et vide æquitátem: * quóniam sunt relíquiæ hómini pacífico.
Injústi áutem disperíbunt simul: * relíquiæ impiórum interíbunt.
Salus áutem justórum a Domino: * et protéctor eórum in témpore tribulatiónis.
Et adjuvábit eos Dóminus, et liberábit eos: * et éruet eos a peccatóribus, et salvábit eos: quia speravérunt in eo.

Psalmus 37.

Dómine ne in furóre tuo árguas me, * neque in ira tua corrípias me.
Quóniam sagíttæ tuæ infixæ sunt mihi: * et confirmásti super me manum tuam.
Non est sánitas in carne mea a fácie iræ tuæ: * non est pax óssibus meis a facie peccatórum meórum.
Quóniam iniquitátes meæ supergréssæ sunt caput meum: * et sicut onus grave graválæ sunt super me.
Putruérunt et corrú-

pıæ sunt cicatríces meæ, * a fácie insipiéntiæ meæ.

Miser factus sum, et curvátus sum usque in finem: * tota die contristátus ingrediébar.

uoniam lumbi mei impléti sunt illusiónibus: * et non est sánitas in carne mea.

fflictus sum, et humiliátus sum nimis: * rugiébam a gémitu cordis mei.

ómine, ante te omne desidérium meum: * et gémitus meus a te non est abscónditus.

or meum conturbátum est, derelíquit me virtus mea: * et lumen oculórum meórum, et ipsum non est mecum.

míci mei, et próximi mei * advérsum me appropinquavérunt, et stetérunt.

t qui juxta me erant de longe stetérunt: * et vim faciébant qui quærébant ánimam meam.

t qui inquirébant mala mihi, locúti sunt vanitátes: * et dolos tota die meditabántur.

go áutem tamquam surdus non audiébam: * et sicut mutus non apériens os suum.

t factus sum sicut homo non áudiens: * et non habens in ore suo redargutiónes.

uoniam in te Dómine sperávi: * tu exáudies me, Dómine Deus meus.

uia dixi: Nequándo supergáudeant mihi inimíci mei: * et dum commovéntur pedes mei, super me magna locúti sunt.

uóniam ego in flagélla parátus sum: * et dolor meus in conspéctu meo semper.

uóniam iniquitátem meam annuntiábo: * et cogitábo pro peccato meo.

nimíci áutem mei vivunt, et confirmáti sunt super me: * et multiplicáti sunt qui odérunt me iníque.

ui retríbuunt mala pro

bonis, detrahébant mihi: * quóniam sequébar bonitátem.
Ne derelínquas me, Dómine Deus meus: * ne discésseris a me.
Inténde in adjutórium meum, * Dómine Deus salútis meæ.
Antiph. Revéla Dómino viam tuam.
Per Annum, ℣. Dñe in cœlo misericórdia tua.
℟. Et véritas tua usque ad nubes.
In Adventu. ℣. Ex Sion spécies decóris ejus.
℟. Deus noster maniféste véniet.
In Quadrages. ℣. Ipse liberávit me de láqueo venántium. ℟. Et a verbo áspero.
Tempore Passionis, ℣. Erue a frámea Deus ánimam meam.
℟. Et de manu canis únicam meam.
Tempore Pasch. Aña. Allelúja allel. allel.
℣. Surréxit Dóminus de sepúlchro, allel.
℟. Qui pro nobis pepéndit in ligno, allel.

Pro uno, vel plúribus Martyribus tempore Paschali, ℣. Sancti et justi in Dómino gaudéte, allelúja. ℟. Vos elégit Deus in hæreditátem sibi, allelúja.
Pro uno Martyre extra tempore Pasch. ℣. Glória et honóre coronásti eum Domine ℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.
Pro plúribus Martyribus.
℣. Lætámini in Dómino, et exultáte justi.
℟. Et gloriámini ómnes recti corde.
Pro Confessore Pontifice, et non Pontifice, ℣. Amávit eum Dóminus et ornávit eum.
℟. Stolam glóriæ induit eum.
Pro una Sancta ℣. Spécie tua et pulchritúdine tua.
℟. Inténde, próspere procéde et regna.

AD LAUDES

℣. Deus, in adjutórium meum intende. 2
Tem pore Pasch. dicun-

tur Psalmi et Añæ de Dominica 26. Capit vero, Hymnus, ℣. et Aña ad Benedictus, ut in Proprio de Tempore. Aliis temporibus per Annum, quando non assignantur Añæ proprie die. Aña. Miserére mei Deus.

Psalmus 50.

Miserére mei Deus, * secúndum magnam misericórdiam tuam.

Et secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum, * dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea :* et a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognósco: * et peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, et malum coram te feci: * ut justificéris in sermónibus tuis, et vincas cum judicàris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum :* et in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexísti: * incérta et occúlta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo et mundábor: * lavábis me, et super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium et lætítiam: * et exultábunt ossa humiliáta.

Averte fáciem tuam a peccátis meis,*et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me Deus : * et spíritum rectum ínnova in viscéribus meis.

Ne projícias me a fácie tua : * et spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde mihi lætítiam salutáris tui:* et spíritu principàli confírma me.

Docébo iníquos vias tuas : * et ímpii ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus Deus, Deus salútis meæ :* et exultábit lingua mea justítiam tuam.

Dómine, labia mea apéries : * et os meum annuntiábit laudem tuam.
Quóniam si voluísses sacrifícium, dedíssem útique: * holocáustis non delectáberis.
Sacrifícium Deo spíritus contribulátus: * cor contrítum et humiliátum Deus non despícies.
Benígne fac, Dómine, in bona voluntáte tua Sion : * ut ædificéntur muri Jerúsalem.
Tunc acceptábis sacrifícium justítiæ, oblatiónes, et holocausta: * tunc impónent super altáre tuum vítulos.
Antiph. Miserére mei Deus.
Antiph. Intéllige.

Psalmus 5.

Verba mea áuribus pércipe Dómine, * intéllige clamórem meum.
Inténde voci oratiónis meæ : * Rex meus, et Deus meus.
Quóniam ad te orábo:* Dómine, mane exáudies vocem meam.
Mane astábo tibi et vidébo : * quóniam non Deus volens iniquitátem tu es.
Neque habitábit juxta te malígnus : * neque permanébunt injústi ante óculos tuos.
Odísti omnes, qui operántur iniquitátem : * perdes ómnes, qui loquúntur mendácium.
Virum sánguinum et dolósum abominábitur Dóminus : * ego áutem in multitúdine misericórdiæ tuæ.
Introíbo in domum tuam: * adorábo ad templum sanctum tuum in timóre tuo.
Dñe deduc me in justítia tua:* propter inimícos meos dírige in conspéctu tuo viam meam.
Quóniam non est in ore eórum véritas : * cor eórum vanum est.
Sepúlchrum patens est guttur eórum, linguis suis dolóse agébant : * júdica illos Deus

Décidant a cogitatiónibus suis, secúndum multitúdinem impietátum eórum expélle eos : * quóniam irritavérunt te, Dómine.

Et læténtur ómnes, qui sperant in te,* in ætérnum exultábunt, et habitábis in eis.

Et gloriabúntur in te ómnes, qui díligunt nomen tuum, * quóniam tu benedíces justo.

Dómine, ut scuto bónæ voluntátis tuæ * coronásti nos.

Aña. Intéllige clamórem meum, Dómine.

Aña. Deus, Deus meus, ad te de luce vígilo.

Psalmus 62. Deus, Deus meus etc. 27.

Antiph. Convérsus est.

Canticum Isaiæ Prophetæ Cap. 12.

Confitébor tibi Dómine, quóniam irátus es mihi : * convérsus es furor tuus, et consolátus es me.

Ecce Deus salvátor meus, * fiduciáliter agam, et non timébo.

Quia fortitúdo mea et laus mea Dóminus, * et factus est mihi in salútem.

Hauriétis aquas in gáudio de fóntibus Salvatóris : * et dicétis in illa die: Confitémini Dómino, et invocáte nomen ejus.

Notas fácite in pópulis adinventiónes ejus : * mementóte quóniam excélsum est nomen ejus.

Cantáte Dómino, quóniam magnífice fecit, * annuntiáte hoc in univérsa terra.

Exúlta et lauda habitátio Sion : * quia magnus in médio tui sanctus Israel.

Antiph. Convérsus est furor tuus, Dómine, et consolátus es me.

Antiph. Laudáte Dóminum de cœlis.

Psalmus idem 29.

Capitulum sequens dicitur in feriali Officio, ab Octava Pent. usque ad Advent., et ab Oct. Epiph. usque ad Dom. I. Quadr. : aliis tempo-

ribus habentur propria.

Capit. Rom. 1. d

Nox præcéssit, dies áutem appropinquávit: abjiciámus ergo ópera tenebrárum, et induámur arma lucis: sicut in die honéste ambulémus.

Hymnus.

Splendor patérnæ glóriæ,
De luce lucem próferens,
Lux lucis et fons lúminis,
Diem dies illúminans.
Verúsque sol illábere,
Micans nitóre pérpeti:
Jubárque sancti Spíritus
Infúnde nostris sénsibus.
Votis vocémus et Patrem,
Patrem poténtis grátiæ,
Patrem perénnis glóriæ,
Culpam reléget lúbricam.
Confírmet actus strénuos:
Dentes retúndat invidi:
Casus secúndet ásperos:
Agénda recte dírigat.
Mentem gubérnet, et regat:
Sit pura nobís cástitas:
Fides calóre férveat:
Fraudis venéna nésciat.
Christúsque nobis sit cibus,
Potúsque noster sit fides:
Læti bibámus sóbriam
Profusiónem Spíritus.
Lætus dies hic tránseat:
Pudor sit ut dilúculum:
Fides velut merídies:
Crepuscúlum mens nésciat.
Auróra lucem próvehit,
Cum luce nóbis pródeat
In Patre totus Fílius,
Et totus in Verbo Pater.
Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Nunc, et per omne sæculum. Amen.

Per Annum, ℣. Repléti sumus mane misericórdia tua.

℞. Exultávimus, et delectáti sumus.

Ad Benedictus, Antiph. **Benedíctus Dóminus Deus Israel.**

In Feriis Advent. Quadrag. Quatuor Temp., et Vigil. quæ jejunantur (excepta Vigil. Nativitatis Domini, et Vigilia, ac Quat. Tempor. Pentec.) post Antiphonam ad Bened., et in Vesperis ad Magnificat dicunt. sequentes Preces flexis genibus, aliis tempor. non dicuntur:

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster. totum dic. clara voce etiam in Vesp.

℣. **Et ne nos indúcas in tentatiónem.**

℟. **Sed líbera nos a malo.**

℣. **Ego dixi, Dómine, miserére mei.**

℟. **Sana ánimam meam, quia peccávi tibi.**

℣. **Convértere Dómine úsquequo.**

℟. **Et deprecábilis esto super servos tuos.**

℣. **Fiat misericórdia tua Dómine super nos.**

℟. **Quemádmodum sperávimus in te.**

℣. **Sacerdótes tui induántur justítiam.**

℟. **Et sancti tui exúltent.**

℣. **Dómine, salvum fac Regem.**

℟. **Et exáudi nos in die, qua invocavérimus te.**

℣. **Salvum fac pópulum tuum, Dómine, et bénedic hæreditáti tuæ.**

℟. **Et rege eos, et extólle illos usque in ætérnum.**

℣. **Meménto congregatiónis tuæ.**

℟. **Quam possedísti ab inítio.**

℣. **Fiat pax in virtúte tua.** ℟. **Et abundántia in túrribus tuis.**

℣. **Oremus pro fidélibus defúnctis.**

℟. **Réquiem ætérnam dona eis Dómine, et lux perpétua lúceat eis.**

℣. **Requiéscant in pace.**

℟. **Amen.** ℣. **Pro frátribus nostris absséntibus.** ℟. **Salvos fac servos tuos, Deus meus,**

sperántes in te. ℣. Pro afflíctis et captívis.
℟. Líbera eos Deus Israel ex ómnibus tribulatiónibus suís.
℣. Mitte eis, Dómine, auxílium de sancto.
℟. Et de Sion tuére eos.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat. Deinde dicitur:

Psalmus 129.

De profúndis clamávi ad te Dómine: * Dómine exáudi vocem meam.
Fíant áures tuæ intendéntes, * in vocem deprecatiónis meæ.
Si iniquitátes observáveris Dómine: * Dómine quis sustinébit?
Quia apud te propitiátio est: * et propter legem tuam sustínui te Dómine.
Sustínuit ánima mea in vérbo ejus: * sperávit ánima mea in Dómino.
A custódia matutína usque ad noctem * speret Israel in Dómino.
Quia apud Dóminum misericórdia: * et copiósa apud eum redémptio.
Et ipse rédimet Israel: * ex ómnibus iniquitátibus ejus. Glória Patri.
In Vesperis ejus loco dicitur Psalmus. Miserére mei Deus. 86.
Finito Psalmo, dicitur
℣. Dómine Deus virtútum convérte nos.
℟. Et osténde fáciem tuam, et salvi érimus.
℣. Exúrge Christe, ádjuva nos.
℟. Et líbera nos propter nomen tuum.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuó
Deinde dicitur Oratio propria.
Et quando in feriali Offic. fiunt Commemor. communes de S. Maria, de Apostolis et de Pace, ante eas tam in Laud. quam in Vesperis fit sequens Comm. de Cruce.
Aña. Per signum Cru-

cis de inimícis nostris líbera nos, Deus noster.
℣. Omnis terra adóret te, et psallat tibi.
℟. Psalmum dicat nómini tuo Dómine.
Orémus Oratio.
Perpétua nos, quæsumus Dómine, pace custódi: quos per lignum sanctæ Crucis redímere dignátus es.
Quæ Commemor. de Cruce fit etiam, quando non dicuntur Preces in feriali tantum Offic. Temp. Pasch. fit alia Comm. de Cruce quæ habetur feria II. post Domin. in Albis, omissis aliis Comm. ut supra.

FERIA TERTIA
ad Matutinum.

Invit. Jubilémus Deo * salutári nostro.
Psalm. Venite, exultémus. 2.

Hymnus.

Consors patèrni lúminis,
Lux ipse lucis, et dies,
Noctem canéndo rúmpimus:
Assíste postulántibus.
Aufer tenébras méntium:
Fuga catérvas dæmonum:
Expélle somnoléntiam,
Ne pigritántes óbruat.
Sic Christe nobis ómnibus
Indúlgeas credéntibus,
Ut prosit exorántibus,
Quod præcinéntes psállimus.
Præsta, Pater piissime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito,
Regnans per omne sæculum. Amen.

Antiphona. Ut non delínquam.
Temp. Paschali, Aña. Alleluja.

Psalmus 38.

Dixi: Custódiam vias meas: * ut non delínquam in lingua mea.
Pósui ori meo custódiam, * cum consísteret peccátor advérsum me.
Obmútui et humiliátus sum, et sílui a bonis: * et dolor meus renovátus est.
Concáluit cor meum intra me: * et in meditatió-

ne mea exardéscet ignis.
Locútus sum in lingua mea: * notum fac mihi Dómine finem meum.
Et númerum diérum meórum quis est: * ut sciam quid desit mihi.
Ecce mensurábiles posuísti dies meos: * et substántia mea tamquam níhilum ante te.
Verúmtamen univérsa vánitas, * omnis homo vivens.
Verúmtamen in imágine pertránsit homo: * sed et frustra conturbátur.
Thesaurízat: * et ignórat, cui congregábit ea.
Et nunc quæ est expectátio mea, nonne Dóminus? * et substántia mea apud te est.
Ab ómnibus iniquitátibus meis érue me: * oppróbrium insipiénti dedísti me.
Obmútui, et non apérui os meum, quóniam tu fecísti: * ámove a me plagas tuas.
A fortitúdine manus tuæ ego deféci in increpatiónibus: * propter iniquitátem corripuísti hóminem.
Et tabéscere fecísti sicut aráneam ánimam ejus: * verúmtamen vane conturbátur omnis homo.
Exáudi oratiónem meam Dñe, et deprecatiónem meam: * áuribus pércipe lácrymas meas.
Ne síleas: quóniam ádvena ego sum apud te, et peregrínus, * sicut omnes patres mei.
Remítte mihi, ut refrígerer priúsquam ábeam, * et ámplius non ero.

Psalmus 39

Expéctans expectávi Dóminum, * et inténdit mihi.
Et exaudívit preces meas: * et edúxit me de lacu misériæ, et de luto fæcis.
Et státuit super petram pedes meos: * et diréxit gressus meos.
Et immísit in os meum cánticum novum: * carmen Deo nostro.

Vidébunt multi, et timébunt: * et sperábunt in Dómino.

Beátus vir, cujus est nomen Dómini spes ejus:* et non respéxit in vanitátes et insánias falsas.

Multa fecísti tu Dómine Deus meus mirabília tua: * et cogitatiónibus tuis non est qui símilis sit tibi.

Annuntiávi, et locútus sum:* multiplicáti sunt super númerum.

Sacrifícium et oblatiónem noluísti : * áures áutem perfecísti mihi.

Holocáustum et pro peccáto non postulásti:* tunc dixi: Ecce vénio.

In cápite libri scriptum est de me , ut fácerem voluntátem tuam:*Deus meus vólui , et legem tuam in médio cordis mei.

Annuntiávi justítiam tuam in Ecclésia magna : * ecce lábia mea non prohibébo: Dómine tu scisti.

Justítiam tuam non abscóndi in corde meo : * veritátem tuam et s lutáre tuum dixi.

Non abscóndi miser córdiam tuam et ver tátem tuam,* a concíl multo.

Tu áutem Dómine n longe facias miserati nes tuas a me : * mis ricórdia tua et vérit tua semper suscepéru me.

Quóniam circumded runt me mala, quoru non est númerus:* con prehendérunt me in quitátes meæ , et nc pótui ut vidérem.

Multiplicatæ sunt su per capíllos cápitis me * et cor meum derel quit me.

Compláceat tibi Dóm ne ut éruas me : * D mine, ad adjuvándu me réspice.

Confundántur et rev reántur simul,qui qua runt ánimam meam , ut áuferant eam.

Convertántur retró sum , et revereántur qui volunt mihi mal: Ferant conféstim co

fusiónem suam : * qui dicunt mihi,éuge,éuge.
Exúltent et læténtur super te ómnes quærentes te : * et dicant semper : Magnificétur Dóminus , qui díligunt salutáre tuum.
Ego áutem mendícus sum et páuper : * Dóminus sollícitus est mei.
Adjútor meus,et protéctor meus tu es: * Deus meus ne tardáveris.
Antiph. Ut non delínquam in lingua mea.
Antiph. Sana.

Psalmus 40.

Beátus qui intélligit super egénum et páuperem: * in die mala liberábit eum Dóminus.
Dóminus consérvet eum et vivíficet eum,et beátum fáciat eum in terra: * et non tradat eum in ánimam inimicórum ejus.
Dóminus opem ferat illi super lectum dolóris ejus: * univérsum stratum ejus versásti in infirmitáte ejus.
Ego dixi : Dómine miserére mei: * sana ánimam meam, quia peccávi tibi.
Inimíci mei dixérunt mala mihi : * Quando moriétur et períbit nomen ejus?
Et si ingrediebátur ut vidéret, vana loquebátur, * cor ejus congregávit iniquitátem sibi.
Egrediebátur foras, * et loquebátur in idípsum.
Advérsum me susurrábant ómnes inimíci mei: * adversum me cogitábant mala mihi.
Verbum iníquum constituérunt advérsum me: * Númquid qui dórmit, non adjíciet ut resúrgat ?
Et enim homo pacis meæ, in quo sperávi: * qui edébat panes meos, magnificávit super me supplantatiónem.
Tu áutem Dómine miserére mei, et resúscita me, * et retríbuam eis.
In hoc cognóvi , quóniam voluísti me: * quóniam non gaudébit ini-

mícus meus super me.

Me áutem propter innocéntiam suscepísti: * et confirmásti me in conspéctu tuo in ætérnum.

Benedíctus Dñs Deus Israel a sæculo, et usque in sæculum: * fiat, fiat.

Psalmus 41

Quemádmodum desíderat cervus ad fontes aquárum,* ita desíderat ánima mea ad te Deus.

Sitivit ánima mea ad Deum fortem, vivum:* quando véniam, et apparébo ante fáciem Dei?

Fuérunt mihi lácrymæ meæ panes die ac nocte: * dum dicitur mihi quotidie : Ubi est Deus tuus ?

Hæc recordátus sum, et effúdi in me ánimam meam:* quóniam transíbo in locum tabernáculi admirábilis, usque ad domum Dei.

In voce exultatiónis et confessiónis: * sonus epulántis.

Quare tristis es áni
mea ? * et quare c
túrbas me ?

Spera in Deo, quóni
adhuc confitébor ill
salutáre vultus me
Deus meus.

Ad meípsum ánima i
conturbata est : * p
ptérea memor ero
de terra Jordánis
Hermóniim a mo
módico.

Abyssus abyssum in
cat, * in voce cata
ctárum tuárum

Omnia excélsa tua
fluctus tui * super
transiérunt.

In die mandávit Dó
nus misericórdiam
am: * et nocte cántic
ejus.

Apud me orátio Dec
tæ meæ, * dicam D
Susceptor meus es.

Quare oblitus es me
et quare contristátu
cédo, dum affligit
inimícus ?

Dum confringúntur
sa mea, * exprobra
runt mihi, qui tri
lant me inimíci me

Dum dicunt mihi per síngulos dies : Ubi est Deus tuus? * quare tristis es anima mea ? et quare contúrbas me ?
Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: * salutáre vultus mei, et Deus meus.
Antiph. Sana, Dómine, ánimam meam : quia peccávi tibi.
Antiph. Eructávit.
Psalmus 43.
Deus áuribus nostris audívimus: * patres nostri annuntiavèrunt nobis.
Opus, quod operátus es in diébus eórum , * et in diébus antíquis.
Manus tua gentes dispérdidit , et plantásti eos:* afflixísti pópulos, et expulísti eos.
Nec enim in gládio suo possedérunt terram , * et bráchium eórum non salvávit eos.
Sed déxtera tua, et bráchium tuum, et illuminátio vultus tui: * quóniam complacuísti in eis.
Tu es ipse Rex meus et Deus meus: * qui mandas salútes Jacob.
In te inimícos nostros ventilábimus cornu , * et in nómine tuo spernémus insurgéntes in nobis.
Non enim in arcu meo sperábo : * et gládius meus non salvábit me.
Salvásti enim nos de affligéntibus nos : * et odiéntes nos confudísti.
In Deo laudábimur tota die : * et in nómine tuo confitébimur in sæculum.
Nunc áutem repulísti et confudísti nos: * et non egrediéris Deus in virtútibus nostris.
Avertísti nos retrórsum post inimícos nostros: * et qui odérunt nos, diripiébant sibi.
Dedísti nos támquam oves escárum : * et in géntibus dispersísti nos.
Vendidísti pópulum tuum sine prétio:* et non fuit multitúdo in commutatiónibus eórum.
Posuísti nos oppró-

brium vicínis nostris: * subsannatiónem et derísum his, qui sunt in circúitu nostro.
Posuísti nos in similitúdinem géntibus: * commotiónem cápitis in pópulis.
Tota die verecúndia mea contra me est, * et confúsio faciéi meæ coopéruit me.
A voce exprobrántis, et obloquéntis: * a fácie inimíci et persequéntis.
Hæc ómnia venérunt super nos, nec oblíti sumus te: * et iníque non égimus in testaménto tuo.
Et non recéssit retro cor nostrum: * et declinásti sémitas nostras a via tua.
Quóniam humiliásti nos in loco afflictiónis, * et coopéruit nos umbra mortis.
Si oblíti sumus nomen Dei nostri, * et si expándimus manus nostras ad deum aliénum:
Nonne Deus requíret ista? * ipse enim novit abscóndita cordis.
Quóniam propter te mortificámur tota die: * æstimáti sumus sicut oves occisiónis.
Exúrge, quare obdórmis, Dómine? * exúrge, et ne repéllas in finem.
Quare fáciem tuam avértis: * oblivísceris inópiæ nostræ, et tribulatiónis nostræ?
Quóniam humiliáta est in púlvere ánima nostra: * conglutinátus est in terra venter noster.
Exúrge, Dómine, ádjuva nos: * et rédime nos propter nomen tuum.

Psalmus 44.

Eructávit cor meum verbum bonum: * dico ego ópera mea Regi.
Lingua mea cálamus scribæ, * velóciter scribéntis.
Speciósus forma præ fíliis hóminum, diffúsa est grátia in lábiis tuis: * proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.
Accíngere gládio tuo super femur tuum: * potentíssime.
Spécie tua et pulchritú-

dine tua * inténde, próspere procéde, et regna.
Propter veritátem, et mansuetúdinem, et justítiam: * et dedúcet te mirabíliter déxtera tua.
Sagíttæ tuæ acútæ, pópuli sub te cadent: * in corda inimicórum regis.
Sedes tua, Deus, in sæculum sæculi: * virga directiónis, virga regni tui.
Dilexísti justítiam, et odísti iniquitátem: * proptérea unxit te Deus, Deus tuus óleo lætítiæ præ consórtibus tuis.
Myrrha, et gutta, et cásia a vestiméntis tuis, a dómibus ebúrneis: * ex quibus delectavérunt te fíliæ regum in honóre tuo.
Astitit regína a dextris tuis in vestítu deauráto: * circúmdata varietáte.
Audi, fília, et vide, et inclína áurem tuam: * et oblivíscere pópulum tuum, et domum patris tui.
Et concupíscet Rex decórem tuum: * quóniam ipse est Dóminus Deus tuus, et adorábunt eum.
Et fíliæ Tyri in munéribus * vultum tuum deprecabúntur ómnes dívites plebis.
Omnis glória ejus fíliæ regis ab intus: * in fímbriis áureis circumamícta varietátibus.
Adducéntur Regi vírgines post eam: * próximæ ejus afferéntur tibi.
Afferéntur in lætítia et exultatióne: * adducéntur in templum Regis.
Pro pátribus tuis nati sunt tibi fílii: * constítues eos príncipes super ómnem terram.
Mémores erunt nóminis tui: * in ómni generatióne et generatiónem.
Proptérea pópuli confitebúntur tibi in ætérnum: * et in sæculum sæculi.
Antiph. Eructávit cor meum verbum bonum.
Antiph. Adjútor.

Psalmus 45.

Deus noster refúgium, et virtus: * adjútor

in tribulatiónibus, quæ invenérunt nos nimis.

Proptérea non timébimus, dum turbábitur terra:* et transferéntur montes in cor maris.

Sonuérunt, et turbátæ sunt aquæ eórum:* conturbáti sunt montes in fortitúdine ejus.

Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei: * sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus.

Deus in médio ejus non commovébitur: * adjuvábit eam Deus mane dilúculo.

Conturbátæ sunt gentes, et inclináta sunt regna: * dedit vocem suam, mota est terra.

Dóminus virtútum nobiscum: * suscéptor noster Deus Jacob.

Veníte, et vidéte ópera Dómini, quæ pósuit prodígia super terram: * áuferens bella usque ad finem terræ.

Arcum cónteret, et confrínget arma: * et scuta combúret igni.

Vacáte, et vidéte quóniam ego sum Deus: * exaltábor in géntibus, et exaltábor in terra.

Dóminus virtútum nobiscum: * suscéptor noster Deus Jacob.

Psalmus 46.

Omnes gentes pláudite mánibus: * jubiláte Deo in voce exultatiónis.

Quóniam Dóminus excélsus, terríbilis: * Rex magnus super omnem terram.

Subjécit pópulos nobis: * et gentes sub pédibus nostris.

Elégit nobis hæreditatem suam: * spéciem Jacob, quam diléxit.

Ascéndit Deus in júbilo: * et Dóminus in voce tubæ.

Psállite Deo nostro, psállite: * psállite Regi nostro, psállite.

Quóniam Rex omnis terræ Deus: * psállite sapiénter.

Regnábit Deus super gentes: * Deus sedet super sedem sanctam suam.

Príncipes populórum congregáti sunt cum Deo Abraham : * quóniam dii fortes terræ, veheménter eleváti sunt.

Antiph. Adjútor in tribulatiónibus.

Aña. Magnus Dóminus.

Psalmus 47.

Magnus Dóminus, et laudábilis nimis: * in civitáte Dei nostri, in monte sancto ejus.

Fundátur exultatióne univérsæ terræ mons Sion, * látera Aquilónis, cívitas Regis magni.

Deus in dómibus ejus cognoscétur, * cum suscípiet eam.

Quóniam ecce reges terræ congregáti sunt: * convenérunt in unum.

Ipsi vidéntes sic admiráti sunt, conturbáti sunt, commóti sunt : * tremor apprehéndit eos.

Ibi dolóres ut parturiéntis: * in spíritu veheménti cónteres naves Tharsis.

Sicut audívimus, sic vídimus in civitáte Dómini virtútum, in civitáte Dei nostri : * Deus fundávit eam in ætérnum.

Suscépimus Deus misericórdiam tuam : * in médio templi tui.

Secúndum nomen tuum Deus, sic et laus tua in fines terræ : * justítia plena est déxtera tua.

Lætétur mons Sion, et exúltent fíliæ Judæ : * propter judícia tua Dñe.

Circúmdate Sion, et complectímini eam : * narráte in túrribus ejus.

Pónite corda vestra in virtúte ejus: * et distribúite domos ejus : ut enarrétis in progénie áltera.

Quóniam hic est Deus, Deus noster in ætérnum, et in sæculum sæculi :* ipse reget nos in sæcula.

Psalmus 48.

Audíte hæc omnes gentes : * áuribus percípite omnes, qui habitátis orbem.

Quique terrígenæ et fílii hóminum: * simul in unum dives et páuper.
Os meum loquétur sapiéntiam: * et meditátio cordis mei prudéntiam.
Inclinábo in parábolam áurem meam: * apériam in psaltério propositiónem meam.
Cur timébo in die mala? * iníquitas calcánei mei circúmdabit me.
Qui confídunt in virtúte sua: * et in multitúdine divitiárum suárum gloriántur.
Frater non rédimit, rédimet homo: * non dabit Deo placatiónem suam.
Et prétium redemptiónis ánimæ suæ: * et laborábit in ætérnum, et vivet adhuc in finem.
Non vidébit intéritum, cum víderit sapiéntes moriéntes: * simul insípiens et stultus períbunt.
Et relínquent aliénis divítias suas: * et sepúlchra eorum domus illórum in ætérnum.

Tabernácula eórum progénie et progéni vocavérunt nómina s in terris suis.
Et homo, cum in h nóre esset, non int léxit: * comparátus jumentis insipiéntib et símilis factus est ill
Hæc via illórum scá dalum ipsis: * et póst in ore suo complac bunt.
Sicut oves in inféri pósiti sunt: * mors d páscet eos.
Et dominabúntur e rum justi in matutín et auxílium eórum v teráscet in inférno glória eórum.
Verúmtamen Deus r dimet ánimam mea de manu ínferi: * cu accéperit me.
Ne timúeris cum div factus fúerit homo: * cum multiplicáta fú rit glória domus ejus.
Quóniam cum interí rit, non sumet ómnia neque descéndet cu eo glória ejus.
Quia ánima ejus in v

ta ipsíus benedicétur: * confitébitur tibi cum beneféceris ei.
Introíbit usque in progénies patrum suórum: et usque in ætérnum non vidébit lumen.
Homo, cum in hónore esset, non intelléxit: * comparátus est juméntis insipiéntibus, et símilis factus est illis.
Antiph. Magnus Dòminus, et laudábilis nimis.
Antiph. Deus deórum.

Psalmus 49

Deus deórum Dóminus locútus est: * et vocávit terram.
A solis ortu usque ad occásum: * ex Sion spécies decóris ejus.
Deus maniféste véniet: * Deus noster et non silébit.
Ignis in conspéctu ejus exardéscet, * et in circúitu ejus tempéstas válida.
Advocábit cœlum desúrsum: * et terram discérnere pópulum suum.
Congregáte illi sanctos ejus: * qui órdinant testaméntum ejus super sacrifícia.
Et annuntiábunt cœli justítiam ejus: * quóniam Deus judex est.
Audi pópulus meus, et loquar: Israel, et testificábor tibi: * Deus Deus tuus ego sum.
Non in sacrifíciis tuis árguam te: * holocáusta áutem tua in conspéctu meo sunt semper.
Non accípiam de domo tua vítulos: * neque de grégibus tuis hircos.
Quóniam meæ sunt omnes feræ silvárum, * juménta in móntibus et boves.
Cognóvi omnia volatília cœli: * et pulchritúdo agri mecum est.
Si esuríero, non dicam tibi: * meus est enim orbis terræ et plenitúdo ejus.
Númquid manducábo carnes taurórum: * aut sánguinem hircórum potábo?
Immola Deo sacrifícium

láudis: * et redde Altíssimo vota tua.

Et ínvoca me in die tribulatiónis: * éruam te, et honorificábis me.

Peccatóri áutem dixit Deus: * quare tu enárras justítias meas, et assúmis testaméntum meum per os tuum?

Tu vero odísti disciplínam: * et projecísti sermónes meos retrórsum.

Si vidébas furem, currébas cum eo: * et cum adúlteris portiónem tuam ponébas.

Os tuum abundávit malítia, * et lingua tua concinnábat dolos.

Sedens advérsus fratrem tuum loquebáris, et advérsus fílium matris tuæ ponébas scándalum: * hæc fecísti, et tácui.

Existimásti iníque quod ero tui símilis: * árguam te, et státuam contra fáciem tuam.

Intellígite hæc, qui obliviscímini Deum: * ne quando rápiat, et non sit qui erípiat.

Sacrifícium láudis honorificábit me, * et illic iter, quo osténdam illi salutáre Dei.

Psalmus 51.

Quid gloriáris in malítia, * qui potens es in iniquitáte?

Tota die injustítiam cogitávit lingua tua: * sicut novácula acúta fecísti dolum.

Dilexísti malítiam super benignitátem: * iniquitátem magis, quam loqui æquitátem.

Dilexísti ómnia verba præcipitatiónis, * lingua dolósa.

Proptérea Deus déstruet te in finem: * evéllet te, et emigrábit te de tabernáculo tuo: et radícem tuam de terra vivéntium.

Vidébunt justi, et timébunt, et super eum ridébunt, et dicent: * Ecce homo, qui non pósuit Deum adjutórem suum.

Sed sperávit in multitúdine divitiárum suárum: * et præváluit in vanitáte sua.

Ego áutem, sicut olíva fructífera in domo Dei,* sperávi in misericórdia Dei in ætérnum, et in sæculum sæculi.

Confitébor tibi in sæculum quia fecísti : * et expectábo nomen tuum; quóniam bonum est in conspéctu sanctórum tuórum.

Aña. Deus deórum Dóminus locútus est.

Per Annum, ℣. Immola Deo sacrifícium láudis.

℟. Et redde Altíssimo vota tua.

In Adventu, ℣. Emítte Agnum, Dómine, Dominatórem terræ.

℟. De petra desérti ad montem fíliæ Sion.

In Quadrag., ℣. Scápulis suis obumbrábit tibi.

℟. Et sub pennis ejus sperábis.

Tempore Passionis, ℣. De ore leónis líbera me Dómine.

℟. Et a córnibus unicórnium humilitátem meam.

Tempore Pasch. Aña. Allelúja, allel. allel.

℣. Surréxit Dóminus vere, allelúja.

℟. Et appáruit Simóni, allelúja.

Pro uno vel pluribus Martyribus temp. Paschali ℣. Lux perpétua lucébit sanctis tuis Dómine, allelúja.

℟. Et ætérnitas témporum, allel.

Pro uno Martyre extra tempus Pasch., ℣. Posuísti Dómine super caput ejus.

℟. Corónam de lápide pretióso.

Pro pluribus Martyr. ℣. Exúltent justi in conspéctu Dei.

℟. Et delectántur in lætítia.

Pro Confessore Pontif. ℣. Elégit eum Dóminus sacerdótem sibi.

℟. Ad sacrificándum ei hóstiam láudis.

Pro Confess. non Pontifice, ℣. Os justi meditábitur sapiéntiam.

℟. Et lingua ejus loquétur judícium.

Pro una Sancta, ℣. Adjuvábit eam Deus

vultu suo. ℟. Deus in médio ejus non commovébitur.

AD LAUDES

Antiph. Dele Dómine iniquitátem meam.

Psalm. Miserere 86.

Antiph. Salutáre.

Psalmus 42.

Júdica me Deus, et discérne cáusam meam de gente non sancta,* ab hómine iníquo et dolóso érue me.

Quia tu es Deus fortitúdo mea : * quare me repulísti ? et quare tristis incédo, dum affligit me inimícus?

Emítte lucem tuam et veritátem tuam : * ipsa me deduxérunt, et adduxérunt in montem sanctum tuum,et in tabernácula tua.

Et introíbo ad altáre Dei : * ad Deum, qui lætíficat juventútem meam.

Confitébor tibi in cíthara Deus Deus meus:* quare tristis es ánima mea ? et quare contúrbas me ?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: * salutáre vultus mei et Deus meus.

Antiph. Salutáre vultus mei, et Deus meus.

Antiph. Ad te de luce vígilo, Deus.

Psal. Deus Deus meus 27

Aña. Cunctis diébus.

Canticum Ezechiæ.

Isaiæ 38. b

Ego dixi : In dimídio diérum meórum*vadam ad portas ínferi.

Quæsívi resíduum annórum meórum, * dixi: Non vidébo Dóminum Deum in terra vivéntium.

Non aspíciam hóminem ultra, * et habitatórem quiétis.

Generátio meà abláta est, et convolúta est a me: * quasi tabernáculum pastórum.

Præcísa est velut a texénte vita mea : dum adhuc ordírer, succídit me: * de mane usque ad vésperam fínies me.

Sperábam usque ad mane: * quasi leo sic con-

trívit ómnia ossa mea.
De mane usque ad vésperam finies me : * sícut pullus hirúndinis sic clamábo, meditábor ut colúmba.
Attenuáti sunt óculi mei, * suspiciéntes in excélsum.
Dómine, vim pátior, respónde pro me. * Quid dicam, aut quid respondébit mihi, cum ipse fécerit ?
Recogitábo tibi ómnes annos meos : * in amaritúdine ánimæ meæ.
Dómine, si sic vívitur, et in tálibus vita spíritus mei, corrípies me, et vivificábis me. * Ecce in pace amaritúdo mea amaríssima.
Tu áutem eruísti ánimam meam, ut non períret, * projecísti post tergum tuum ómnia peccáta mea.
Quia non inférnus confitébitur tibi, neque mors laudábit te: * non expectábunt qui descéndunt in lacum veritátem tuam.
Vívens vívens ipse confitébitur tibi, sicut et ego hódie: * pater fíliis notam fáciet veritátem tuam.
Dñe, salvum me fac, * et psálmos nostros cantábimus cunctis diébus vitæ nostræ in domo Dñi.
Antiph. Cunctis diébus vitæ nostræ salvos nos fac, Dómine.
Antiph. Omnes Angeli ejus laudáte Dóminum de cœlis.
Psalm. Laudáte Dóminum de cœlis 29.
Capitul. Rom. 13. d
Nox præcéssit, dies áutem appropinquávit : abjiciámus ergo ópera tenebrárum, et induámur arma lucis: sicut in die honéste ambulémus.

Hymnus.

Ales diéi núntius
Lucem propínquam præcinit:
Nos excitátor méntium
Jam Christus ad vitam vocat.
Auférte, clamat, léctulos,

Ægro sopóre désides:
Castíque, recti, ac sobrii
Vigiláte, jam sum próximus.

Jesum ciámus vócibus,
Flentes, precántes, sóbrii:
Inténta supplicátio
Dormíre cor mundum vetat.

Tu, Christe, somnum díscute:
Tu rumpe noctis víncula:
Tu solve peccátum vetus,
Novúmque lumen íngere.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Nunc, et per ómne sæculum. Amen.

℣. Repléti sumus mane misericórdia tua.
℟. Exultávimus et delectáti sumus.

Ad Benedictus, Antiph. Eréxit nobis Dóminus cornu salútis, in domo David pueri sui.

Preces quando dicuntur, habentur supra in Feria secunda 90.

FERIA QUARTA
ad Matutinum.

Invitat. In manu tua, Dñe, *omnes fines terræ.
Psalmus Veníte 2.

Hymnus

Rerum Creátor óptime,
Rectórque noster áspice:
Nos a quiéte nóxia
Mersos sopóre líbera.

Te, sancte Christe, póscimus:
Ignósce culpis ómnibus,
Ad confitendum súrgimus,
Morásque noctis rúmpimus.

Mentes manúsque tóllimus,
Prophéta sicut nóctibus
Nobis gerendum præcipit,
Paulúsque gestis cénsuit.

Vides malum, quod fécimus:
Occulta nostra pándimus,
Préces geméntes fúndimus,
Dimítte quod peccávimus.

Præsta, Pater piissime,

Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per ómne sæculum. Amen.

Aña. Avértit Dóminus.

Tempore Paschali Antiphona Allelúja.

Psalmus 52.

Dixit insípiens in corde suo : * Non est Deus.

Corrúpti sunt, et abominábiles facti sunt in iniquitátibus: * non est qui fáciat bonum.

Deus de cœlo prospéxit super filios hóminum:* ut vídeat si est intélligens, aut requírens Deum.

Omnes declinavérunt, simul inútiles facti sunt: * non est qui fáciat bonum, non est usque ad unum.

Nonne scient ómnes qui operántur iniquitátem, * qui dévorant plebem meam ut cibum panis?

Deum non invocavérunt : * illic trepidavérunt timóre, ubi non erat timor.

Quóniam Deus dissipávit ossa eórum, qui homínibus placent: * confúsi sunt, quóniam Deus sprevit eos.

Quis dabit ex Sion salutáre Israel? * cum convérterit Deus captivitátem plebis suæ, exultábit Jacob, et lætábitur Israel.

Psalmus 54.

Exáudi Deus oratiónem meam, et ne despéxeris deprecatiónem meam : * inténde mihi, et exáudi me.

Contristátus sum in exercitatióne mea : * et conturbátus sum a voce inimíci, et a tribulatióne peccatóris.

Quóniam declinavérunt in me iniquitátes: * et in ira moléstí erant mihi.

Cor meum conturbátum est in me : * et formído mortis cécidit super me.

Timor et tremor venérunt super me:* et contexérunt me ténebræ.

Et dixi: Quis dabit mihi pennas sicut colúmbæ, * et volábo, et requiéscam?

Ecce elongávi fúgiens:*

et mansi in solitúdine.
Expectábam eum qui salvum me fecit * a pusillanimitáte spíritus et tempestáte.
Præcípita Dómine, dívide linguas eórum : * quóniam vidi iniquitátem et contradictiónem in civitáte.
Die ac nocte circúmdabit eam super muros ejus iníquitas: * et labor in médio ejus, et injustítia.
Et non defécit de platéis ejus * usúra et dolus.
Quóniam si inimícus meus maledixísset mihi, * sustinuíssem útique.
Et si is, qui óderat me, super me magna locútus fuísset: * abscondíssem me fórsitan ab eo.
Tu vero homo unánimis, * dux meus, et notus meus.
Qui simul mecum dulces capiébas cibos: * in domo Dei ambulávimus cum consénsu.
Véniat mors super illos: * et descéndant in inférnum vivéntes.
Quóniam nequítiæ in habitáculis eórum: * in médio eorum.
Ego áutem ad Deum clamávi : * et Dóminus salvábit me.
Véspere et mane, et merídie narrábo et annuntiábo: * et exáudiet vocem meam.
Rédimet in pace ánimam meam ab his qui appropinquant mihi : * quóniam inter multos erant mecum.
Exáudiet Deus, et humiliábit illos, * qui est ante sæcula.
Non enim est illis commutátio, et non timuérunt Deum : * exténdit manum suam in retribuéndo.
Contaminavérunt testaméntum ejus, divísi sunt ab ira vultus ejus, * et appropinquávit cor illius.
Mollíti sunt sermónes ejus super óleum : * et ipsi sunt jácula.
Jacta super Dóminum

curam tuam, et ipse te enútriet: * non dabit in ætérnum fluctuatiónem justo.
Tu vero, Deus, dedúces eos, * in púteum intéritus.
Viri sánguinum et dolósi non dimidiábunt dies suos: * ego áutem sperábo in te, Dómine.
Aña. Avértit Dñs captivitátem plebis suæ.
Antiph. Quóniam.

Psalmus 55.

Miserére mei Deus, quóniam conculcávit me homo: * tota die impúgnans tribulávit me.
Conculcavérunt me inimíci mei tota die:* quóniam multi bellántes advérsum me.
Ab altitúdine diei timébo: * ego vero in te sperábo.
In Deo laudábo sermónes meos, in Deo sperávi: * non timebo quid fáciat mihi caro.
Tota die verba mea execrabántur: * advérsum me ómnes cogitatiónes eórum in malum.
Inhabitábunt, et abscóndent: * ipsi calcáneum meum observábunt.
Sicut sustinuérunt ánimam meam, pro níhilo salvos fácies illos: * in ira pópulos confrínges.
Deus, vitam meam annuntiávi tibi: * posuísti lácrymas meas in conspéctu tuo.
Sicut et in promissióne tua: * tunc converténtur inimíci mei retrórsum.
In quacúmque die invocávero te:* ecce cognóvi quóniam Deus meus es.
In Deo laudábo verbum, in Dómino laudábo sermónem: * in Deo sperávi, non timébo quid fáciat mihi homo.
In me sunt Deus vota tua, * quæ reddam, laudatiónes tibi.
Quóniam eripuísti ánimam meam de morte, et pedes meos de lapsu: * ut pláceam coram Deo in lúmine vivéntium.

Psalmus 56.

Miserére mei Deus, miserére mei:* quóniam in te confídit ánima mea.

Et in umbra alárum tuárum sperábo, * donec tránseat iníquitas.

Clamábo ad Deum altíssimum: * Deum qui benefécit mihi.

Misit de cœlo, et liberávit me:* dedit in oppróbrium conculcántes me.

Misit Deus misericórdiam suam, et veritátem suam, * et erípuit ánimam meam de médio catulórum leónum: dormívi conturbátus.

Filii hóminum, dentes eórum arma et sagíttæ:* et lingua eórum gládius acútus.

Exaltáre super cœlos Deus: * et in ómnem terram glória tua.

Láqueum paravérunt pédibus meis: * et incurvavérunt ánimam meam.

Fodérunt ante fáciem meam fóveam: * et incidérunt in eam.

Parátum cor meum Deus, parátum cor meum:* cantábo, et psalmum dicam.

Exúrge glória mea, exúrge psaltérium et cíthara: * exúrgam dilúculo.

Confitébor tibi in pópulis Dómine: * et psalmum dicam tibi in géntibus:

Quóniam magnificáta est usque ad cœlos misericórdia tua, * et usque ad nubes véritas tua.

Exaltáre super cœlos Deus:* et super ómnem terram glória tua.

Antiph. Quóniam in te confídit ánima mea.

Aña. Justa judicáte.

Psalmus 57.

Si vere útique justítiam loquímini: * recta judicáte fílii hóminum.

Etenim in corde iniquitátes operámini: * in terra injustítias manus vestræ concínnant.

Alienáti sunt peccatóres a vulva, erravérunt

ab útero : * locúti sunt falsa.

Furor illis secúndum similitúdinem serpéntis: * sicut áspidis surdæ, et obturántis áures suas.

Quæ non exáudiet vocem incantántium: * et venéfici incantántis sapiénter.

Deus cónteret dentes eórum in ore ipsórum: * molas leónum confrínget Dóminus.

Ad níhilum devénient támquam aqua decúrrens: * inténdit arcum suum donec infirméntur.

Sicut cera, quæ fluit, auferéntur : * supercécidit ignis, et non vidérunt solem.

Priúsquam intellígerent spinæ vestræ rhámnum: * sicut vivéntes, sic in ira absórbet eos.

Lætábitur justus cum víderit vindíctam : * manus suas lavábit in sánguine peccatóris.

Et dicet homo : Si útique est fructus justo: * útique est Deus júdicans eos in terra.

Psalmus 58.

Eripe me de inimícis meis Deus meus : * et ab insurgéntibus in me líbera me.

Eripe me de operántibus iniquitátem: * et de viris sánguinum salva me.

Quia ecce cepérunt ánimam meam : * irruérunt in me fortes.

Neque iníquitas mea, neque peccátum meum, Dómine : * sine iniquitáte cucúrri et diréxi.

Exúrge in occúrsum meum, et vide: * et tu Dómine Deus virtútum, Deus Israel.

Inténde ad visitándas ómnes gentes : * non miseréaris ómnibus, qui operántur iniquitátem.

Converténtur ad vésperam: et famem patiéntur ut canes, * et circuíbunt civitátem.

Ecce loquéntur in ore suo, et gládius in lábiis eórum: * quóniam quis audívit ?

Et tu Dómine deridébis eos : * ad níhilum dedúces ómnes gentes.

Fortitúdinem meam ad te custódiam,quia Deus suscéptor meus es : * Deus meus, misericórdia ejus prævéniet me.

Deus osténdet mihi super inimícos meos , ne occídas eos: * ne quando obliviscántur pópuli mei.

Dispérge illos in virtúte tua: * et depóne eos, protéctor meus Dñe.

Delíctum oris eórum , sermónem labiórum ipsórum: * et comprehendántur in supérbia sua.

Et de execratióne et mendácio annuntiabúntur in consummatióne:* in ira consummatiónis, et non erunt.

Et scient quia Deus dominábitur Jacob , * et fínium terræ.

Converténtur ad vésperam, et famem patiéntur ut canes: * et circuíbunt civitátem.

Ipsi dispergéntur ad manducándum: * si vero non fuerint saturáti, et murmurábunt.

Ego áutem cantábo fortitúdinem tuam : * et exultábo mane misericórdiam tuam.

Quia factus es suscéptor meus , * et refúgium meum in die tribulatiónis meæ.

Adjútor meus tibi psallam, quia Deus suscéptor meus es : * Deus meus misericórdia mea.

Aña. Justa judicáte, fílii hóminum.

Aña. Da nobis.

Psalmus 59.

Deus repulísti nos, et destruxísti nos: * irátus es, et misértus es nobis.

Commovísti terram et conturbásti eam: * sana contritiónes ejus, quia commóta est.

Ostendísti pópulo tuo dura : * potásti nos vino compunctiónis.

Dedísti metuéntibus te significatiónem : * ut fúgiant a fácie arcus.

Et liberéntur dilécti

tui: * salvum fac déxtera tua, et exáudi me.

Deus locútus est in sancto suo : * lætábor, et partíbor Síchimam, et convállem tabernaculórum metíbor.

Meus est Gálaad, et meus est Manásses: * et Ephraim fortitúdo cápitis mei.

Juda rex meus: * Móab olla spéi meæ.

In Idumæam exténdam calceaméntum meum: * mihi alienígenæ súbditi sunt.

Quis dedúcet me in civitátem munítam ? * quis dedúcet me usque in Idumæam ?

Nonne tu Deus, qui repulísti nos: * et non egrediéris Deus in virtútibus nostris?

Da nobis auxílium de tribulatióne: * quia vana salus hóminis.

In Deo faciémus virtútem: * et ipse ad níhilum dedúcet tribulántes nos.

Psalmus 60.

Exáudi Deus deprecatiónem meam: * inténde oratióni meæ.

A fínibus terræ ad te clamávi: * dum ánxiarétur cor meum, in petra exaltásti me.

Deduxísti me, quia factus es spes mea: * turris fortitúdinis a fácie inimíci.

Inhabitábo in tabernáculo tuo in sæcula : * prótegar in velaménto alárum tuárum.

Quóniam tu Deus meus exaudísti oratiónem meam : * dedísti hæreditátem timéntibus nomen tuum.

Dies super dies regis adjícies : * annos ejus usque in diem generatiónis et generatiónis.

Pérmanet in ætérnum in conspéctu Dei: * misericórdiam et veritátem ejus quis requíret?

Sic psalmum dicam nómini tuo in sæculum sæculi: * ut reddam vota mea de die in diem.

Aña. Da nobis, Dómine, auxílium de tribulatióne.

Aña. Nonne Deo.

Psalmus 61.

Nonne Deo subjécta erit ánima mea ? * ab ipso enim salutáre meum.

Nam et ipse Deus meus et salutáris meus: * suscéptor meus, non movébor ámplius.

Quoúsque irrúitis in hóminem? * interfícitis univérsi vos, támquam paríeti inclináto , et macériæ depúlsæ ?

Verúmtamen prétium meum cogitavérunt repéllere, cucúrri in siti:* ore suo benedicébant, et corde suo maledicébant.

Verúmtamen Deo subjécta esto ánima mea:* quóniam ab ipso patiéntia mea.

Quia ipse Deus meus , et salvátor meus: * adjútor meus non emigrábo.

In Deo salutáre meum, et glória mea : * Deus auxílii mei, et spes mea in Deo est.

Speráte in eo ómnis congregátio pópuli, effúndite coram illo corda vestra:* Deus adjútor noster in ætérnum.

Verúmtamen vani fílii hóminum, mendáces fílii hóminum in statéris:* ut decípiant ipsi de vanitáte in idípsum

Nolíte speráre in iniquitáte, et rapínas nolíte concupíscere: * divítiæ si áffluant, nolíte cor appónere.

Semel locútus est Deus, duo hæc audívi , quia potéstas Dei est, et tibi Dómine misericórdia:* quia tu reddes unicuíque júxta ópera sua.

Psalmus 63.

Exáudi Deus oratiónem meam cum déprecor: * a timóre inimíci éripe ánimam meam.

Protexísti me a convéntu malignántium: * a multitúdine operántium iniquitátem.

Quia exacuérunt ut gládium linguas suas:* intendérunt arcum rem amáram, ut sagittent in occúltis immaculátum.

Súbito sagittábunt eum

et non timébunt: * firmavérunt sibi sermónem néquam.

Narravérunt ut abscónderent láqueos: * dixérunt: Quis vidébit eos?

Scrutáti sunt iniquitátes: * defecérunt scrutántes scrutínio.

Accédet homo ad cor altum: * et exaltábitur Deus.

Sagíttæ parvulórum factæ sunt plágæ eorum: * et infirmátæ sunt contra eos línguæ eórum.

Conturbáti sunt ómnes qui vidébant eos: * et tímuit ómnis homo.

Et annuntiavérunt ópera Dei: * et facta ejus intellexérunt.

Lætábitur justus in Dómino, et sperábit in eo, * et laudabúntur ómnes recti corde.

Aña. Nonne Deo subjécta erit ánima mea?

Antiph. Benedícite.

Psalmus 65.

Jubiláte Deo ómnis terra, psalmum dícite nómini ejus: * date glóriam láudi ejus.

Dícite Deo, quam terribília sunt ópera tua, Dómine! * in multitúdine virtùtis tuæ mentiéntur tibi inimíci tui.

Omnis terra adóret te, et psallat tibi: * psalmum dicat nómini tuo.

Veníte, et vidéte ópera Dei: * terríbilis in consíliis super fílios hóminum.

Qui convértit mare in áridam, in flúmine pertransíbunt pede: * ibi lætábimur in ipso.

Qui dominátur in virtúte sua in ætérnum, óculi ejus super gentes respíciunt: * qui exásperant, non exalténtur in semetípsis.

Benedícite gentes Deum nostrum: * et audítam fácite vocem láudis ejus.

Qui pósuit ánimam meam ad vitam: * et non dedit in commotiónem pedes meos.

Quóniam probásti nos Deus: * igne nos examinásti, sicut examinátur argéntum.

Induxísti nos in lá-

queum, posuísti tribulatiónes in dorso nostro: * imposuísti hómines super cápita nostra.

Transívimus per ignem et aquam: * et eduxísti nos in refrigérium.

Introíbo in domum tuam in holocàustis: * reddam tibi vota mea, quæ distinxérunt lábia mea.

Et locutum est os meum, * in tribulatióne mea.

Holocáusta medulláta ófferam tibi cum incénso aríetum: * ófferam tibi boves cum hircis.

Veníte, audíte, et narrábo, ómnes qui timétis Deum, * quanta fecit ánimæ meæ.

Ad ipsum ore meo clamávi, * et exaltávi sub lingua mea.

Iniquitátem si aspéxi in corde meo: * non exáudiet Dóminus.

Proptérea exaudívit Deus, * et atténdit voci deprecatiónis meæ.

Benedíctus Deus, * qui non amóvit oratiónem meam, et misericórdiam suam a me.

Psalmus 67.

Exúrgat Deus, et dissipéntur inimíci ejus: * et fúgiant qui odérunt eum a fácie ejus.

Sicut déficit fumus, defíciant: * sicut flúit cera a fácie ignis, sic péreant peccatóres a fácie Dei.

Et justi epuléntur, et exúltent in conspéctu Dei: * et delecténtur in lætítia.

Cantáte Deo, psalmum dícite nómini ejus: * iter fácite ei, qui ascéndit super occásum, Dóminus nomen illi.

Exultáte in conspéctu ejus: * turbabúntur a fácie ejus, patris orphanórum, et júdicis viduárum:

Deus in loco sancto suo: * Deus qui inhabitáre facit unius moris in domo.

Qui edúcit vinctos in fortitúdine: * simíliter eos, qui exásperant, qui hábitant in sepúlchris.

Deus, cum egrederéris in conspéctu pópuli

tui, * cum pertransíres in desérto.

erra mota est, étenim cœli distillavérunt a fácie Dei Sinai, * a fácie Dei Israel.

Plúviam voluntáriam segregábis Deus hæreditáti tuæ : * et infirmáta est, tu vero perfecísti eam.

Animália tua habitábunt in ea: * parásti in dulcédine tua páuperi, Deus.

Dóminus dabit verbum evangelizántibus, * virtúte multa.

Rex virtútum dilécti dilécti: * et speciéi domus divídere spólia.

Si dormiátis inter médios cleros, pennæ colúmbæ deargentátæ, * et posterióra dorsi ejus in pallóre áuri.

Dum discérnit cæléstis reges super eam, nive dealbabúntur in Selmon:* mons Dei, mons pínguis.

Mons coagulátus, mons pínguis:* ut quid suspicámini montes coagulátos ?

Mons, in quo beneplácitum est Deo habitáre in eo : * étenim Dóminus habitábit in finem.

Currus Dei decem míllibus múltiplex, míllia lætántium : * Dóminus in eis in Sina in sancto.

Ascendísti in altum, cepísti captivitátem: * accepísti dona in homínibus.

Etenim non credéntes:* inhabitáre Dñm Deum.

Benedíctus Dóminus die quotídie : * prósperum iter fáciet nobis Deus salutárium nostrórum.

Deus noster, Deus salvos faciéndi : * et Dómini Dómini éxitus mortis.

Verúmtamen Deus confrínget cápita inimicórum suórum:* vérticem capílli perambulántium in delíctis suis.

Dixit Dóminus: Ex Basan convértam, * convértam in profúndum maris.

Ut intingátur pes tuus in sánguine : * lingua canum tuórum ex inimícis ab ipso.

Vidérunt ingréssus tuos Deus, * ingréssus Dei mei, Regis mei, qui est in sancto.
Prævenérunt príncipes conjúncti psalléntibus, * in médio juvenculárum tympanistriárum.
In Ecclésiis benedícite Deo Dómino, * de fóntibus Israel.
Ibi Béniamin adolescéntulus, * in mentis excéssu.
Príncipes Juda, duces eórum: * príncipes Zábulon, príncipes Néphthali.
Manda Deus virtúti tuæ: * confírma hoc Deus, quod operátus es in nobis.
A templo tuo in Jerúsalem, * tibi ófferent reges múnera.
Increpa feras arúndinis, congregátio taurórum in vaccis populórum: * ut exclúdant eos, qui probáti sunt argénto.
Díssipa gentes, quæ bella volunt: vénient legáti ex Ægypto. * Æthiópia prævéniet manus ejus Deo.
Regna terræ cantáte Deo: * psállite Dómino.
Psállite Deo, qui ascéndit super cœlum cœli: * ad Oriéntem.
Ecce dabit voci suæ vocem virtútis, date glóriam Deo super Israel, * magnificéntia ejus, et virtus ejus in núbibus.
Mirábilis Deus in sanctis suis, Deus Israel ipse dabit virtútem et fortitúdinem plebi suæ, * benedíctus Deus.
Aña. Benedícite gentes Deum nostrum.
Per Annum, ℣. Deus vitam meam annuntiávi tibi.
℟. Posuísti lácrymas meas in conspéctu tuo.
In Adventu, ℣. Egrediétur Dóminus de loco sancto suo.
℟. Véniet ut salvet pópulum suum.
In Quadrag. ℣. Scuto circúmdabit te véritas ejus. ℟. Non timébis a timore noctúrno.

Tempore Passionis,* ℣. Ne perdas cum ímpiis Deus ánimam meam.
℟. Et cum viris sánguinum vitam meam.
Tempore Pasch. Aña. Allelúja, allel. allel.
℣. Gavísi sunt discípuli allelúja.
℟. Viso Dómino, allel.
Pro uno, vel pluribus Martyrib. temp. Pasch.
℣. Lætítia sempitérna super cápita eórum, allelúja.
℟. Gàudium et exultatiónem obtinébunt, all.
Pro uno Martyre extra tempus Pasch. ℣. Magna est glória ejus in salutári tuo.
℟. Glóriam et magnum decórem impónes super eum.
Pro pluribus Martyribus, ℣. Justi áutem in perpétuum vivent.
℟. Et apud Dóminum est merces eórum.
Pro Confessore Pontifice, ℣. Tu es sacérdos in ætérnum.
℟. Secúndum órdinem Melchísedech.
Pro Confessore non Pontifice, ℣. Lex Dei ejus in corde ipsíus.
℟. Et non supplantabúntur gressus ejus.
Pro una sancta, ℣. Elégit eam Deus et præelégit eam.
℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

AD LAUDES

Aña. Amplius lava me Dñe ab injustítia mea.
Psalmus. Miserere 86.
Antiphona. Te decet.

Psalmus 64.

Te decet hymnus Deus in Sion : * et tibi reddétur votum in Jerúsalem.
Exáudi oratiónem meam: * ad te ómnis caro véniet.
Verba iniquórum prævaluérunt super nos: * et impietátibus nostris tu propitiáberis.
Beátus, quem elegísti, et assumpsísti:* inhabitábit in átriis tuis.
Replébimur in bonis domus tuæ : * sanctum est templum tuum, mirábile in æquitáte.

Exáudi nos Deus salutáris noster, spes ómnium fínium terræ, et in mari longe.

Præparans montes in virtúte tua, accínctus poténtia: * qui contúrbas profúndum maris sonum flúctuum ejus.

Turbabúntur Gentes, et timébunt qui hábitant términos a signis tuis: * éxitus matutíni et véspere delectábis.

Visitásti terram, et inebriásti eam: * multiplicásti locupletáre eam.

Flumen Dei replétum est aquis, parásti cibum illórum: * quóniam ita est præparátio ejus.

Rivos ejus inébria, multíplica genímina ejus: * in stillicídiis ejus lætábitur gérminans.

Benedíces corónæ anni benignitátis tuæ: * et campi tui replebúntur ubertáte.

Pinguéscent speciósa desérti: * et exultatióne colles accingéntur.

Indúti sunt aríetes óvium, et valles abundábunt fruménto: * clamábunt, étenim hymnum dicent.

Antiph. Te decet hymnus Deus in Sion.

Antiph. Lábia mea laudábunt te in vita mea, Deus meus.

Psalmus Deus Deus meus ad te. 27.

Antiph. Dñs judicábit.

Canticum Annæ

1. Reg. 2.

Exultávit cor meum in Dómino, * et exaltátum est cornu meum in Deo meo.

Dilatàtum est os meum super inimícos meos: * quia lætáta sum in salutári tuo.

Non est sanctus, ut est Dóminus: neque enim est álius extra te: * et non est fortis sicut Deus noster.

Nolíte multiplicáre loqui sublímia, * gloriántes:

Recédant vétera de ore vestro: quia Deus scientiárum Dóminus est, * et ipsi præparántur cogitatiónes.

Arcus fórtium superátus est, * et infírmi accíncti sunt róbore.
Repléti prius, pro pánibus se locavérunt:* et famélici saturáti sunt.
Donec stérilis péperit plúrimos:* et quæ multos habébat fílios, infirmáta est.
Dóminus mortíficat et vivíficat, * dedúcit ad ínferos et redúcit.
Dóminus páuperem facit et dítat, * humíliat et súblevat.
Súscitat de púlvere egénum, * et de stércore élevat páuperem.
Ut sédeat cum princípibus, * et sólium glóriæ téneat.
Dómini enim sunt cárdines terræ, * et pósuit super eos orbem.
Pedes sanctórum suórum servábit, et ímpii in ténebris conticéscent: * quia non in fortitúdine sua roborábitur vir.
Dóminum formidábunt adversárii ejus:* et super ipsos in cœlos tonábit:
Dñs judicábit fines terræ, et dabit impérium regi suo, * et sublimábit cornu Christi sui.
Antiph. Dóminus judicábit fines terræ.
Antiph. Cœli cœlórum, laudáte Deum.
Psalmus. Laudáte Dóminum de cœlis. 29.
Capitulum Rom. 13 d
Nox præcéssit, dies áutem appropinquávit: abjiciámus ergo ópera tenebrárum, et induámur arma lucis: sicut in die honéste ambulémus.

Hymnus.

Nox, et ténebræ, et núbila,
Confúsa mundi, et túrbida:
Lux intrat, albéscit polus:
Christus venit: discédite.
Calígo terræ scínditur
Percússa solis spículo.
Rebúsque jam color redit,
Vultu niténtis síderis.
Te, Christe, solum nóvimus:

Te mente pura et símplici,
Flendo, et canéndo quæsumus,
Inténde nostris sénsibus.
Sunt multa fucis íllita,
Quæ luce purgéntur tua:
Tu vera lux cœléstium
Vultu seréno illúmina.
Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paràclito,
Nunc, et per ómne sæculum. Amen.

℣. Repléti sumus mane misericórdia tua.
℟. Exultávimus, et delectáti sumus.

Ad Benedictus, Antiph. De manu ómnium qui odérunt nos, líbera nos Dómine.

Preces quando dicendæ sunt habentur supra in Feria secunda 90.

FERIA QUINTA
ad Matutinum.

Invitat. Dóminum, qui fecit nos, * Veníte adorémus.

Psalmus Veníte, exultemus 2.

Hymnus.

Nox atra reru[m]
tegit
Terræ colóres óm[nium]
Nos confiténtes
mus
Te juste judex
dium.
Ut áuferas piácu[la]
Sordésque ment[is]
luas:
Donésque, Christ[e]
tiam,
Ut arceántur crí[mina]
Mens ecce torpet
Quam culpa mor[dax]
xia;
Obscúra gestit t[e]
Et te, Redémpto[r]
rere.
Repélle tu calígi[nem]
Intrínsecus qua[m]
xime;
Ut in beáto gáu[dio]
Se collocári lúmi[nis]
Præsta, Pater pi[e]
Patríque compa[r]
ce,
Cum Spíritu Par[aclito]
Regnans per om[ne]
culum. Amen.

Antiph. Dómine
Tempore Paschal[i]
Allelúja.

Psalmus 6

Salvum me fac Deus,* quóniam intravérunt aquæ usque ad ánimam meam.

Infíxus sum in limo profúndi : * et non est substántia.

Veni in altitùdinem maris : * et tempéstas demérsit me.

Laborávi clamans, ráucæ factæ sunt fáuces meæ: * defecérunt óculi mei, dum spero in Deum meum.

Multiplicáti sunt super capíllos cápitis mei, * qui odérunt me gratis.

Confortáti sunt qui persecúti sunt me, inimíci mei injúste : * quæ non rápui, tunc exólvébam.

Deus tu scis insipiéntiam meam:* et delícta mea a te non sunt abscóndita.

Non erubéscant in me, qui expéctant te Dómine, * Dómine virtútum.

Non confundántur super me, * qui quærunt te, Deus Israel.

Quóniam propter te sustínui oppróbrium : * opéruit confúsio fáciem meam.

Extráneus factus sum frátribus meis, * et peregrínus fíliis matris meæ.

Quóniam zelus domus tuæ comédit me : * et oppróbria exprobrántium tibi cecidérunt super me.

Et opérui in jejúnio ánimam meam: * et factum est in oppróbrium mihi.

Et pósui vestiméntum meum cilícium: * et factus sum illis in parábolam.

Advérsum me loquebántur cui sedébant in porta : * et in me psallébant qui bibébant vinum.

Ego vero oratiónem meam ad te, Dñe:* tempus benepl citi Deus.

In multitúdine misericórdiæ tuæ exáudi me,* in veritáte salútis tuæ.

Eripe me de luto, ut non infígar : * líbera

me ab iis, qui odérunt me, et de profúndis aquárum.
Non me demérgat tempéstas aquæ, neque absórbeat me profúndum:* neque úrgeat super me púteus os suum.
Exáudi me, Dómine, quóniam benígna est misericórdia tua: * secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum réspice in me.
Et ne avértas fáciem tuam a púero tuo: * quóniam tríbulor, velóciter exáudi me.
Inténde ánimæ meæ, et líbera eam: * propter inimícos meos éripe me.
Tu scis impropérium meum, et confusiónem meam, * et reveréntiam meam.
In conspéctu tuo sunt ómnes, qui tríbulant me: * impropérium, expectávit cor meum, et misériam.
Et sustínui qui simul contristarétur, et non fuit: * et qui consolarétur, et non invéni.
Et dedérunt in e
meam fel: * et in siti
potavérunt me ac
Fíat mensa eórun
ram ipsis in láque
et in retributióne
in scándalum.
Obscuréntur ócul
rum ne vídeant
dorsum eórum se
incúrva.
Effúnde super eos
tuam: * et furor
tuæ comprehénda
Fíat habitátio e
desérta: * et in t
náculis eórum no
qui inhábitet.
Quóniam quem tu
cussísti, persecúti s
et super dolórem
nerum meórum ad
runt.
Appóne iniquitáte
per iniquitátem
rum: * et non intre
justítiam tuam.
Deleántur de libr
véntium: * et cu
stis non scribántur
Ego sum páuper e
lens: * salus tua
suscépit me.
Laudábo nomen

cum cántico: * et magnificábo eum in láude.

Et placébit Deo super vitulum novéllum: * córnua producéntem et úngulas.

Vídeant páuperes et læténtur: * quærite Deum, et vivet ánima vestra.

Quóniam exaudívit páuperes Dñs : * et vinctos suos non despéxit.

Láudent illum cœli et terra, * mare, et ómnia reptília in eis.

Quóniam Deus salvam fáciet Sion: * et ædificabúntur civitátes Juda.

Et inhabitábunt ibi, * et hæreditáte acquírent eam.

Et semen servórum ejus possidébit eam: * et qui díligunt nomen ejus habitábunt in ea.

Psalmus 69.

Deus in adjutórium meum inténde: * Dómine ad adjuvándum me festína.

Confundántur, et revereántur * qui quærunt ánimam meam.

Avertántur retrórsum, et erubéscant, * qui volunt mihi mala.

Avertántur statim erubescéntes : * qui dicunt mihi: Euge, éuge.

Exúltent et læténtur in te ómnes qui quærunt te, * et dicant semper: Magnificétur Dñs : qui díligunt salutáre tuum.

Ego vero egénus, et páuper sum: * Deus ádjuva me.

Adjútor meus, et liberátor meus es tu: * Dómine, ne moréris.

Aña. Dñe Deus in adjutórium meum inténde.

Antiph. Esto mihi.

Psalmus 70.

In te Dómine sperávi, non confúndar in ætérnum: * in justítia tua líbera me, et éripe me.

Inclína ad me áurem tuam, * et salva me.

Esto mihi in Deum protectórem, et in locum munítum : * ut salvum me fácias.

Quóniam firmaméntum meum, * et refúgium meum es tu.

Deus meus éripe me de

manu peccatóris, * et de manu contra legem agéntis et iníqui.

Quóniam tu es patiéntia mea Dómine: * Dómine spes mea a juventúte mea.

In te confirmátus sum ex útero: * de ventre matris meæ tu es protéctor meus.

In te cantátio mea semper: * támquam prodígium factus sum multis, et tu adjútor fortis.

Repleátur os meum láude, ut cantem glóriam tuam: * tota die magnitúdinem tuam.

Ne projícias me in témpore senectútis: * cum defécerit virtus mea, ne derelínquas me.

Quia dixérunt inimíci mei mihi: * et qui custodiébant ánimam meam, consilium fecérant in unum.

Dicéntes: Deus derelíquit eum, persequímini, et comprehéndite eum: * quia non est qui eripiat.

Deus ne elongéris a me: * Deus meus in xilium meum réspi

Confundántur, et ciant detrahéntes mæ meæ: * operiá confusióne et pudór quærunt mala mil

Ego áutem semper rábo: * et adjiciam s ómnem láudem tu

Os meum annunt justítiam tuam: * die salutáre tuum.

Quóniam non co litteratúram, int in poténtias Dómi Dómine memorab stítiæ tuæ solíus.

Deus docuísti me ventúte mea: * et nunc pronuntiáb rabília tua.

Et usque in senect sénium: * Deus r relínquas me.

Donec annúntiem chium tuum * ge tióni ómni, quæ ra est.

Poténtiam tuam, stítiam tuam Deu que in altíssima, fecísti magnália: * quis símilis tibi?

Quantas ostendísti mihi tribulatiónes multas et malas: et convérsus vivificásti me : * et de abyssis terræ íterum reduxísti me.

Multiplicásti magnificéntiam tuam: * et convérsus consolátus es me.

Nam et ego confitébor tibi in vasis psalmi veritátem tuam : * Deus psallam tibi in cíthara, sanctus Israel.

Exultábunt lábia mea cum cantávero tibi:* et ánima mea, quam redemísti.

Sed et lingua mea tota die meditábitur justítiam tuam: * cum confúsi et reveríti fúerint qui quærunt mala mihi.

Psalmus 71.

Deus judícium tuum regi da : * et justítiam tuam filio regis.

Judicáre pópulum tuum in justítia,* et páuperes tuos in judício.

Suscípiant montes pacem pópulo: * et colles justítiam.

Judicábit páuperes pópuli, et salvos faciet fílios páuperum: * et humiliábit calumniatórem.

Et permanébit cum sole, et ante lunam, * in generatióne et generatiónem.

Descéndet sicut plúvia in vellus: * et sicut stillicídia stillántia super terram.

Oriétur in diébus ejus justítia, et abundántia pacis : * donec auferátur luna.

Et dominábitur a mari usque ad mare : * et a flúmine usque ad términos orbis terrárum.

Coram illo prócident Æthíopes : * et inimíci ejus terram lingent.

Reges Tharsis, et ínsulæ múnera ófferent , * reges Arabum, et Saba dona addúcent.

Et adorábunt eum ómnes reges terræ : * ómnes gentes sérvient ei.

Quia liberábit páuperem a poténte: * et páuperem , cui non erat adjútor.

Parcet páuperi et inopi: * et ánimas páuperum salvas fáciet.
Ex usúris et iniquitáte rédimet ánimas eórum:* et honorábile nomen eórum coram illo.
Et vivet, et dábitur ei de áuro Arábiæ, et adorábunt de ipso semper:* tota die benedicent ei.
Et erit firmaméntum in terra in summis móntium, superextollétur super Líbanum fructus ejus: * et florébunt de civitáte sicut fœnum terræ.
Sit nomen ejus benedíctum in sæcula: * ante solem pérmanet nomen ejus.
Et benedicéntur in ipso omnes tribus terræ :* omnes gentes magnificábunt eum.
Benedíctus Dñs Deus Israel,* qui facit mirabília solus.
Et benedíctum nomen majestátis ejus in ætérnum : * et replébitur majestáte ejus ómnis terra: fiat, fiat.

Aña. Esto mihi D
in Deum protect
Aña. Liberásti vi
Psalmus 72.
Quam bonus
Deus * his, qui
sunt corde!
Mei áutem pene
sunt pedes: * pen
sunt gressus mei.
Quia zelávi supe
quos, * pacem pe
rum videns.
Quia non est res
morti eórum: *
maméntum in
eórum.
In labóre hóminu
sunt, * et cum h
bus non flagellab
Ideo ténuit eos
bia, * opérti su
quitáte et impietá
Pródiit quasi ex
iníquitas eórum:*
iérunt in affectu
dis.
Cogitavérunt, et
sunt nequítiam :
quitátem in excé
cúti sunt.
Posuérunt in cœl
suum:*et lingua
transívit in terra

Ideo convertétur pópulus meus hic : * et dies pleni inveniéntur in eis.

Et dixérunt : Quomodo scit Deus, * et si est sciéntia in excélso ?

Ecce ipsi peccatóres et abundántes in sæculo,* obtinuérunt divítias.

Et dixi: Ergo sine causa justificávi cor meum,* et lavi inter innocéntes manus meas.

Et fui flagellátus tota die, * et castigátio mea in matutínis.

Si dicébam : Narrábo sic: * ecce natiónem filiórum tuórum reprobávi.

Existimábam ut cognóscerem hoc, * labor est ante me.

Donec intrem in sanctuárium Dei : * et intélligam in novíssimis eórum.

Verúmtamen propter dolos posuísti eis:*dejecísti eos dum alleveréntur.

Quómodo facti sunt in desolatiónem, subito defecérunt : * periérunt propter iniquitátem suam.

Velut sómnium surgéntium Dómine, * in civitáte tua imáginem ipsórum ad níhilum rédiges.

Quia inflammátum est cor meum, et renes mei commutáti sunt. * et ego ad níhilum redáctus sum, et nescívi.

Ut juméntum factus sum apud te: * et ego semper tecum.

Tenuísti manum déxteram meam : et in voluntáte tua deduxísti me,* et cum glória suscepísti me.

Quid enim mihi est in cœlo? * et a te quid vólui super terram ?

Defécit caro mea, et cor meum : * Deus cordis mei, et pars mea Deus in ætérnum.

Quia ecce, qui elóngant se a te, peribunt.* perdidísti ómnes, qui fornicántur abs te.

Mihi áutem adhærére Deo bonum est:*pónere in Dño Deo spem meam.

Et annúntiem ómnes prædicatiónes tuas, * in portis filiæ Sion.

Psalmus 73.

Ut quid Deus repulísti in finem: * irátus est furor tuus super oves páscuæ tuæ?

Memor esto congregatiónis tuæ, * quam possedísti ab inítio.

Redemísti virgam hæreditátis tuæ: * mons Sion, in quo habitásti in eo.

Leva manus tuas in supérbias eórum in finem: * quanta malignátus est inimícus in sancto.

Et gloriáti sunt qui odérunt te, * in médio solemnitátis tuæ.

Posuérunt signa sua, signa: * et non cognovérunt sicut in éxitu super summum.

Quasi in silva lignórum secúribus excidérunt jánuas ejus in idípsum: * in secúri et áscia dejecérunt eam.

Incendérunt igni Sanctuárium tuum: * in terra polluérunt taber-

náculum nón

Dixérunt in

cognátio eóru

Quiéscere fac

mnes dies fes

terra.

Signa nostra

mus, jam no

pheta: * et nc

gnóscet ámpli

Usquequo Dei

perábit inimí

ritat adversári

tuum in finen

Ut quid avé

num tuam, et

tuam, * de n

tuo in finem ?

Deus áutem R

ante sæcula: *

est salútem

terræ.

Tu confirmás

túte tua mare

bulásti cápit

num in aquis

Tu confregís

dracónis: * de

escam pópuli

pum.

Tu dirupísti

torréntes: *

flúvios Ethan

Tuus est dies,

nox : * tu fabricátus es auróram et solem.
Tu fecísti ómnes términos terræ: * æstátem et ver tu plasmásti ea.
Memor esto hujus, inimicus improperávit Dómino : * et pópulus insipiens incitávit nomen tuum.
Ne tradas béstiis ánimas confiténtes tibi , * et ánimas páuperum tuórum ne obliviscáris in finem.
Réspice in testaméntum tuum : * quia repléti sunt,qui obscuráti sunt, terræ dómibus iniquitátum.
Ne avertátur húmilis factus confúsus : * páuper et inops laudábunt nomen tuum.
Exúrge Deus , júdica cáusam tuam: * memor esto improperiórum tuórum, eorum quæ ab insipiénte sunt tota die.
Ne obliviscáris voces inimicórum tuórum : * supérbia eórum, qui te odérunt, ascéndit semper.

Antiph. Liberásti virgam hæreditátis tuæ.
Aña. Et invocábimus.

Psalmus 74.

Confitébimur tibi Deus : * confitébimur, et invocábimus nomen tuum.
Narrábimus mirabília tua : * cum accépero tempus,ego justítias judicábo.
Liquefácta est terra, et ómnes qui hábitant in ea : * ego confirmávi colúmnas ejus.
Dixi iníquis : Nolíte inique ágere: * et delinquéntibus: Nolíte exaltáre cornu.
Nolíte extóllere in altum cornu vestrum : * nolíte loqui advérsus Deum iniquitátem.
Quia neque ab Oriénte, neque ab Occidénte,neque a desértis móntibus: * quóniam Deus judex est.
Hunc humíliat, et hunc exáltat: * quia calix in manu Dómini vini meri plenus misto.
Et inclinávit ex hoc in

hoc : verúmtamen fæx ejus non est exinaníta: * bibent omnes peccatóres terræ.

Ego áutem annuntiábo in sæculum: * cantábo Deo Jacob.

Et ómnia córnua peccatórum confríngam: * et exaltabúntur córnua justi.

Psalmus 75.

Notus in Judæa Deus: * in Israel magnum nomen ejus.

Et factus est in pace locus ejus: * et habitátio ejus in Sion.

Ibi confrégit poténtias árcuum, * scutum, gládium, et bellum.

Illúminans tu mirabíliter a móntibus ætérnis: * turbáti sunt omnes insipiéntes corde.

Dormiérunt somnum suum : * et nihil invenérunt omnes viri divitiárum in mánibus suis.

Ab increpatióne tua Deus Jacob, * dormitavérunt qui ascendérunt équos.

Tu terríbilis es, et quis resistet tibi ? * ex ira tua.

De cœlo audítum sti judícium : * t trémuit et quiévit.

Cum exúrgeret in cium Deus , * ut s fáceret omnes ma tos terræ.

Quóniam cogitátio minis confitébitur t et relíquiæ cogitat diem festum agent

Vovéte, et rédditе mino Deo vestro mnes, qui in circúi jus affértis múner

Terríbili et ei, qu fert spíritum p pum : * terríbili reges terræ.

Aña. Et invocál nomen tuum Dóm

Aña. Tu es Deus.

Psalmus 76.

Voce mea ad I num clamávi: ce mea ad Deum, téndit mihi.

In die tribulatióni Deum exquisívi bus meis nocte c cum: * et non su céptus.

Rènuit consolári ánima mea, * memor fui Dei, et delectátus sum, et exercitátus sum, et defécit spíritus meus.

Anticipavérunt vigílias óculi mei: * turbátus sum, et non sum locútus.

Cogitávi dies antíquos: * et annos ætérnos in mente hábui.

Et meditátus sum nocte cum corde meo, * et exercitábar, et scopébam spíritum meum.

Numquid in ætérnum projíciet Deus: * aut non appónet ut complacítior sit adhuc?

Aut in finem misericórdiam suam abscíndet, * a generatióne in generatiónem?

Aut obliviscétur miseréri Deus? * aut continébit in ira sua misericórdias suas?

Et dixi: Nunc cœpi: * hæc mutátio déxteræ Excélsi.

Memor fui óperum Dómini: * quia memor ero ab initio mirabílium tuórum.

Et meditábor in ómnibus opéribus tuis: * et in adinventiónibus tuis exercébor.

Deus in sancto via tua: quis Deus magnus sicut Deus noster? * tu es Deus, qui facis mirabília.

Notam fecísti in pópulis virtútem tuam * redemísti in bráchio tuo pópulum tuum, fílios Jacob, et Joseph.

Vidérunt te aquæ Deus, vidérunt te aquæ: * et timuérunt, et turbátæ sunt abyssi.

Multitúdo sónitus aquárum: * vocem dedérunt nubes.

Etenim sagíttæ tuæ tránseunt: * vox tonítrui tui in rota.

Illuxérunt coruscatiónes tuæ orbi terræ: * commóta est, et contrémuit terra.

In mari via tua, et sémitæ tuæ in aquis multis: * et vestígia tua non cognoscéntur.

Deduxísti sicut oves pópulum tuum, * in manu Móysi et Aaron.

Psalmus 77.

Atténdite pópule meus legem meam: * inclináte áurem vestram in verba oris mei.

Apériam in parábolis os meum: * loquar propositiónes ab initio.

Quanta audívimus, et cognóvimus ea: * et patres nostri narravérunt nobis.

Non sunt occultáta a fíliis eórum, * in generatióne áltera.

Narrántes láudes Dñi, et virtútes ejus, * et mirabilia ejus, quæ fecit.

Et suscitávit testimónium in Jacob: * et legem pósuit in Israel.

Quanta mandávit pátribus nostris nota fácere ea fíliis suis: * ut cognóscat generátio áltera.

Fílii, qui nascéntur, et exúrgent: * et narrábunt fíliis suis.

Ut ponant in Deo spem suam, et non obliviscántur óperum Dei: * et mandáta ejus exquírant.

Ne fiant sicut eórum: * generát va et exásperan

Generátio quæ r réxit cor suum: ' est créditus cu spiritus ejus.

Fílii Ephrem in tes et mitténtes a convérsi sunt belli.

Non custodiéru staméntum Dei: lege ejus noluéri buláre.

Et obliti sunt ber rum ejus, * et mira ejus, quæ osténd

Coram pátribus fecit mirabília i Ægypti, * in can neos.

Interrúpit mare, dúxit eos: * et aquas quasi in u

Et dedúxit eos i diéi: * et tota r illuminatióne ig

Interrúpit petra rémo: * et adaqu velut in abysso r

Et edúxit aquam tra: * et dedúxi quam flúmina a

Et apposuérunt adhuc peccáre ei : * in iram excitavérunt Excélsum in inaquóso.
Et tentavérunt Deum in córdibus suis : * ut péterent escas animábus suis.
Et male locúti sunt de Deo: * dixérunt: Númquid póterit Deus paráre mensam in desérto?
Quóniam percússit petram, et fluxérunt aquæ, * et torréntes inundavérunt.
Númquid et panem póterit dare, * aut paráre mensam pópulo suo ?
Ideo audívit Dóminus , et dístulit:* et ignis accénsus est in Jacob , et ira ascéndit in Israel.
Quia non credidérunt in Deo , * nec speravérunt in salutári ejus.
Et mandávit núbibus désuper,*et jánuas cœli apéruit.
Et plúit illis manna ad manducándum, * et panem cœli dedit eis.
Panem Angelórum manducávit homo:*cibaria misit eis in abundántia.
Tránstulit Austrum de cœlo : * et indúxit in virtúte sua Africum.
Et plúit super eos sicut púlverem carnes : * et sicut arénam maris volatília pennáta.
Et cecidérunt in médio castrórum eórum,* circa tabernácula eórum.
Et manducavérunt , et saturáti sunt nimis, et desidérium eórum áttulit eis:*non sunt fraudáti a desidério suo.
Adhuc escæ eórum erant in ore ipsórum : * et ira Dei ascéndit super eos.
Et occídit píngues eórum: * et eléctos Israel impedívit.
In ómnibus his peccavérunt adhuc : * et non credidérunt in mirabílibus ejus.
Et defecérunt in vanitáte dies eórum:* et anni eórum cum festinatióne.
Cum occíderet eos,quærébant eum, * et revertebántur , et dilúculo veniébant ad eum.

Et rememoráti sunt quia Deus adjútor est eórum: * et Deus excélsus redémptor eórum est.

Et dilexérunt eum in ore suo, * et lingua sua mentíti sunt ei.

Cor áutem eórum non erat rectum cum eo: * nec fidéles hábiti sunt in testaménto ejus.

Ipse áutem est miséricors, et propítius fiet peccátis eórum: * et non dispérdet eos.

Et abundávit ut avérteret iram suam: * et non accéndit ómnem iram suam.

Et recordátus est quia caro sunt: * spíritus vadens, et non rédiens.

Quóties exacerbavérunt eum in desérto? * in iram concitavérunt eum in inaquóso?

Et convérsi sunt, et tentavérunt Deum: * et sanctum Israel exacerbavérunt.

Non sunt recordáti manus ejus, * die qua redémit eos de manu tribulántis.

Sicut pósuit in
signa sua; * et
sua in campo T
Et convértit in
nem flúmina e
et imbres eór
bíberent.
Misit in eos cœn
et comédit e
ranam, et dis
eos.
Et dedit ærúg
ctus eórum: *
res eórum locú
Et occídit in g
víneas eórum:
ros eórum in p
Et trádidit grá
ménta eórum:
sessiónem eóru
Misit in eos ira
gnatiónis suæ
gnatiónem, et
tribulatiónem,
siónes per áng
los.
Viam fecit sém
suæ, non pe
morte animál
rum: * et jum
rum in morte c
Et percússit ó
mogénitum in
gypti: * primí

nis labóris eórum in tabernáculis Cham.

Et ábstulit sicut oves pópulum suum : * et perdúxit eos támquam gregem in desérto.

Et dedúxit eos in spe, et non timuérunt: * et inimícos eórum opéruit mare.

Et indúxit eos in montem sànctificatiónis suæ : * montem, quem acquisívit dextéra ejus.

Et ejécit a fácie eórum Gentes : * et sorte divísit eis terram in funículo distributiónis.

Et habitáre fecit in tabernáculis eórum * tribus Israel.

Et tentavérunt, et exacerbavérunt Deum excélsum: * et testimónia ejus non custodiérunt.

Et avertérunt se, et non servavérunt pactum : * quemádmodum patres eórum, convérsi sunt in arcum pravum.

In iram concitavérunt eum in cóllibus suis : * et in sculptílibus suis ad æmulatiónem eum provocavérunt.

Audívit Deus, et sprevit: * et ad níhilum redégit valde Israel.

Et répulit tabernáculum Silo, * tabernáculum suum, ubi habitávit in homínibus.

Et trádidit in captivitátem virtútem eórum: * et pulchritúdinem eórum in manus inimíci.

Et conclúsit in gládio pópulum suum: * et hæreditátem suam sprevit.

Júvenes eórum comédit ignis : * et vírgines eórum non sunt lamentátæ.

Sacerdótes eórum in gládio cecidérunt : * et viduæ eórum non plorabántur.

Et excitátus est támquam dórmiens Dóminus, * támquam potens crapulátus a vino.

Et percússit inimícos suos in posterióra : * oppróbrium sempitérnum dedit illis.

Et répulit tabernácu-

lum Jóseph: * et tribum Ephraim non elégit.

Sed elégit tribum Juda, * montem Sion quem diléxit.

Et ædificávit sicut unicórnium sanctifícium suum in terra, * quam fundávit in sæcula.

Et elégit David servum suum, et sústulit eum de grégibus óvium: * de post fœtántes accépit eum.

Páscere Jacob servum suum: * et Israel hæreditátem suam.

Et pavit eos in innocéntia cordis sui: * et in intelléctibus mánuum suárum dedúxit eos.

Antiph. Tu es Deus, qui facis mirabília.

Antiph. Propítius esto.

Psalmus 78.

Deus, venérunt gentes in hæreditátem tuam, polluérunt templum sanctum tuum: * posuérunt Jerúsalem in pomórum custódiam.

Posuérunt morticína servórum tuórum, escas volatílibus cœli: * carnes sanctórum tuó
béstiis terræ.

Effudérunt sángui
eórum támquam aq
in circúitu Jerúsal
et non erat qui se
ret.

Facti sumus oppr
um vicínis nostris: *
sannátio et illúsio
qui in circúitu no
sunt.

Usquequo, Dómine,
scéris in finem: *
cendétur velut ignis
lus tuus?

Effúnde iram tuam
Gentes, quæ te non
vérunt: * et in reg
quæ nomen tuum
invocavérunt.

Quia comedérunt
cob: * et locum ejus
solavérunt.

Ne memíneris iniqu
tum nostrárum a
quárum, cito ant
pent nos misericór
tuæ: * quia páup
facti sumus nimis.

Adjuva nos Deus s
táris noster: et prop
glóriam nóminis tui
mine líbera nos:

propitius esto peccátis nostris propter nomen tuum.

Ne forte dicant in Géntibus: Ubi est Deus eórum? * et innotéscat in natiónibus coram óculis nostris.

Ultio sánguinis servórum tuórum, qui effúsus est: * introëat in conspéctu tuo gémitus compeditórum.

Secúndum magnitúdinem bráchii tui: * pósside fílios mortificatórum.

Et redde vicínis nostris séptuplum in sinu eórum: * impropérium ipsórum, quod exprobravérunt tibi Dómine.

Nos áutem pópulus tuus, et oves páscuæ tuæ, * confitébimur tibi in sæculum.

In generatiónem et generatiónem * annuntiábimus láudem tuam.

Psalmus 79.

Qui regis Israel, inténde: * qui dedúcis velut ovem Joseph.

Qui sedes super Chérubim, * manifestáre coram Ephraim, Bénjamin et Manásse.

Excita poténtiam tuam, et veni, * ut salvos fácias nos.

Deus convérte nos: * et osténde fáciem tuam, et salvi érimus.

Dómine Deus virtútum, * quoúsque irascéris super oratiónem servi tui?

Cibábis nos pane lacrymárum: * et potum dabis nobis in lácrymis in mensúra.

Posuísti nos in contradictiónem vicínis nostris: * et inimíci nostri subsannavérunt nos.

Deus virtútum, convérte nos: * et osténde fáciem tuam, et salvi érimus.

Víneam de Ægypto transtulísti: * ejecísti Gentes, et plantásti eam.

Dux itíneris fuísti in conspéctu ejus: * plantásti radíces ejus, et implévit terram.

Opéruit montes umbra ejus: * et arbústa ejus cedros Dei.

Exténdit pálmites suos usque ad mare: * et usque ad flumen propágines ejus.
Ut quid destruxísti macériam ejus:* et vindémiant eam ómnes, qui prætergrediúntur viam?
Exterminávit eam aper de silva: * et singuláris ferus depástus est eam.
Deus virtútum convértere: * réspice de cœlo, et vide, et vísita víneam istam.
Et pérfice eam, quam plantávit déxtera tua:* et super filium hóminis, quem confirmásti tibi.
Incénsa igni, et suffóssa * ab increpatióne vultus tui períbunt.
Fiat manus tua super virum déxteræ tuæ: et super fílium hóminis, quem confirmásti tibi.
Et non discédimus a te, vivificábis nos: * et nomen tuum invocábimus.
Dómine Deus virtùtum, convérte nos : * et osténde fáciem tuam, et salvi érimus.
Antiph. Propítius esto

peccátis nostris
Per Annum, ℣.
débunt lábia me
cantávero tibi.
℟. Et ánima mea
redemísti.
In Adventu, ℣.
spécies decóris
℟. Deus noster
féste véniet.
In Quadrag.
liberávit me de
venántium.
℟. Et a verbo à
Tempore Passi
Erue a frámea
nimam meam.
℟. Et de manu
unicam meam.
Temp. Paschal
Allelúja, allel.,
℣. Surréxit Dóm
sepúlchro, allel
℟. Qui pro no
péndit in ligno,
Pro uno, vel p
Martyribus ten
schali ℣. Sanct
sti in Dño gaud
℟. Vos elégit
hæreditátem sib
Pro uno Mart. ext
Pas. ℣. Glória
re coronásti eu

℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Pro plúribus Mártyribus, ℣. Lætámini in Dño, et exultáte justi.
℟. Et gloriámini ómnes recti corde.

Pro Confes. Pontif. et non Pontifice, ℣ Amávit eum Dóminus, et ornávit eum.
℟. Stolam glóriæ induit eum.

Pro una Sancta, ℣ Spécie tua, et pulchritúdine tua.
℟. Inténde, próspere, procéde, et regna.

AD LAUDES

Aña. Tibi soli peccávi, Domine, miserére mei.
Psalm. Miserére 86.
Antiph. Dómine.

Psalmus 89.

Dómine, refúgium factus es nobis: * a generátione in generatiónem.

Priúsquam montes fíerent, aut formarétur terra, et orbis: * a sæculo et usque in sæculum tu es Deus.

Ne avértas hóminem in humilitátem: * et dixísti: Convertímini filii hóminum.

Quóniam mille anni ante óculos tuos, * támquam dies hestérna, quæ prætériit.

Et custódia in nocte, * quæ pro níhilo habéntur, eórum anni erunt.

Mane sicut herba tránseat, mane flóreat, et tránseat: * véspere décidat, indúret, et aréscat.

Quia defécimus in ira tua, * et in furóre tuo turbáti sumus.

Posuísti iniquitátes nostras in conspéctu tuo: * sæculum nostrum in illuminatióne vultus tui.

Quóniam ómnes dies nostri defecérunt: * et in ira tua defécimus.

Anni nostri sicut aránea meditabúntur: * dies annórum nostrórum in ipsis septuagínta anni.

Si áutem in potentátibus octogínta anni: * et ámplius eórum, labor et dolor.

Quóniam supervénit

mansuetúdo : * et corripiémur.

Quis novit potestátem iræ tuæ , * et præ timóre tuo iram tuam dinumeráre ?

Déxteram tuam sic notam fac, * et erudítos corde in sapiéntia.

Convértere Dómine úsquequo* et deprecábilis esto super servos tuos.

Repléti sumus mane misericórdia tua : * et exultávimus et delectáti sumus ómnibus diébus nostris.

Lætáti sumus pro diébus, quibus nos humiliásti : * annis, quibus vídimus mala.

Réspice in servos tuos, et in ópera tua: * et dírige fílios eórum.

Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos, et ópera mánuum nostrárum dírige super nos: * et opus mánuum nostrárum dírige.

Antiph. Dómine, refúgium factus es nobis.

Antiph. In matutínis meditábor in te.

Ps. Deus Deu
Antiph. Can

Canticum
Exod.

**Cantémus
glorióse
gnificátus e
et ascensór
in mare.**

**Fortitúdo m
mea Dómini
est mihi in**

**Iste Deus m
ficábo eum:
mei, et exal**

**Dóminus qu
gnátor, omn
men ejus. *
raónis et e
jus projécit**

**Elécti prin
submérsi su
Rubro. *
ruérunt eos
runt in prof
si lapis.**

**Déxtera tua
magnificáta
titúdine :
Dómine, p
mícum. *
túdine glór
suísti adver**

Misísti ira

devorávit eos sicut stípulam. * Et in spíritu furóris tui congregátæ sunt aquæ.
Stetit unda fluens,* congregátæ sunt abyssi in médio mari.
Dixit inimícus : Pérsequar et comprehéndam, * dívidam spólia, implébitur ánima mea.
Evaginábo gládium meum, * interfíciet eos manus mea.
Flavit spíritus tuus, et opéruit eos mare: * submérsi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.
Quis símilis tui in fórtibus Dómine?* quis símilis tui, magníficus in sanctitáte, terribilis atque laudábilis, fáciens mirabília?
Extendísti manum tuam, et devorávit eos terra. * Dux fuísti in misericórdia tua pópulo, quem redemísti.
Et portásti eum in fortitúdine tua, * ad habitáculum sanctum tuum.
Ascendérunt pópuli, et iráti sunt:* dolóres obtinuérunt habitatóres Philísthiim.
Tunc conturbáti sunt príncipes Edom, robústos Moab obtínuit tremor: * obriguérunt omnes habitatóres Chánaan.
Irruat super eos formído et pavor,* in magnitúdine bráchii tui.
Fiant immóbiles quasi lapis, donec pertránseat pópulus tuus Dómine, * donec pertránseat pópulus tuus iste, quem possedísti.
Introdúces eos, et plantábis in monte hæreditátis tuæ, * firmíssimo habitáculo tuo, quod operátus es Dómine.
Sanctuárium tuum Dómine, quod firmavérunt manus tuæ. * Dóminus regnábit in aetérnum, et ultra.
Ingressus est enim eques Phárao cum cúrribus et equitibus ejus in mare*: et redúxit super eos Dóminus aquas maris.
Fílii áutem Israel am-

bulavérunt per siccum* in médio ejus.

Antiphona. Cantémus Dómino glorióse.

Antiphona. In sanctis ejus laudáte Deum.

Psalm. Laudáte Dóminum de coelis.

Capitulum. Rom. 13. d

Nox præcéssit, dies áutem appropinquávit: abjiciámus ergo ópera tenebrárum, et induámur arma lucis: sicut in die honéste ambulémus.

Hymnus.

Lux ecce surgit áurea:
Pállens facéssat cæcitas,
Quæ nósmet in præceps díu
Erróre traxit dévio.

Hæc lux serénum cónferat,
Purósq;nos præstet sibi,
Nihil loquámur súbdolum:
Volvámus obscúrum nihil.

Sic tota decúrrat dies*
Ne lingua mendax, ne manus,

Oculíve pe
brici,
Ne noxa c
quinet.

Speculátor a
per.
Qui nos dié
bus,
Actúsque n
spicit
A luce prim
rum.

Deo Patri si
Ejúsque soli
Cum Spíritu
Nunc, et pe
culum. A

℣. Repléti
ne misericó
℟. Exultáv
lectáti sum

Ad Benedict
In sanctitát
Dómino, e
nos ab inim

Preces qu
iæ sunt, h
pra in secun

FERIA

ad Matr

Invitatori
rémus Dómi
niam ipse f

Psalmus. V

Hymnus.

Tu Trinitátis Unitas,
Orbem poténter quæ regis,
Atténde láudis cánticum
Quod excubántes psállimus.

Nam léctulo consúrgimus
Noctis quiéto témpore,
Ut flagitémus ómnium
A te medélam vúlnerum.

Quo fráude quídquid dæmonum
In nóctibus delíquimus;
Abstérgat illud cœlitus
Tuæ potéstas glóriæ.

Ne corpus adstet sórdidum,
Nec torpor instet córdium,
Nec críminis contágio
Tepéscat ardor spíritus.

Ob hoc, Redémptor, quæsumus,
Reple tuo nos lúmine,
Per quod diérum círculis,
Nullis ruámus áctibus.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque comparUnice,
Cum Spíritu Paráclito,
Regnans per omne sæculum. Amen.

Antiphona. Exultáte.
Tempore Paschali, Ant. Allel. Psalmus 80.

Exultáte Deo adjutóri nostro:* jubiláte Deo Jacob.

Súmite psalmum et date tympanum, * psaltérium jucúndum cum cíthara.

Buccináte in Neoménia tuba, * in insígni die solemnitátis vestræ.

Quia præcéptum in Israel est, * et judícium Deo Jacob.

Testimónium in Joseph pósuit illud, cum exíret de terra Ægypti: * linguam quam non nóverat audívit.

Divértit ab onéribus dorsum ejus: * manus ejus in cóphino serviérunt.

In tribulatióne invocásti me, et liberávi te: * exaudívi te in abscóndito tempestátis; probávi te apud aquam contradictiónis.

Audi pópulus meus, et

contestábor te: * Israel, si audíeris me, non erit in te deus recens, neque adorábis deum aliénum.
Ego enim sum Dóminus Deus tuus, qui edúxi te de terra Ægypti: * diláta os tuum, et implébo illud.
Et non audívit pópulus meus vocem meam: * et Israel non inténdit mihi.
Et dimísi eos secúndum desidéria cordis eórum, * ibunt in adinventiónibus suis.
Si pópulus meus audísset me: * Israel si in viis meis ambulásset.
Pro níhilo fórsitan inimícos eórum humiliássem: * et super tribulántes eos misíssem manum meam.
Inimíci Dómini mentíti sunt ei: * et erit tempus eórum in sæcula.
Et cibávit eos ex ádipe fruménti, * et de petra, melle saturávit eos.

Psalmus 81.

Deus stetit in synagóga deórum: * in médio áutem deos d[...]cat.
Usquequo judicát[...] quitátem: * et peccatórum súmi[...]
Judicáte egéno [...] pillo. * húmilem e[...] perem justificáte
Erípite pauperen[...] egénum de man[...] catóris liberáte.
Nesciérunt, neque [...] lexérunt, in te[...] ámbulant: * mov[...] tur omnia funda[...] terræ.
Ego dixi: Dii e[...] et fílii Excélsi ó[...]
Vos áutem sicut [...] nes moriémini: * [...] cut unus de prínc[...] cadétis.
Surge, Deus, júdic[...] ram: * quóniam t[...] reditábis in óm[...] Géntibus.
Ant. Exultáte Deo [...] tóri nostro. Ant[...] olus.

Psalmus 82.

Deus, quis símil[...] tibi? * ne táce[...] que compescáris
Quóniam ecce i[...]

tui sonuérunt: * et qui odérunt te, extulérunt caput.
Super pópulum tuum malignavérunt consílium, * et cogitavérunt advérsus sanctos tuos.
Dixérunt: Veníte, et disperdámus eos de gente: * et non memorétur nomen Israel ultra.
Quóniam cogitavérunt unanímiter: * simul advérsum te testaméntum disposuérunt, tabernácula Idumæórum et Ismahelítæ.
Moab, et Agaréni, Gebal, et Ammon, et Amalec: * alienígenæ cum habitántibus Tyrum.
Etenim Assur venit cum illis: * facti sunt in adjutórium filiis Lot.
Fac illis sicut Mádian et Sísaræ: * sicut Jabin in torrénte Cisson.
Disperiérunt in Endor: * facti sunt ut stercus terræ.
Pone príncipes eórum sicut Oreb, et Zeb; * et Zébee, et Salmána.
Omnes príncipes eórum, * qui dixérunt: Hæreditáte possideámus sanctuárium Dei.
Deus meus pone illos ut rotam: * et sicut stípulam ante fáciem venti.
Sicut ignis, qui combúrit silvam : * et sicut flamma combúrens montes.
Ita persequéris illos in tempestáte tua, * et in ira tua turbábis eos.
Imple fácies eórum ignomínia, * et quærent nomen tuum, Dómine.
Erubéscant et conturbéntur in sæculum sæculi, * et confundántur et péreant.
Et cognóscant quia nomen tibi Dóminus: * tu solus Altíssimus in omni terra.

Psalmus 83.

Quám dilécta tabernácula tua Dñe virtútum! * concupíscit et déficit ánima mea in átria Dómini.
Cor meum et caro mea * exultavérunt in Deum vivum.

Etenim passer invénit sibi domum: * et turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.
Altária tua, Dómine, virtútum: * Rex meus et Deus meus.
Beáti, qui hábitant in domo tua, Dómine: * in sæcula sæculórum laudábunt te.
Beátus vir, cujus est auxílium abs te: * ascensiónes in corde suo dispósuit, in valle lacrymárum, in loco, quem pósuit.
Etenim benedictiónem dabit legislátor, ibunt de virtúte in virtútem: * vidébitur Deus deórum in Sion.
Dóminus Deus virtútum exáudi oratiónem meam: * áuribus pércipe, Deus Jacob.
Protéctor noster áspice Deus: * et réspice in fáciem Christi tui.
Quia mélior est dies una in átriis tuis * super míllia.
Elégi abjéctus esse in domo Dei mei: * magis

quam habitár
bernáculis pec
Quia misericó
veritátem dílig
grátiam, et gló
bit Dóminus.
Non privábit b
qui ámbulant
céntia: * Dóm
tútum, beátu
qui sperat in
Añt. Tu solus A
super ómnem
Antiph. Bene
Psalmus
Benedixísti
ram tuam
sti captivitáte
Remisísti ini
plebis tuæ: *
ómnia peccát
Mitigásti óm
tuam: * avert
indignationis
Convérte nos
táris noster: *
iram tuam a
Númquid in
irascéris nob
exténdes iram
generatióne i
tiónem?
Deus tu conv
ficábis nos:

tua lætábitur in te.
Osténde nobis Dñe misericórdiam tuam: * et salutáre tuum da nobis.
Audiam quid loquátur in me Dóminus Deus: * quóniam loquétur pacem in plebem suam.
Et super sanctos suos, * et in eos qui convertúntur ad cor.
Verúmtamen prope timéntes eum salutáre ipsìus: * ut inhábitet glória in terra nostra.
Misericórdia, et véritas obviavérunt sibi: * justítia, et pax osculátæ sunt.
Véritas de terra orta est: * et justítia de cœlo prospéxit.
Etenim Dñs dabit benignitátem:* et terra nostra dabit fructum suum.
Justítia ante eum ambulábit, * et ponet in via gressus suos.

Psalmus 85.

Inclína Domine áurem tuam, et exáudi me:* quóniam inops et páuper sum ego.
Custódi ánimam meam, quóniam sanctus sum:* salvum fac servum tuum, Deus meus, sperántem in te.
Miserére mei, Dómine, quóniam ad te clamávi tota die: * lætífica ánimam servi tui, quóniam ad te Dómine ánimam meam levávi.
Quóniám tu Dómine suávis et mitis,* et multæ misericórdiæ ómnibus invocántibus te.
Auribus pércipe Dómine oratiónem meam: * et inténde voci deprecatiónis meæ.
In die tribulationis meæ clamávi ad te: * quia exaudísti me.
Non est símilis tui in diis Dómine : * et non est secúndum ópera tua.
Omnes gentes quascúmque fecísti, vénient, et adorábunt coram te Dómine, * et glorificábunt nomen tuum.
Quóniam magnus es tu, et fáciens mirabília:* tu es Deus solus.
Deduc me, Dómine, in via tua, et ingrédiar in

verítáte tua: * lætétur cor meum ut tímeat nomen tuum.
onfitébor tibi Dómine Deus meus in toto corde meo, * et glorificabo nomen tuum in ætérnum.
Quia misericórdia tua magna est super me: * et eruísti ánimam meam ex inférno inferióri.
Deus, iníqui insurrexérunt super me, et synagóga poténtium quæsiérunt ánimam meam, * et non proposuérunt te in conspéctu suo.
Et tu Dómine Deus miserátor et mísericors, * pátiens, et multæ misericórdiæ, et verax.
Réspice in me, et miserére mei, * da impérium tuum púero tuo: et salvum fac fílium ancíllæ tuæ.
Fac mecum signum in bonum, ut vídeant qui odérunt me, et confundántur: * quóniam tu Dómine adjuvísti me, et consolátus es me.

Aña. Benedi
mine terram t
Antiph. Fur
ejus.

Psalmus
Fundaméntı
móntibus
díligit Dómin
Sion super d
bernácula Jac
Gloriósa dicta
te, * cívitas D
Memor ero I
Babylónis * s
me.
Ecce alienígei
rus, et pópuli
pum, * hi fuér
Numquid Sio
Homo, et hor
est in ea, * et
dávit eam A
Dóminus nar
scriptúris pop
et príncipum:
qui fuérunt ín
Sicut lætántiu
um * habitátio

Psalmus 8
Dómine Deu
meæ * in die
et nocte coran
Intret in cons
orátio mea: *

áurem tuam ad precem meam.
Quia repléta est malis ánima mea: * et vita mea inférno appropinquávit.
Æstimátus sum cum descendéntibus in lacum: * factus sum sicut homo sine adjutório, inter mórtuos liber.
Sicut vulneráti dormiéntes in sepulchris, quórum non es memor ámplius: * et ipsi de manu tua repúlsi sunt.
Posuérunt me in lacu inferióri: * in tenebrósis et in umbra mortis.
Super me confirmátus est furor tuus, * et omnes fluctus tuos induxísti super me.
Longe fecísti notos meos a me: * posuérunt me abominatiónem sibi.
Tráditus sum, et non egrediébar: * óculi mei languérunt præ inópia.
Clamávi ad te Dómine tota die: * expándi ad te manus meas.
Númquid mórtuis fácies mirabília? * aut médici suscitábunt et confitebúntur tibi?
Númquid narrábit áliquis in sepúlchro misericórdiam tuam, * et veritátem tuam in perditióne?
Númquid cognoscéntur in ténebris mirabília tua: * et justítia tua in terra obliviónis?
Et ego ad te, Dómine, clamávi: * et mane orátio mea prævéniet te.
Ut quid Dñe repéllis oratiónem meam, * avértis fáciem tuam a me?
Páuper sum ego, et in labóribus a juventúte mea: * exaltátus áutem, humiliátus sum et conturbátus.
In me transiérunt iræ tuæ: * et terróres tui conturbavèrunt me.
Circumdedérunt me sicut aqua tota die: * círcumdedérunt me simul.
Elongásti a me amícum, et próximum: * et notos meos a miséria.
Aña. Fundaménta ejus in móntibus sanctis.

Antiph. **Benedictus.**
Psalmus 88.

Misericórdias Dómini * in ætérnum cantábo.
In generatiónem et generatiónem * annuntiábo veritátem tuam in ore meo.
Quóniam dixísti: In ætérnum misericórdia ædificábitur in cœlis: * præparábitur véritas tua in eis.
Dispósui testaméntum eléctis meis, jurávi David servo meo: * usque in ætérnum præparábo semen tuum.
Et ædificábo in generatiónem, et generatiónem * sedem tuam.
Confitebúntur cœli mirabília tua, Dómine: * étenim veritátem tuam in ecclèsia sanctórum.
Quóniam quis in núbibus æquábitur Dómino: * símilis erit Deo in fíliis Dei?
Deus, qui glorificátur in consílio sanctórum: * magnus et terríbilis super ómnes, qui in circúitu ejus sunt.

Dñe Deus vi
quis símilis ti
tens es Dómine
tas tua in circ
Tu domináris
maris: * motu
flúctuum ejus
gas.
Tu humiliásti
nerátum, supé
bráchio virtút
spersísti inimi
Tui sunt cœl
est terra, orb
et plenitúdine
fundásti, * Aq
et mare tu cre
Thabor et He
nómine tuo
bunt: * tuum b
cum poténtia.
Firmétur man
exaltétur déxt
justítia et judíc
parátio sedis t
Misericórdia e
præcédent fá
am: * beátus
qui scit jubil
Dómine, in lúm
tus tui ambul
in nómine tu
bunt tota die: *
stítia tua exalt

Quóniam glória virtútis eórum tu es: * et in beneplácito tuo exaltábitur cornu nostrum.
Quia Dómini est assúmptio nostra: * et sancti Israel Regis nostri.
Tunc locútus es in visióne sanctis tuis, et dixísti: * Pósui adjutórium in poténte, et exaltávi eléctum de plebe mea.
Invéni David servum meum: * óleo sancto meo unxi eum.
Manus enim mea auxiliábitur ei: * et bráchium meum confortábit eum.
Nihil profíciet inimícus in eo, * et filius iniquitátis non appónet nocére ei.
Et concídam a fácie ipsíus inimícos ejus: * et odiéntes eum in fugam convértam.
Et véritas mea, et misericórdia mea cum ipso: * et in nómine meo exaltábitur cornu ejus.
Et ponam in mari manum ejus: * et in flumínibus déxteram ejus.
Ipse invocábit me: Pater meus es tu: * Deus meus, et suscéptor salútis meæ.
Et ego primogénitum ponam illum * excélsum præ régibus terræ.
In ætérnum servábo illi misericórdiam meam: * et testaméntum meum fidéle ipsi.
Et ponam in sæculum sæculi semen ejus: * et thronum ejus sicut dies cœli.
Si áutem derelíquerint fílii ejus legem meam: * et in judíciis meis non ambuláverint.
Si justítias meas profanáverint: * et mandáta mea non custodíerint.
Visitábo in virga iniquitátes eórum: * et in vérberibus peccáta eórum.
Misericórdiam áutem meam non dispérgam ab eo: * neque nocébo in veritáte mea.
Neque profanábo testaméntum meum: * et quæ procédunt de lábiis meis, non fáciam írrita.

Semel jurávi in sancto meo, si David méntiar:* semen ejus in ætérnum manebit.

Et thronus ejus sicut sol in conspéctu meo: * et sicut luna perfécta in ætérnum, et testis in cœlo fidélis.

Tu vero repulísti et despexísti:*distulísti Christum tuum.

Evertísti testaméntum servi tui: * profanásti in terra sanctuárium ejus.

Destruxísti ómnes sepes ejus: * posuísti firmaméntum ejus formídinem.

Diripuérunt eum omnes transeúntes viam:* factus est oppróbrium vicínis suis.

Exaltásti déxteram depriméntium eum:* lætificásti omnes inimícos ejus.

Avertísti adjutórium gládii ejus: * et non es auxiliátus ei in bello.

Destruxísti eum ab emundatióne: * et sedem ejus in terram collisísti.

Minorásti d...
ris ejus: *
eum confusi...

Usquequo D...
in finem: *
sicut ignis i...

Memoráre
substántia;
enim vanè
omnes filios

Quis est hom...
vet, et non vi...
tem: * érue
suam de ma...

Ubi sunt mi...
tuæ antíqua...
sicut jurásti
veritáte tua?

Memor esto D...
próbrii serv...
rum: * (quod
in sinu meo)
géntium.

Quod expro...
inimíci tui D...
exprobravér...
mutatiónem...

Benedíctus D...
ætérnum:* fi...

Psalmus

Deus ultiór...
nus:*Deus
líbere egit.

Exaltáre qu...

terram: * redde retributiónem supérbis.
Usquequo peccatóres Dómine: * úsquequo peccatóres gloriabúntur?
Effabúntur, et loquéntur iniquitátem: * loquentur omnes, qui operantur injustítiam?
Pópulum tuum Dómine humiliavérunt: * et hæreditátem tuam vexavérunt.
Víduam, et ádvenam interfecérunt: * et pupíllos occidérunt.
Et dixérunt: Non vidébit Dóminus, * nec intélliget Deus Jacob.
Intellígite insipiéntes in pópulo: * et stulti aliquándo sápite.
Qui plantávit áurem, non áudiet * aut qui finxit óculum, non consíderat?
Qui córripit gentes, non árguet? * qui docet hóminem sciéntiam?
Dóminus scit cogitatiónes hóminum * quóniam vanæ sunt.
Beátus homo, quem tu erudíeris Dómine: * et de lege tua docúeris eum.
Ut mítiges ei a diébus malis: * donec fodiátur peccatóri fóvea.
Quia non repéllet Dóminus plebem suam: * et hæreditatem suam non derelínquet.
Quoadúsque justítia convertátur in judícium: * et qui juxta illam ómnes, qui recto sunt corde.
Quis consúrget mihi advérsus malignántes? * aut quis stabit mecum advérsus operántes iniquitátem?
Nisi quia Dóminus adjúvit me: * paulo minus habitásset in inférno ánima mea.
Si dicébam: Motus est pes meus: * misericórdia tua Dómine adjuvábat me.
Secúndum multitúdinem dolórum meórum in corde meo: * consolatiónes tuæ lætificavérunt ánimam meam.
Númquid adhæret tibi sedes iniquitátis: * qui

fingis labórem in præcépto?
Captábunt in ánimam justi: * et sánguinem innocéntem condemnábunt.
Et factus est mihi Dóminus in refúgium: * et Deus meus in adjutórium spei meæ.
Et reddet illis iniquitátem ipsórum, et in malítia eórum dispérdet eos: * dispérdet illosDóminusDeus noster.
Aña. Benedíctus Dóminus in ætérnum.
Antiphona. Cantáte.

Psalmus 95.

Cantáte Dño cánticum novum : * cantáte Dómino omnis terra.
Cantáte Dómino, et benedícite nómini ejus: * annuntiáte de die in diem salutáre ejus.
Annuntiáte inter gentes glóriam ejus, * in ómnibus pópulis mirabília ejus.
Quóniam magnus Dóminus, et laudábilis nimis: * terríbilis est super omnes deos.
Quoniam omnes dii géntium dæmónia : * Dñs áutem cœlos fecit.
Conféssio et pulchritúdo in conspéctu ejus: * sanctimónia, et magnificéntia in sanctificatióne ejus.
Afférte Dómino pátriæ géntium, afférte Dómino glóriam et honórem : * afférte Dómino glóriam nómini ejus.
Tóllite hóstias, et introíte in átria ejus: * adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.
Commoveátur a fácie ejus univérsa terra: * dícite in géntibus quia Dóminus regnávit.
Etenim corréxit orbem terræ, qui non commovébitur: * judicábit pópulos in æquitáte.
Læténtur cœli,et exúltet terra , commoveátur mare et plenitúdo ejus: * gaudébunt campi , et ómnia, quæ in eis sunt.
Tunc exultábunt omnia ligna silvárum a fácie Dómini, quia venit: *

quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terræ in æquitáte, * et pópulos in veritáte sua.

Psalmus 96.

Dominus regnávit, exúltet terra: * læténtur ínsulæ multæ.

Nubes et calígo in circúitu ejus: * justítia et judícium corréctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcédet, * et inflammábit in circúitu inimícos ejus.

Illuxérunt fúlgura ejus orbi terræ: * vidit, et commóta est terra.

Montes sicut cera fluxérunt a fácie Dñi: * a fácie Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt cœli justítiam ejus: * et vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.

Confundántur omnes qui adórant sculptília: * et qui gloriántur in simulácris suis.

Adoráte eum omnes Angeli ejus: * audívit, et lætáta est Sion.

Et exultavérunt fíliæ Judæ, * propter judícia tua Dómine.

Quóniam tu Dóminus altíssimus super omnem terram: * nimis exaltátus es super omnes deos.

Qui dilígitis Dóminum, odíte malum: * custódit Dóminus ánimas sanctórum suórum, de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta est justo, * et rectis corde lætítia.

Lætámini justi in Dño: * et confitémini memóriæ sanctificatiónis ejus.

Antiph. Cantáte Dño et benedícite nómini ejus.

Per Annum ℣. Intret orátio mea in conspéctu tuo, Dómine. ℟. Inclína áurem tuam ad precem meam.

In Adventu ℣. Emítte Agnum Dómine Dominatórem terræ.

℟. De Petra desérti ad montem fíliæ Sion.

In Quadragés ℣. Scápulis suis obumbrábit tibi. ℟. Et sub pennis ejus sperábis.

Tempore Passionis ℣.

De ore leónis líbera me Dómine. ℟. Et a córnibus unicórnium humilitátem meam.
Tempore Paschali Aña. **Allelúja, allel. allel.**
℣. **Surréxit Dóminus vere, allel. ℟. Et appáruit Simóni, allel.**
Pro uno vel pluribus Martyr. tempore Pasch.
℣ **Lux perpétua lucébit sanctis tuis Dómine, alleluja. ℟. Et ætérnitas témporum, allelúja.**
Pro uno Martyre extra tempore Pasch. ℣. **Posuísti Dómine super caput ejus. ℟. Corónam de lápide pretióso.**
Pro pluribus Martyribus, ℣. **Exúltent justi in conspéctu Dei. ℟. Et delecténtur in lætítia.**
Pro Confessore Pontifice. ℣. **Elégit eum Dñs sacerdótem sibi. ℟. Ad sacrificándum ei hóstiam láudis.**
Pro Confessore non Pontifice, ℣. **Os justi meditábitur sapiéntiam, ℟. Et lingua ejus loquétur judícium.**
Pro una Sancta, ℣. **Adjuvábit eam Deus vultu suo. ℟. Deus in médio ejus non commovébitur.**

AD LAUDES.

Aña. **Spíritu principálí confírma cor meum Deus.**
Psalmus **Miserére mei Deus.** 86.
Antiph. **In veritáte.**
Psalmus. 142.

Dómine exáudi oratiónem meam, áuribus pércipe obsecratiónem meam in veritáte tua: * exáudi me in tua justítia.
Et non intres in judícium cum servo tuo, * quia non justificábitur in conspéctu tuo ómnis vivens.
Quia persecútus est inimícus ánimam meam: * humiliávit in terra vitam meam.
Collocávit me in obscúris sicut mórtuos sæculi: * et anxiátus est super me spíritus meus, in me

turbátum est cor meum.
Memor fui diérum antiquórum, meditátus sum in ómnibus opéribus tuis: * in factis mánuum tuárum meditábar.
Expándi manus meas ad te: * ánima mea sicut terra sine aqua tibi.
Velóciter exáudi me Dómine: * defécit spíritus meus.
Non avértas fáciem tuam a me: * et símilis ero descendéntibus in lacum.
Audítam fac mihi mane misericórdiam tuam: * quia in te sperávi.
Notam fac mihi viam in qua ámbulem: * quia ad te levávi ánimam meam.
Eripe me de inimícis meis Dómine, ad te confúgi: * doce me fácere voluntátem tuam, quia Deus meus es tu.
Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam: * propter nomen tuum, Dómine, vivificábis me in æquitáte tua.
Edúces de tribulatióne ánimam meam: * et in misericórdia tua dispérdes inimícos meos.
Et perdes omnes, qui tríbulant ánimam meam: * quóniam ego servus tuus sum.
Antiph. In veritáte tua exáudi me Dómine.
Aña. Illúmina Dómine vultum tuum super nos.
Ps. Deus Deus meus. 27.
Antiphona. Dómine.
Cant. Habacuc. Cap. 3.
Dómine audívi auditiónem tuam, * et tímui.
Dómine opus tuum, * in médio annórum vivífica illud.
In médio annórum notum fácies: * cum irátus fúeris, misericórdiæ recordáberis
Deus ab Austro véniet, * et sanctus de monte Pháran.
Opéruit cœlos glória ejus: * et láudis ejus plena est terra.
Splendor ejus ut lux

crit. * córnua in mánibus ejus.
bi abscóndita est fortitúdo ejus: * ante fáciem ejus ibit mors.
Et egrediétur diábolus ante pedes ejus: * Stetit, et mensus est terram.
Aspéxit, et dissólvit gentes: * et contríti sunt montes sæculi.
Incurváti sunt colles mundi, * ab itinéribus æternitátis ejus.
Pro iniquitáte vidi tentória Æthiópiæ, * turbabúntur pelles terræ Mádian.
Numquid in flumínibus irátus es Dómine? * aut in flumínibus furor tuus, vel in mari indignátio tua?
Qui ascéndes super equos tuos: * et quadrígæ tuæ salvátio.
Súscitans suscitábis arcum tuum: * juraménta tribubus quæ locútus es.
Flúvios scindes terræ: vidérunt te, et doluérunt montes: * gurges aquárum tránsiit.
Dedit abyssus vocem suam: * altitúdo manus suas levávit.
Sol et luna stetérunt in habitáculo suo, * in luce sagittárum tuárum, íbunt in splendóre fulgurántis hastæ tuæ.
In frémitu conculcábis terram: * et in furóre obstupefácies gentes.
Egréssus es in salútem pópuli tui: * in salútem cum Christo tuo.
ercussísti caput de domo ímpii: * denudásti fundaméntum ejus usque ad collum.
Maledixísti sceptris ejus, cápiti bellatórum ejus, * veniéntibus ut turbo ad dispergéndum me.
Exultátio eórum* sicut ejus, qui dévorat páuperem in abscóndito.
Viam fecísti in mari equis tuis, * in luto aquárum multárum.
Audívi, et conturbátus est venter meus: * a voce contremuérunt lábia mea.
Ingrediátur putrèdo in

óssibus meis, * et subter me scáteat.
Ut requiéscam in die tribulatiónis: * ut ascéndam ad pópulum accinctum nostrum.
Ficis enim non florébit: * et non erit germen in víneis.
Mentiétur opus olívæ: * et arva non áfferent cibum.
Abscindétur de ovíli pecus: * et non erit arméntum in præsépibus.
Ego áutem in Dómino gaudébo: * et exultábo in Deo Jesu meo.
Deus Dóminus fortitúdo mea: * et ponet pedes meos quasi cervórum.
Et super excélsa mea dedúcet me victor * in psalmis canéntem.
Aña. Dómine audívi audítum tuum, et timui.
Antiph. In tympano et choro, in chordis et órgano laudáte Deum.
Psal. Laudáte Dóminum de cœlis. 29.
Capitulum. Rom. 13. d
Nox præcéssit, dies áutem appropinquávit: abjiciámus ergo ópera tenebrárum, et induámur árma lucis: sicut in die honéste ambulémus.

Hymnus.

Ætérna cœli glória,
Beáta spes mortálium,
Summi Tonántis Unice,
Castæque proles vírginis.
Da déxteram surgéntibus,
Exúrgat et mens sóbria,
Flágrans et in láudem Dei,
Grates repéndat débitas.
Ortus refúlget lúcifer,
Præítque solem núntius:
Cadunt tenébræ nóctium:
Lux sancta nos illúminet.
Manénsque nostris sénsibus,
Noctem repéllat sæculi.
Omníque fine témporis
Purgáta servet péctora.
Quæsíta jam primum Fides
In corde radíces agat;
Secúnda Spes congáudeat,

Qua major extat cáritas.
Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Nunc et per omne sæculum. Amen.

℣. Repléti sumus mane misericórdia tua.
℟. Exultávimus, et delectáti sumus.

Ad Benedictus. Antiph.
Per víscera misericórdiæ Dei nostri visitávit nos óriens ex alto.

Preces quæ dicendæ sunt, habentur supra in Feria secunda. 90.

SABBATO

ad Matutinum

Invitatorium. Dóminum Deum nostrum, * Veníte, adorémus.

Psalm. Veníte, exultémus. 2.

Hymnus.

Summæ Parens cleméntiæ,
Mundi regis qui máchinam,
Unius et substántiæ,
Trinúsque personis Deus.

Nostros pius cum cánticis
Fletus benígne súscipe,
Ut corde puro sordium
Te perfruámur lárgius.

Lumbos, jecúrque mórbidum
Flammis adúre cóngruis,
Accíncti ut artus éxcubent,
Luxu remóto péssimo.

Quicúmque ut horas nóctium
Nunc concinéndo rúmpimus,
Ditémur omnes áffatim
Donis beátæ pátriæ.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito,
Regnans per omne sæculum, Amen.

Ant. Quia mirabília.
Reliq. Psal., Ant. All.

Psalmus 97.

Cantáte Dño cánticum novum: * quia mirabília fecit.

Salvávit sibi déxtera ejus, * et bráchium sanctum ejus.

Notum fecit Dóminus salutáre suum: * in conspéctu géntium revelávit justítiam suam.

Recordátus est misericórdiæ suæ, * et veritátis suæ dómui Israel.
Vidérunt omnes términi terræ * salutáre Dei nostri.
Jubiláte Deo omnis terra: * cantáte, et exultate, et psállite.
Psállite Dño in cíthara, in cíthara et voce psalmi: * in tubis ductílibus, et voce tubæ córneæ.
Jubiláte in conspéctu Regis Domini: * moveátur mare, et plenitúdo ejus: orbis terrárum, et qui hábitant in eo.
Flúmina pláudent manu, simul montes exultábunt a conspéctu Dómini: * quóniam venit judicáre terram.
Judicábit orbem terrárum in justítia, * et pópulos in æquitáte.

Psalmus 98.

Dóminus regnávit, irascántur pópuli: * qui sedet super Chérubim, moveátur terra.
Dóminus in Sion magnus, * et excélsus super omnes pópulos.
Confiteántur nómini tuo magno: quóniam terríbile, et sanctum est: * et honor regis judícium díligit.
Tu parásti directiónes: * judícium et justítiam in Jacob tu fecísti.
Exaltáte Dóminum Deum nostrum, et adoráte scabéllum pedum ejus: * quóniam sanctum est.
Móyses, et Aaron in sacerdótibus ejus: * et Sámuel inter eos, qui ínvocant nomen ejus.
Invocábant Dóminum, et ipse exaudiébat eos: * in colúmna nubis loquebátur ad eos.
Custodiébant testimónia ejus: * et præcéptum quod dedit illis.
Dómine Deus noster tu exaudiébas eos: * Deus tu propítius fuísti eis, et ulcíscens in ómnes adinventiónes eórum.
Exaltáte Dóminum Deum nostrum, et adoráte in monte sancto ejus: * quóniam sanctus Dóminus Deus noster.
Antiphona. Quia mi-

rabília fecit Dóminus.

Sequens Antiphona et Psalmus **Jubiláte**, hic prætermittitur, quando dicitur in Laudib. ut in Sabbatis, in quibus fit Offic. de S. Maria, et in Vigilia Nativ. Domini in Sabbato occurrente, et ejus loco dicitur Antiphona et Psalmus **Bonum est confitéri.**

Antiphona. **Jubiláte.**

Psalmus 99.

Jubiláte Deo omnis terra: * servíte Dómino in lætítia.

Introíte in conspéctu ejus: * in exultatióne.

Scitóte quóniam Dñus ipse est Deus: * ipse fecit nos, et non ipsi nos.

Pópulus ejus, et oves páscuæ ejus: * introíte portas ejus in confessióne, átria ejus in hymnis: confitémini illi.

Laudáte nomen ejus, quóniam suávis est Dóminus, in ætérnum misericórdia ejus, * et usque in generatiónem et generatiónem véritas ejus.

Vel Psalmus 91.

Bonum est confitéri Dómino: * et psállere nómini tuo, Altíssime.

Ad annuntiándum mane misericórdiam tuam: * et veritátem tuam per noctem.

In decachórdo psaltério: * cum cántico, in cíthara.

Quia delectásti me, Dómine in factúra tua: * et in opéribus mánuum tuárum exultábo.

Quam magnificáta sunt ópera tua, Dómine! * nimis profúndæ factæ sunt cogitatiónes tuæ.

Vir insípiens non cognóscet: * et stultus non intélliget hæc.

Cum exórti fúerint peccatóres sicut foenum: * et apparúerint ómnes, qui operántur iniquitátem.

Ut intéreant in sæculum sæculi: * tu áutem Altíssimus in ætérnum, Dómine.

Quóniam ecce inímici tui Dómine, quóniam ecce inimíci tui perí-

bunt: * et dispergéntur omnes, qui operantur iniquitátem.
Et exaltábitur sicut unicórnis cornu meum:* et senéctus mea in misericórdia úberi.
Et despéxit óculus meus inimícos meos: * et in insurgéntibus in me malignantibus áudiet áuris mea.
Justus ut palma florébit: * sicut cedrus Líbani multiplicábitur.
Plantáti in domo Dómini, * in átriis domus Dei nostri florébunt.
Adhuc multiplicábúntur in senécta úberi: * et bene patiéntes erunt, ut annúntient.
Quóniam rectus Dóminus Deus noster, * et non est iníquitas in eo.

Psalmus 100.

Misericórdiam et judícium * cantábo tibi, Dómine.
Psallam, et intélligam in via immaculáta, * quando vénies ad me.
Perambulábam in innocéntia cordis mei, * in médio domus meæ.
Non proponébam ante óculos meos rem injústam: * faciéntes prævaricatiónes odívi.
Non adhæsit mihi cor pravum: * declinántem a me malígnum non cognoscébam.
Detrahéntem secréto próximo suo, * hunc persequébar.
Supérbo óculo et insatiábili corde, *cum hoc non edébam.
Oculi mei ad fidéles terræ, ut sédeant mecum; * ámbulans in via immaculáta, hic mihi ministrábat.
Non habitábit in médio domus meæ qui facit supérbiam:* qui lóquitur iníqua, non diréxit in conspéctu oculórum meórum.
In matutíno interficiébam omnes peccatóres terræ: *ut dispérderem de civitáte Dñi omnes operántes iniquitátem.
Aña. Jubilate Deo omnis terra. Vel Aña. Bonum est confitéri Dño.

Antiph. Clamor meus.

Psalmus 101.

Domine exáudi oratiónem meam: * et clámor meus ad te véniat.

Non avértas fáciem tuam a me: * in quacúmque die tríbulor, inclína ad me áurem tuam.

In quacúmque die invocávero te, * velóciter exáudi me.

Quia defecérunt sicut fumus dies mei: * et ossa mea sicut crémium aruérunt.

Percússus sum ut fœnum, et áruit cor meum: * quia oblítus sum comédere panem meum.

A voce gémitus mei: * adhæsit os meum carni meæ.

Símilis factus sum pellicáno solitúdinis: * factus sum sicut nyctícorax in domicílio.

Vigilávi, * et factus sum sicut passer solitárius in tecto.

Tota die exprobrábant mihi inimíci mei: * et qui laudábant me, advérsum me jurábant.

Quia cínerem támquam panem manducábam, * et potum meum cum fletu miscébam.

A fácie iræ et indignatiónis tuæ: * quia élevans allisísti me.

Dies mei sicut umbra declinavérunt: * et ego sicut fœnum árui.

Tu áutem Dñe in ætérnum pérmanes: * et memoriále tuum in generatiónem et generatiónem.

Tu exúrgens miseréberis Sion, * quia tempus miseréndi ejus, quia venit tempus.

Quoniam placuérunt servis tuis lápides ejus: * et terræ ejus miserebúntur.

Et timébunt gentes nomen tuum Dómine, * et omnes reges terræ glóriam tuam.

Quia ædificávit Dóminus Sion, * et vidébitur in glória sua.

Respéxit in oratiónem

humílium:* et non sprevit precem eórum.
Scribántur hæc in generatióne áltera: * et pópulus, qui creábitur, laudábit Dóminum.
Quia prospéxit de excélso sancto suo: * Dóminus de cœlo in terram aspéxit.
Ut audíret gémitus compeditórum, * ut sólveret fílios interemptórum.
Ut annúntient in Sion nomen Dómini:* et láudem ejus in Jerúsalem.
In conveniéndo pópulos in unum * et reges ut sérviant Dómino.
Respóndit ei in via virtútis suæ:* Paucitátem diérum meórum núntia mihi.
Ne révoces me in dimídio diérum meórum: * in generatiónem et generatiónem anni tui.
Inítio tu Dómine terram fundásti:* et ópera mánuum tuárum sunt cœli.
Ipsi períbunt, tu áutem pérmanes: * et omnes sicut vestiméntum veteráscent.
Et sicut opertórium mutábis eos, et mutabúntur: * tu áutem idem ipse es, et anni tui non defícient.
Fílii servórum tuórum habitábunt: * et semen eórum in sæculum dirigétur.

Psalmus 102.

Bénedic ánima mea Dómino:* et ómnia, quæ intra me sunt, nómini sancto ejus.
Bénedic ánima mea Dómino: * et noli oblivísci omnes retributiónes ejus.
Qui propitiátur omnibus iniquitátibus tuis:* qui sanat omnes infirmitátes tuas.
Qui rédimit de intéritu vitam tuam: * qui corónat te in misericórdia et miseratiónibus.
Qui replet in bonis desidérium tuum: * renovábitur ut áquilæ juvéntus tua.
Fáciens misericórdias Dóminus: * et judícium

ómnibus injúriam patiéntibus.
Notas fecit vias suas Moysi, * filiis Israel voluntátes suas.
Miserátor, et miséricors Dóminus: * longánimis, et multum miséricors.
Non in perpétuum irascétur: * neque in ætérnum comminábitur.
Non secúndum peccáta nostra fecit nobis: * neque secúndum iniquitátes nostras retríbuit nobis.
Quóniam secúndum altitúdinem cœli a terra: * corroborávit misericórdiam suam super timéntes se.
Quantum distat ortus ab occidénte: * longe fecit a nobis iniquitátes nostras.
Quómodo miserétur pater filiórum, misértus est Dóminus timéntibus se: * quóniam ipse cognóvit figméntum nostrum.
Recordátus est quóniam pulvis sumus: * homo sicut fœnum dies ejus, támquam flos agri sic efflorébit.
Quóniam spíritus pertransíbit in illo, et non subsístet: * et non cognóscet ámplius locum suum.
Misericórdia áutem Dómini ab ætérno, * et usque in æternum super timéntes eum.
Et justítia illíus in filios filiórum, * his qui servant testaméntum ejus.
Et memóres sunt mandatórum ipsíus, * ad faciéndum ea.
Dóminus in cœlo parávit sedem suam: * et regnum ipsíus ómnibus dominábitur.
Benedícite Dño omnes ángeli ejus: * poténtes virtúte, faciéntes verbum illíus, ad audiéndam vocem sermónum ejus.
Benedícite Dómino omnes virtútes ejus: * minístri ejus, qui fácitis voluntátem ejus.
Benedícite Dómino omnia ópera ejus: * in

ómni loco dominatiónis ejus, bénedic ánima mea Dómino.

Antiph. Clamor meus ad te véniat, Deus.

Antiphona. Bénedic.

Psalmus 103.

Benedic ánima mea Dómino: * Dómine Deus meus magnificátus es vehementer.

Confessiónem, et decórem induísti; * amíctus lúmine sicut vestiménto.

Exténdens cœlum sicut pellem: * qui tegis aquis superióra ejus.

Qui ponis nubem ascénsum tuum: * qui ámbulas super pennas ventórum.

Qui facis ángelos tuos spíritus: * et minístros tuos ignem uréntem.

Qui fundásti terram super stabilitátem suam: * non inclinábitur in sæculum sæculi.

Abyssus, sicut vestiméntum amíctus ejus: * super montes stabunt aquæ.

Ab increpatióne tua fúgient: * a voce tonitrui tui formidábunt.

Ascéndunt montes, et descéndunt campi * in locum quem fundásti eis.

Términum posuísti, quem non transgredientur: * neque converténtur operíre terram.

Qui emíttis fontes in convállibus: * inter médium móntium pertransíbunt aquæ.

Potábunt omnes béstiæ agri: * expectábunt ónagri in siti sua.

Super ea vólucres cœli habitábunt: * de médio petrárum dabunt voces.

Rigans montes de superióribus suis: * de fructu óperum tuórum satiábitur terra.

Prodúcens fœnum juméntis, * et herbam servitúti hóminum.

Ut edúcas panem de terra: * et vinum lætíficet cor hóminis.

Ut exhílaret fáciem in óleo: * et panis cor hóminis confírmet.

Saturabúntur ligna campi, et cedri Líbani, quas plantávit : * illic pásseres nidificábunt.
Heródii domus dux est eórum: * montes excélsi cervis: petra refúgium herináciis.
Fecit lunam in témpora: * sol cognóvit occásum suum.
Posuísti ténebras, et facta est nox: * in ipsa pertransíbunt omnes béstiæ silvæ.
Cátuli leónum rugiéntes, ut rápiant, * et quærant a Deo escam sibi.
Ortus est sol, et congregáti sunt: * et in cubílibus suis collocabúntur.
Exíbit homo ad opus suum: * et ad operatiónem suam usque ad vésperum.
Quam magnificáta sunt ópera tua Dómine! * omnia in sapiéntia fecísti: impléta est terra possessióne tua.
Hoc mare magnum, et spatiósum mánibus: * illic reptília, quórum non est númerus.
Animália pusílla cum magnis : * illic naves pertransíbunt.
Draco iste, quem formásti ad illudéndum ei: * omnia a te expéctant, ut des illis escam in témpore.
Dante te illis, cólligent: * aperiénte te manum tuam, omnia implebúntur bonitáte.
Averténte áutem te fáciem, turbabúntur: * áuferes spíritum eórum, et defícient, et in púlverem suum reverténtur.
Emíttes spíritum tuum et creabúntur: * et renovábis fáciem terræ.
Sit glória Dómini in sæculum : * lætábitur Dóminus in opéribus suis.
Qui réspicit terram, et facit eam trémere: * qui tangit montes, et fúmigant.
Cantábo Dómino in vita mea: * psallam Deo meo quámdiu sum.
Jucúndum sit ei elóquium meum: * ego vero

delectábor in Dómino.
Deficiant peccatóres a terra, et iníqui ita ut non sint: * bénedic ánima mea Dómino.

Psalmus 104.

Confitémini Dño, et invocáte nomen ejus: * annuntiáte inter gentes ópera ejus.
Cantáte ei, et psállite ei: * narráte omnia mirabília ejus.
Laudámini in nómine sancto ejus: * lætétur cor quæréntium Dóminum.
Quærite Dóminum, et confirmámini: * quærite fáciem ejus semper.
Mementóte mirabílium ejus, quæ fecit: * prodígia ejus, et judícia oris ejus.
Semen Abraham, servi ejus: * filii Jacob elécti ejus.
Ipse Dóminus Deus noster: * in univérsa terra judícia ejus.
Memor fuit in sæculum testaménti sui: * verbi, quod mandávit in mille generatiónes.
Quod dispósuit ad Abraham: * et juraménti sui ad Isaac.
Et statuit illud Jacob in præcéptum: * et Israel in testaméntum ætérnum.
Dicens: Tibi dabo terram Chánaan, * funículum hæreditátis vestræ.
Cum essent número brevi, * paucíssimi et íncolæ ejus.
Et pertransiérunt de gente in gentem, * et de regno ad pópulum álterum.
Non relíquit hóminem nocére eis: * et corrípuit pro eis reges.
Nolíte tángere christos meos: * et in prophétis meis nolíte malignári.
Et vocávit famem super terram: * et omne firmaméntum panís contrívit.
Misit ante eos virum: * in servum venúmdatus est Ioseph.
Humiliavérunt in compédibus pedes ejus, ferrum pertránsiit áni-

mam ejus, * donec veníret verbum ejus.

Elóquium Dómini inflammávit eum: * misit rex, et solvit eum princeps populórum, et dimísit eum.

Constítuit eum dóminum domus suæ: * et príncipem omnis possessiónis suæ.

Ut erudíret príncipes ejus sicut semetípsum: * et senes ejus prudéntiam docéret.

Et intrávit Israel in Ægyptum: * et Jacob áccola fuit in terra Cham.

Et áuxit pópulum suum veheménter: * et firmávit eum super inimícos ejus.

Convértit cor eórum ut odírent pópulum ejus: * et dolum fácerent in servos ejus.

Misit Moysen servum suum: * Aaron quem elégit ipsum.

Pósuit in eis verba signórum suórum, * et prodigiórum in terra Cham.

Misit ténebras, et obscurávit: * et non exacerbávit sermónes suos.

Convértit aquas eórum in sánguinem: * et occídit pisces eórum.

Edidit terra eórum ranas * in penetrálibus regum ipsórum.

Dixit, et venit cœnomyia: * et cínifes in ómnibus fínibus eórum.

Pósuit plúvias eórum grándinem: * ignem comburéntem in terra ipsórum.

Et percússit víneas eórum, et ficúlneas eórum: * et contrívit lignum fínium eórum.

Dixit, et venit locústa, et bruchus, * cujus non erat númerus.

Et comédit omne fœnum in terra eórum: * et comédit omnem fructum terræ eórum.

Et percússit omne primogénitum in terra eórum: * primítias omnis labóris eórum.

Et edúxit eos cum argénto et áuro: * et non erat in tríbubus eórum infírmus.

Lætáta est Ægyptus in profectióne eórum : * quia incúbuit timor eórum super eos.

Expándit nubem in protectiónem eorum, * et ignem, ut lucéret eis per noctem.

Petiérunt, et venit cotúrnix: * et pane cœli saturávit eos.

Dirúpit petram, et fluxérunt aquæ: * abiérunt in sicco flúmina.

Quóniam memor fuit verbi sancti sui, * quod habuit ad Abraham púerum suum.

Et edúxit pópulum suum in exultatióne, * et eléctos suos in lætítia.

Et dedit illis regiónes géntium: * et labóres populórum possedérunt :

Ut custódiant justificatiónes ejus, * et legem ejus requírant.

Antiph. Bénedic ánima mea Dómino.

Antiph. Vísita nos.

Psalmus 105.

Confitémini Dómino quóniam bonus : * quóniam in sæculum misericórdia ejus.

Quis loquétur poténtias Dómini: * audítas fáciet omnes láudes ejus ?

Beáti, qui custódiunt judícium, * et fáciunt justítiam in omni témpore.

Meménto nostri, Dñe, in beneplácito pópuli tui: * vísita nos in salutári tuo.

Ad vidéndum in bonitáte electórum tuórum, ad lætándum in lætítia gentis tuæ: * ut laudéris cum hæreditáte tua.

Peccávimus cum pátribus nostris: * injúste égimus, iniquitátem fécimus.

Patres nostri in Ægypto non intellexérunt mirabília tua: * non fuérunt mémores multitúdinis misericórdiæ tuæ.

Et irritavérunt ascendéntes in mare, * mare Rubrum.

Et salvávit eos propter nomen suum : * ut notam fáceret poténtiam suam.

Et increpuit mare Rubrum, et exsiccátum

est: * et dedúxit eos in abyssis sicut in desérto.

Et salvávit eos de manu odiéntium: * et redémit eos de manu inimíci.

Et opéruit aqua tribulántes eos: * unus ex eis non remánsit.

Et credidérunt verbis ejus: * et laudavérunt láudem ejus.

Cito fecérunt, oblíti sunt óperum ejus: * et non sustinuérunt consílium ejus.

Et concupiérunt concupiscéntiam in desérto, * et tentavérunt Deum in inaquóso.

Et dedit eis petitiónem ipsórum: * et misit saturitátem in ánimas eórum.

Et irritavérunt Móysen in castris: * Aaron Sanctum Dómini.

Apérta est terra, et deglutívit Dathan: * et opéruit super congregatiónem Abíron.

Et exársit ignis in synagóga eórum: * flamma combússit peccatóres.

Et fecérunt vítulum in Horeb: * et adoravérunt scúlptile.

Et mutavérunt glóriam suam * in similitúdinem vítuli comedéntis fœnum.

Oblíti sunt Deum, qui salvávit eos, * qui fecit magnália in Ægypto, mirabília in terra Cham: terribília in mari Rubro.

Et dixit ut dispérderet eos, * si non Móyses eléctus ejus stetisset in confractióne in conspéctu ejus.

Ut avérteret iram ejus, ne dispérderet eos: * et pro níhilo habuérunt terram desiderábilem.

Non credidérunt verbo ejus, et murmuravérunt in tabernáculis suis: * non exaudiérunt vocem Dómini.

Et elevávit manum suam super eos: * ut prostérneret eos in desérto.

Et ut dejíceret semen eórum in natiónibus: * et dispérgeret eos in regiónibus.

Et initiáti sunt Beélphegor:* et comedérunt sacrificia mortuórum.
Et irritavérunt eum in adinventiónibus suis: * et multiplicáta est in eis ruina.
Et stétit Phínees, et placávit * et cessávit quassátio.
Et reputátum est ei in justítiam, * in generatiónem et generatiónem usque in sempitérnum.
Et irritavérunt eum ad aquas contradictiónis:* et vexátus est Móyses propter eos: quia exacerbavérunt spíritum ejus.
Et distínxit in lábiis suis: * non disperdidérunt gentes, quas dixit Dóminus illis.
Et commíxti sunt inter gentes, et didicérunt ópera eórum: et serviérunt sculptílibus eórum: * et factum est illis in scándalum.
Et immolavérunt filios suos, * et filias suas dæmóniis.
Et effudérunt sánguinem innocéntem: * sánguinem filiórum suórum, et filiárum suárum, quas sacrificavérunt sculptílibus Chánaan.
Et inфécta est terra in sanguínibus, et contamináta est in opéribus eórum: * et fornicáti sunt in adinventiónibus suis.
Et irátus est furóre Dóminus in pópulum suum:* et abominátus est hæreditátem suam.
Et trádidit eos in manus géntium, * et domináti sunt eórum qui odérunt eos.
Et tribulavérunt eos inimíci eórum, et humiliáti sunt sub mánibus eórum: * sæpe liberávit eos.
Ipsi áutem exacerbavérunt eum in consílio suo: * et humiliáti sunt in iniquitátibus suis.
Et vidit cum tribularéntur: * et audivit oratiónem eórum.
Et memor fuit testa-

ménti sui: * et pœnítuit eum secúndum multitùdinem misericórdiæ suæ.
Et dedit eos in misericórdias * in conspéctu omnium, qui céperant eos.
Salvos nos fac Dómine Deus noster: * et cóngrega nos de natiónibus.
Et confiteámur nómini sancto tuo: * et gloriémur in láude tua.
Benedíctus Dñs Deus Israel a sæculo et usque in sæculum:*et dicet omnis pópulus: Fiat, fiat.

Psalmus 106.

Confitémini Dómino quóniam bonus: * quóniam in sæculum misericórdia ejus.
Dicant qui redémpti sunt a Dómino, quos redémit de manu inímici: * et de regiónibus congregávit eos.
A solis ortu, et occásu:* ab Aquilóne, et mari.
Erravérunt in solitúdine in inaquóso: * viam civitátis habitáculi non invenérunt.
Esuriéntes, et sitiéntes * ánima eórum in ipsis defécit.
Et clamavérunt ad Dóminum cum tribularéntur, * et de necessitátibus eórum erípuit eos.
Et dedúxit eos in viam rectam: * ut irent in civitátem habitatiónis.
Confiteántur Dómino misericórdiæ ejus: * et mirabília ejus fíliis hóminum
Quia satiávit ánimam inánem: * et ánimam esuriéntem satiávit bonis.
Sedéntes in ténebris et umbra mortis:* vinctos in mendicitáte et ferro.
Quia exacerbavérunt elóquia Dei: * et consílium Altíssimi irritavérunt.
Et humiliátum est in labóribus cor eórum: * infirmáti sunt, nec fuit qui adjuváret.
Et clamavérunt ad Dóminum cum tribularéntur: * et de necessitátibus eórum liberávit eos.

Et edúxit eos de ténebris et umbra mortis: * et víncula eórum disrúpit.
Confiteántur Dño misericórdiæ ejus: * et mirabília ejus fíliis hóminum.
Quia contrívit portas æreas : * et vectes férreos confrégit.
Suscépit eos de via iniquitátis eórum : * propter injustítias enim suas humiliáti sunt.
Omnem escam abominánta est ánima eórum: * et appropinquavérunt usque ad portas mortis.
Et clamavérunt ad Dóminum cum tribularéntur: * et de necessitátibus eórum liberávit eos.
Misit verbum suum, et sanávit eos: * et erípuit eos de interitiónibus eorum.
Confiteántur Dómino misericórdiæ ejus: * et mirabília ejus fíliis hóminum.
Et sacríficent sacrifícium láudis : * et annúntient ópera ejus in exultatióne.
Qui descéndunt mare in návibus, * faciéntes operatiónem in aquis multis.
Ipsi vidérunt ópera Dómini , * et mirabília ejus in profúndo.
Dixit, et stetit spíritus procéllæ : * et exaltáti sunt fluctus ejus.
Ascéndunt usque ad cœlos, et descéndunt usque ad abyssos : * ánima eórum in malis tabescébat.
Turbáti sunt et moti sunt sicut ébrius : * et omnis sapiéntia eórum devoráta est.
Et clamavérunt ad Dóminum cum tribularéntur: * et de necessitátibus eórum edúxit eos.
Et státuit procéllam ejus in áuram : * et siluérunt fluctus ejus.
Et lætáti sunt quia siluérunt: * et dedúxit eos in portum voluntátis eórum.
Confiteántur Dómino misericórdiæ ejus: * et mirabília ejus fíliis hóminum.

Et exáltent eum in ecclésia plebis: * et in cáthedra seniórum láudent eum.
Pósuit flúmina in desértum,*et éxitus aquárum in sitim.
Terram fructíferam in salsúginem, * a malítia inhabitántium in ea.
Pósuit desértum in stagna aquárum: * et terram sine aqua in éxitus aquárum.
Et collocávit illic esuriéntes: * et constituérunt civitátem habitatiónis.
Et seminavérunt agros, et plantavérunt víneas:* et fecérunt fructum nativitátis.
Et benedíxit eis, et multiplicáti sunt nimis: * et juménta eórum non minorávit.
Et páuci facti sunt: * et vexáti sunt a tribulatióne malórum, et dolóre.
Effúsa est contémptio super príncipes:* et erráre fecit eos in ínvio, et non in via.
Et adjúvit páuperem de inópia: * et pósuit sicut oves famílias.
Vidébunt recti, et lætabúntur : * et omnis iníquitas oppilábit os suum.
Quis sápiens, et custódiet hæc, * et intélliget misericórdias Dómini?
Aña. Visita nos Dómine in salutári tuo.
Aña. Confitébor Dño.

Psalmus 107.

Parátum cor meum Deus, parátum cor meum : * cantábo et psallam in glória mea.
Exúrge glória mea, exúrge psaltérium, et cíthara: * exúrgam dilúculo.
Confitébor tibi in pópulis Dómine:* et psallam tibi in natiónibus.
Quia magna est super cœlos misericórdia tua: * et usque ad nubes véritas tua.
Exaltáre super cœlos, Deus, et super omnem terram glória tua: * ut liberéntur dilécti tui.
Salvum fac déxtera tua,

et exáudi me: * Deus locútus est in sancto suo.

Exultábo, et dívidam Síchimam; * et convállem tabernaculórum dimétiar.

Meus est Gálaad, et meus est Manásses: * et Ephraim suscéptio cápitis mei.

Juda rex meus: * Moab lebes spei meæ.

In Idumæam exténdam calceaméntum meum: * mihi alienígenæ amíci facti sunt.

Quis dedúcet me in civitátem munítam? * quis dedúcet me usque in Idumæam?

Nonne tu, Deus, qui repulísti nos, * et non exíbis Deus in virtútibus nostris?

Da nobis auxilium de tribulatióne: * quia vana salus hóminis.

In Deo faciémus virtútem: * et ipse ad níhilum dedúcet inimícos nostros.

Psalmus 108.

Deus láudem meam ne tacúeris: * quia os peccatóris, et os dolósi super me apértum est.

Locúti sunt advérsum me lingua dolósa, et sermónibus ódii circumdedérunt me: * et expugnavérunt me gratis.

Pro eo ut me dilígerent, detrahébant mihi: * ego áutem orábam.

Et posuérunt advérsum me mala pro bonis: * et ódium pro dilectióne mea.

Constítue super eum peccatórem: * et diábolus stet a dextris ejus.

Cum judicátur, éxeat condemnátus: * et orátio ejus fiat in peccátum.

Fiant dies ejus páuci, * et episcopátum ejus accípiat alter.

Fiant fílii ejus órphani, * et uxor ejus vídua.

Nutántes transferántur fílii, ejus et mendícent: * et ejiciántur de habitatiónibus suis.

Scrutétur fœnerátor o-

mnem substántiam ejus: * et dirípiant alièni labóres ejus.
Non sit illi adjútor: * nec sit qui misereátur pupíllis ejus.
Fiant nati ejus in intéritum: * in generatióne una deleátur nomen ejus.
In memóriam rédeat iníquitas patrum ejus in conspéctu Dómini: * et peccátum matris ejus non deleátur.
Fiant contra Dóminum semper, et dispéreat de terra memória eórum : * pro eo quod non est recordátus fácere misericórdiam.
Et persecútus est hóminem ínopem, et mendícum, * et compúnctum corde mortificáre.
Et diléxit maledictiónem, et véniet ei: * et nóluit benedictiónem, et elongábitur ab eo.
Et índuit maledictiónem sicut vestiméntum, * et intràvit sicut aqua in interióra ejus, et sicut óleum in óssibus ejus.
Fiat ei sicut vestiméntum, quo operítur: * et sicut zona, qua semper præcíngitur.
Hoc opus eórum, qui détrahunt mihi apud Dóminum: * et qui loquúntur mala advérsus ánimam meam.
Et tu Dómine, Dómine, fac mecum propter nomen tuum: * quia suávis est misericórdia tua.
Líbera me, quia egénus et páuper ego sum: * et cor meum conturbátum est intra me.
Sicut umbra cum declínat, ablátus sum: * et excússus sum sicut locústæ.
Génua mea infirmáta sunt a jejúnio: * et caro mea immutáta est propter óleum.
Et ego factus sum oppróbrium illis: * vidérunt me, et movérunt cápita sua.
Adjuva me Dómine Deus meus: * salvum me fac secúndum misericórdiam tuam.

Et sciant quia manus tua hæc: * et tu Dómine fecísti eam.

Maledícent illi, et tu benedíces: * qui insúrgunt in me, confundántur: servus áutem tuus lætábitur.

Induántur, qui détrahunt mihi, pudóre: * et operiántur sicut diplóide confusióne sua.

Confitébor Dómino nimis in ore meo: * et in médio multórum laudábo eum.

Quia ástitit a dextris páuperis, * ut salvam fáceret a persequéntibus ánimam meam.

Antiph. Confitébor Dómino nimis in ore meo.

Per Annum. ℣. Dómine exáudi oratiónem meam. ℟. Et clamor meus ad te véniat.

In Adventu. ℣. Egrediétur Dóminus de loco sancto suo.

℟. Véniet ut salvet pópulum suum.

In Quadragesima, ℣. Scuto circúmdabit te véritas ejus. ℟. Non timébis a timóre noctúrno.

Tempore Passionis. ℣. Ne perdas cum ímpiis Deus ánimam meam. ℟. Et cum viris sánguinum vitam meam.

Tempore Pasch. Aña. Allelúja, allel. allel.

Pro beata Maria, ℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. ℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

AD LAUDES

Antiph. Bénigne fac in bona voluntáte tua Dómine.

Psal. Miserére mei 86.

Antiph. Bonum est.

Psalmus 91.

Bonum est confitéri Dómino: * et psállere nómini tuo Altíssime.

Ad annuntiándum mane misericórdiam tuam: * et veritátem tuam per noctem.

In decachórdo psaltério: * cum cántico in cíthara.

Quia delectásti me Dómine in factúra tua: *

et in opéribus mánuum tuárum exultábo.
Quam magnificáta sunt ópera tua Dómine!* nimis profúndæ factæ sunt cogitatiónes tuæ.
Vir insípiens non cognóscet: * et stultus non intélliget hæc.
Cum exórti fúerint peccatóres sicut fœnum: * et apparúerint omnes qui operántur iniquitátem.
Ut intéreant in sæculum sæculi: * tu áutem Altíssimus in ætérnum, Dómine.
Quóniam ecce inimíci tui, Dómine, quóniam ecce inimíci tui períbunt: * et dispergéntur omnes, qui operántur iniquitátem.
Et exaltábitur sicut unicórnis cornu meum:* et senéctus mea in misericórdia úberi.
Et despéxit óculus meus inimícos meos: * et in insurgéntibus in me malignántibus áudiet áuris mea.
Justus ut palma florébit : * sicut cedrus Líbani multiplicábitur.
Plantáti in domo Dómini, * in átriis domus Dei nostri florébunt.
Adhuc multiplicabúntur in senécta úberi : * et bene patiéntes erunt, ut annúntient:
Quóniam rectus Dóminus Deus noster : * et non est iníquitas in eo.
Antiphona. Bonum est confitéri Dómino.
Aña. Métuant Dóminum omnes fines terræ.
Psalm. Deus Deus meus, ad te de luce vígilo. 27
Aña. Date magnitúdinem.
Cant. Moysi. Deut. 32.
Audíte cœli quæ loquor, * áudiat terra verba oris mei.
Concréscat ut pluvia doctrína mea, * flúat ut ros elóquium meum.
Quasi imber super herbam, et quasi stillæ super grámina: * Quia nomen Dómini invocábo.
Date magnificéntiam Deo nostro : * Dei perfécta sunt ópera, et o-

mnes viæ ejus judícia. Deus fidélis, et absque ulla iniquitáte, justus et rectus.* Peccavérunt ei, et non filii ejus in sórdibus.

Generátio prava atque pervérsa. * Hæccine reddis Dómino, pópule stulte et insípiens?

Númquid non ipse est pater tuus, * qui possédit te, et fecit, et creávit te?

Meménto diérum antiquórum, * cógita generatiónes síngulas.

Intérroga patrem tuum et annuntiábit tibi: * majóres tuos, et dicent tibi.

Quando dividébat Altíssimus gentes: * quando separábit fílios Adam.

Constítuit términos populórum * juxta númerum filiórum Israel.

Pars áutem Dñi, pópulus ejus: * Jacob funículus hæreditátis ejus.

Invénit eum in terra desérta, * in loco horróris, et vastæ solitúdinis.

Circumdúxit eum, et dócuit: * et custodívit quasi pupíllam óculi sui.

Sicut áquila próvocans ad volándum pullos suos, * et super eos vólitans,

Expándit alas suas, et assúmpsit eum, * atque portávit in húmeris suis.

Dóminus solus dux ejus fuit: * et non erat cum eo Deus aliénus.

Constítuit eum super excélsam terram: * ut coméderet fructus agrórum.

Ut súgeret mel de petra, * oleúmque de saxo duríssimo.

Butyrum de arménto, et lac de óvibus * cum ádipe agnórum, et aríetum filiórum Basan.

Et hircos cum medúlla trítici, * et sánguinem uvæ bíberet meracíssimum.

Incrassátus est diléctus, et recalcitrávit: * incrassátus, impinguátus, dilatátus.

Derelìquit Deum factórem suum, * et recéssit a Deo salutári suo.

Provocavérunt eum in diis aliénis, * et in abominatiónibus ad iracúndiam concitavérunt.

Immolavérunt dæmóniis et non Deo, * diis, quos ignorábant.

Novi recentésque venérunt, * quos non coluérunt patres eórum.

Deum, qui te génuit, dereliquísti; * et oblítus es Dómini creatóris tui.

Vidit Dóminus, et ad iracúndiam concitátus est: * quia provocavérunt eum fílii sui et fíliæ.

Et ait: Abscóndam fáciem meam ab eis, * et considerábo novíssima eórum.

Generátio enim pervérsa est, * et infidéles filii.

Ipsi me provocavérunt in eo, qui non erat Deus, * et irritavérunt in vanitátibus suis.

Et ego provocábo eos in eo, qui non est pópulus, * et in gente stulta irritábo illos.

Ignis succénsus est in furóre meo, * et ardébit usque ad inférni novíssima.

Devorabítque terram cum gérmine suo, * et móntium fundaménta combúret.

Congregábo super eos mala, * et sagíttas meas complébo in eis.

Consuméntur fame, * et devorábunt eos aves morsu amaríssimo.

Dentes bestiárum immíttam in eos, * cum furóre trahéntium super terram, atque serpéntium.

Foris vastábit eos gládius, et intus pavor, * júvenem simul ac vírginem, lacténtem cum hómine sene.

Dixi: Ubinam sunt? * cessáre fáciam ex homínibus memóriam eórum.

Sed propter iram inimicórum dístuli: * ne forte superbírent hostes eórum.

Et dícerent: Manus no-

stra excélsa, et non Dñs * fecit hæc omnia.
Gens absque consílio est, et sine prudéntia.*
Utinam sáperent, et intellígerent, ac novíssima providérent!
Quòmodo persequátur unus mille,* et duo fugent decem míllia?
Nonne ídeo quia Deus suus véndidit eos, * et Dñs conclúsit illos?
Non enim est Deus noster ut dii eórum: * et inimíci nostri sunt júdices.
De vínea Sodomórum, vínea eórum, * et de suburbánis Gomórrhæ.
Uva eórum uva fellis,* et botri amaríssimi.
Fel dracónum vinum eórum, * et venénum áspidum insanábile.
Nonne hæc cóndita sunt apud me, * et signáta in thesáuris meis?
Mea est últio, et ego retríbuam in témpore,* ut labátur pes eórum.
Juxta est dies perditiónis * et adésse festínant témpora.
Judicábit Dóminus pópulum suum, * et in servis suis miserébitur.
Vidébit quod infirmáta sit manus, * et cláusi quoque defecérunt, resíduíque consúmpti sunt.
Et dicet: Ubi sunt dii eórum, * in quibus habébant fidúciam?
De quorum víctimis comedébant ádipes, * et bibébant vinum libáminum.
Surgant, et opitulén tur vobis,* et in necessitáte vos prótegant.
Vidéte quod ego sim solus, * et non sit álius Deus præter me.
Ego occídam, et ego vívere fáciam: percútiam, et ego sanábo, * et non est qui de manu mea possit erúere.
Levábo ad cœlum manum meam, et dicam;* Vivo ego in ætérnum.
Si acúero ut fulgur glá dium meum, * et arripúerit judícium manus mea.
Reddam ultiónem hóstibus meis,* et his, qui

odérunt me, retríbuam. Inebriábo sagíttas meas sánguine, * et gládius meus devorábit carnes. De cruóre occisórum, * et de captivitáte nudáti inimicórum cápitis. Laudáte gentes pópulum ejus, * quia sánguinem servórum suórum ulciscétur.

Et vindíctam retríbuet in hostes eórum, * et propítius erit terræ pópuli sui.

Antiph. Date magnitúdinem Deo nostro.

Antiphona. In cymbalis bene sonántibus laudáte Deum.

Psalmus. Laudáte Dóminum de cœlis. 29.

Capitulum. Rom. 13 d

Nox præcéssit, dies áutem appropinquávit: abjiciámus ergo ópera tenebrárum, et induámur arma lucis: sicut in die honéste ambulémus.

Hymnus.

Auróra jam spargit polum,
Terris dies illábitur,
Lucis resúltat spículum,
Discédat omne lúbricum.
Phantásma noctis éxulet:
Mentis reátus córruat:
Quidquid ténebris hórridum
Nox àttulit culpae, cadat:
Ut mane quod nos últimum
Hic deprecámur cérnui;
Cum luce nobis éffluat,
Hoc dum canóre cóncrepat.
Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Filio,
Cum Spíritu Paráclito,
Nunc et per omne sæculum, Amen.

℣. Repléti sumus mane misericórdia tua.
℟. Exultávimus et delectáti sumus.

Ad Benedictus, Aña. Illumináre Dómine his, qui in ténebris sedent: et dírige pedes nostros in viam pacis, Deus Israel.

Preces quando dicendæ sunt, habentur supra in Feria secunda. 51.

DOMINICA
ad Vesperas.

Pater noster. Ave María.

℣. Deus in adjutórium. 26.

Aña. Dixit Dóminus.

Tempore Pasch. Aña. Allelúja. Sub qua sola Aña. dicuntur omnes Psal. Vesp. tam in Dominicis, quam in Feriis.

Psalmus 109.

Dixit Dóminus Dómino meo: * Sede a dextris meis:

Donec ponam inimícos tuos, * scabéllum pedum tuórum.

Virgam virtútis tuæ emíttet Dñs ex Sion: * dominàre in médio inimicórum tuórum.

Tecum princípium in die virtútis tuæ in splendóribus sanctórum: * ex útero ante lucíferum gènui te.

Jurávit Dóminus, et non pœnitébit eum: * Tu es sacérdos in ætérnum secúndum órdinem Melchísedech.

Dóminus a dextris tuis, * confrégit in die iræ suæ reges.

Judicábit in natiónibus, implébit ruínas: * conquassábit cápita in terra multórum.

De torrénte in via bibet: * proptérea exaltàbit caput.

Antiphona. Dixit Dóminus Dómino meo: Sede a dextris meis.

Antiphona. Fidélia.

Psalmus 110.

Confitébor tibi Dómine in toto corde meo: * in consílio justórum, et congregatióne.

Magna ópera Dómini: * exquisíta in omnes voluntátes ejus.

Conféssio et magnificéntia opus ejus: * et justítia ejus manet in sæculum sæculi.

Memóriam fecit mirabílium suórum, miséricors et miserátor Dóminus: * escam dedit timéntibus se.

Memor erit in sæculum testaménti sui: * virtútem óperum suórum annuntiábit pópulo suo:

Ut det illis hæreditátem géntium: * ópera manuum ejus véritas, et judícium.
Fidélia ómnia mandáta ejus: confirmáta in sæculum sæculi, * facta in veritáte et æquitáte.
Redemptiónem misit pópulo suo: * mandávit in ætérnum testaméntum suum.
Sanctum, et terríbile nomen ejus: * inítium sapiéntiæ timor Dñi.
Intelléctus bonus omnibus faciéntibus eum: * laudátio ejus manet in sæculum sæculi.
Aña. Fidélia ómnia mandáta ejus, confirmáta in sæculum sæculi.
Antiph. In mandátis.

Psalmus 111.

Beátus vir, qui timet Dóminum: * in mandátis ejus volet nimis.
Potens in terra erit semen ejus: * generátio rectórum benedicétur.
Glória, et divítiæ in domo ejus, * et justítia ejus manet in sæculum sæculi.
Exórtum est in ténebris lumen rectis: * miséricors, et miserátor, et justus.
Jucúndus homo, qui miserétur et cómmodat, dispónet sermónes suos in judício: * quia in ætérnum non commovébitur.
In memória ætérna erit justus: * ab auditióne mala non timébit.
Parátum cor ejus speráre in Dño, confirmátum est cor ejus: * non commovébitur donec despíciat inimícos suos.
Dispérsit, dedit paupéribus: justítia ejus manet in sæculum sæculi, * cornu ejus exaltábitur in glória.
Peccátor vidébit, et irascétur, déntibus suis fremet et tabéscet: * desidérium peccatórum períbit.
Aña. In mandátis ejus cupit nimis. Aña. Sit nomen Dómini.

Psalmus 112.

Laudáte púeri Dñm*: laudáte nomen Dñi.

Sit nomen Dñi benedíctum, * ex hoc nunc et usque in sæculum.
A solis ortu usque ad occásum, * laudábile nomen Dómini.
Excélsus super omnes gentes Dóminus, * et super cœlos glória ejus.
Quis sicut Dñs Deus noster, qui in altis hábitat, * et humília réspicit in cœlo et in terra?
Súscitans a terra ínopem, * et de stércore érigens páuperem.
Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli sui.
Qui habitáre facit stérilem in domo, * matrem filiórum lætántem.
Aña. Sit nomen Dñi benedíctum in sæcula.
Aña. Nos qui vívimus.

Psalmus 113.

In éxitu Israel de Ægypto, * domus Jacob de pópulo bárbaro.
Facta est Judæa sanctificátio ejus, * Israel potéstas ejus.
Mare vidit, et fugit: * Jordánis convérsus est retrórsum.
Montes exultavérunt ut aríetes: * et colles sicut agni óvium.
Quid est tibi mare, quod fugísti: * et tu Jordánis, quia convérsus es retrórsum?
Montes exultástis sicut aríetes, * et colles sicut agni óvium.
A fácie Dñi mota est terra, * a fácie Dei Jacob.
Qui convértit petram in stagna aquárum, * et rupem in fontes aquárum.
Non nobis Dómine, non nobis: * sed nómini tuo da glóriam.
Super misericórdia tua, et veritáte tua: * ne quando dicant gentes: Ubi est Deus eórum?
Deus áutem noster in cœlo: * omnia quæcùmque vóluit, fecit.
Simulácra géntium argéntum et áurum, * ópera mánuum hóminum.
Os habent, et non loquéntur: * óculos habent, et non vidébunt.
Aures habent, et non

áudient: * nares habent, et non odorábunt.
Manus habent, et non palpábunt: pedes habent, et non ambulábunt: * non clamábunt in gùtture suo.
Símiles illis fiant qui fáciunt ea: * et omnes qui confídunt in eis.
Domus Israel sperávit in Dño: * adjútor eórum et protéctor eórum est.
Domus Aaron sperávit in Dño: * adjútor eorum et protéctor eórum est.
Qui timent Dóminum, speravérunt in Dómino: * adjútor eórum et protéctor eórum est.
Dóminus memor fuit nostri: * et benedíxit nobis.
Benedíxit dómui Israel: * benedíxit dómui Aaron.
Benedíxit ómnibus qui timent Dóminum, * pusíllis cum majóribus.
Adjíciat Dóminus super vos: * super vos et super fílios vestros.
Benedícti vos a Dómino: * qui fecit cœlum, et terram.
Cœlum cœli Dómino: * terram áutem dedit fíliis hóminum.
Non mórtui laudábunt te, Dómine: * neque omnes, qui descéndunt in inférnum.
Sed nos qui vívimus, benedícimus Dómino, * ex hoc nunc et usque in sæculum.
Aña. Nos qui vívimus, benedícimus Dómino.
Tempore Paschali, Antiphona. Allelúja, allelúja, allelúja.
Capitulum. 2. Cor. 1.
Benedíctus Deus et Pater Dómini nostri Jesu Christi, Pater misericordiárum, et Deus totíus consolatiónis, qui consolátur nos in omni tribulatióne nostra. ℟. Deo grátias.
Hymnus.
Lucis Creátor óptime,
Lucem diérum próferens,
Primórdiis lucis novæ,
Mundi paráns óriginem.

Qui mane junctum vésperi
Diem vocári præcipis:
Illábitur tetrum chaos,
Audi preces cum flétibus.

Ne mens graváta crímine,
Vitæ sit exul múnere,
Dum nil perénne cógitat,
Seséque culpis ílligat.

Cœléste pulset óstium:
Vitále tollat præmium:
Vitémus omne nóxium:
Purgémus omne péssimum.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito,
Regnans per omne sæculum. Amen.

℣. Dirigatur, Dómine, orátio mea.
℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Prædictus Hymn. cum suo versiculo dic. a Dom. II. post Epiph. usque ad Dñcam prim. Quadrag. et a Dñica III. post Pentecosten usque ad Adventum. Cap. vero prædictum dicitur in iisdem Dominicis post Pentecosten, et Epiphaniam usque ad Septuagesimam tantum. Dicitur etiam in feriali Offic. ab Oct. Pentecostes usque ad Adventum, et ab Oct. Epiph. usque ad Dominicam I. Quadrag. Similiter et versiculi. Aña. autem cum Psalmis semper dicuntur ut supra, quando fit Officium de Dñica, exceptis Dñicis Adventus, quæ habent Antiphonas proprias.

Canticum B. M. Virg. Luc. 1. e

Magníficat * ánima mea Dóminum.
Et exultávit spíritus meus * in Deo salutári meo.
Quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ: * ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.
Quia fecit mihi magna qui potens est: * et sanctum nomen ejus.
Et misericórdia ejus a progénie in progé-

nies * timéntibus eum. Fecit poténtiam in bráchio suo: * dispérsit supérbos mente cordis sui.
Depósuit poténtes de sede, * et exaltávit húmiles.
Esuriéntes implévit bonis: * et dívites dimísit inánes.
Suscépit Israel púerum suum, * recordátus misericórdiæ suæ.
Sicut locútus est ad patres nostros, * Abraham, et sémini ejus in sæcula.
Gloria Patri.
Deinde dicitur Aña et Oratio propria.

FERIA SECUNDA
ad Vesperas.

Antiphona. Inclinávit.
Tempore Paschali, Antiphona. Allelúia.

Psalmus 114.

Diléxi, quóniam exáudiet Dóminus * vocem oratiònis meæ.
Quia inclinávit áurem suam mihi: * et in diébus meis invocábo.
Circumdedérunt me dolóres mortis: * et perícula inférni invenérunt me.
Tribulatiónem et dolorem invéni: * et nomen Dómini invocávi.
O Dómine, líbera ánimam meam: * misèricors Dóminus et justus, et Deus noster miserétur.
Custódiens párvulos Dóminus: * humiliátus sum, et liberávit me.
Convértere ánima mea in réquiem tuam: * quia Dóminus benefécit tibi.
Quia erípuit ánimam meam de morte, * óculos meos a lácrymis, pedes meos a lapsu.
Placébo Dómino * in regióne vivórum.
Aña. Inclinávit Dóminus áurem suam mihi.
Aña. Crédidi.

Psalmus 115.

Crédidi, propter quod locútus sum: * ego áutem humiliátus sum nimis.
Ego dixi in excéssu meo: * Omnis homo mendax.
Quid retríbuam Dómi-

no:* pro omnibus, quæ retríbuit mihi?
Cálicem salutáris accípiam, * et nomen Dómini invocábo.
Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo ejus: * pretiósa in conspéctu Dómini mors sanctórum ejus.
O Dómine, quia ego servus tuus: * ego servus tuus, et filius ancíllæ tuæ.
Dirupísti víncula mea: * tibi sacrificábo hóstiam láudis, et nomen Dómini invocábo.
Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pópuli ejus: * in átriis domus Dómini, in médio tui Jerúsalem.
Antiph. Crédidi, propter quod locútus sum.
Antiphona. Laudáte.

Psalmus 116.

Laudáte Dóminum omnes gentes: * laudáte eum omnes pópuli.
Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus: * et véritas Dómini manet in ætérnum.
Antiph. Laudáte Dóminum omnes gentes.
Antiph. Clamávi.

Canticum Graduum.
Psalmus 119.

Ad Dóminum cum tribulárer clamávi: * et exaudívit me.
Dómine, líbera ánimam meam a lábiis iníquis, * et a lingua dolósa.
Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi, * ad linguam dolósam?
Sagíttæ poténtis acútæ: * cum carbónibus desolatóriis.
Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus est: habitávi cum habitántibus Cedar: * multum íncola fuit ánima mea.
Cum his, qui odérunt pacem, eram pacíficus: * cum loquébar illis, impugnábant me gratis.
Antiph. Clamávi, et exaudívit me.
Antiph. Unde véniet.

Psalmus 120.

Levávi óculos meos in montes, * unde véniet auxílium mihi.

Auxílium meum a Dómino,* qui fecit cœlum et terram.
Non det in commotiónem pedem tuum: * neque dormítet qui custódit te.
Ecce non dormitábit, neque dórmiet, * qui custódit Israel.
Dóminus custódit te, Dóminus protéctio tua*super manum déxteram tuam.
Per diem sol non uret te : * neque luna per noctem.
Dóminus custódit te ab omni malo: * custódiat ánimam tuam Dóminus.
Dóminus custódiat introítum tuum, et éxitum tuum * ex hoc nunc et usque in sæculum.
Antiph. Unde véniet auxílium mihi.
Tempore Paschali, Antiphona. Allelúja, allelúja, allelúja.
Capitulum 2. Cor. 1.
Benedíctus Deus, et Pater Dómini nostri Jesu Christi, Pater misericordiárum, et Deus totius consolatiónis qui consolátur nos in omni tribulatióne nostra.

Hymnus.

Immense cœli Cónditor,
Qui mixta ne confúnderent,
Aquæ fluénta dívidens,
Cœlum dedísti límitem.
Firmans locum cœléstibus,
Simúlque terræ rívulis:
Ut unda flammas témperet,
Terræ solum ne díssipent.
Infúnde nunc, piíssime,
Donum perénnis grátiæ:
Fráudis novæ ne cásibus
Nos error átterat vetus.
Lucem Fides adáugeat:
Sic lúminis jubar ferat:
Hæc vana cuncta próterat,
Hanc falsa nulla cómprimant.
Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito,
Regnans per omne sæculum, Amen.

℣. Dirigátur, Dómine, orátio mea.
℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Ad Magnif. Ant. Magníficat ánima mea Dóminum, quia respéxit Deus humilitátem meam.

In Feriis Advent. Quadragesimæ, et Quatuor Temporum (exceptis Quatuor Temporibus Pentecostes post Ant. ad Magnificat, dicuntur Preces flexis genibus, si dicendæ sint.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster, totum dicitur clara voce.
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a malo. ℣. Ego dixi, Dómine, miserére mei. ℟. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi. ℣. Convértere Dómine úsquequo. ℟. Et deprecábilis esto super servos tuos. ℣. Fiat misericórdia tua Dómine super nos. ℟. Quemádmodum sperávimus in te. ℣. Sacerdótes tui induántur justítiam. ℟. Et sancti tui exúltent. ℣. Dómine salvum fac Regem. ℟. Et exáudi nos in die, qua invocavérimus te. ℣. Salvum fac pópulum tuum Dómine, et bénedic haereditati tuae. ℟. Et rege eos, et extólle illos usque in ætérnum. ℣. Meménto congregatiónis tuae. ℟. Quam possedísti ab inítio. ℣. Fiat pax in virtúte tua. ℟. Et abundántia in túrribus tuis. ℣. Oremus pro fidélibus defúnctis. ℟. Réquiem ætérnam dona eis Dómine, et lux perpétua lúceat eis. ℣. Requiéscant in pace. ℟. Amen. ℣. Pro frátribus nostris abséntibus. ℟. Salvos fac servos tuos, Deus meus, sperántes in te. ℣. Pro afflíctis et captívis. ℟. Líbera eos, Deus Israel, ex ómnibus tribulatiónibus suis. ℣. Mitte eis, Dómine, auxílium de sancto. ℟. Et

de Sion tuére eos. ℣. Dómine exáudi oratiónem meam. ℟. Et clamor meus ad te véniat. Deinde dicitur Psalmus Miserere mei Deus 86 et in fine Gloria Patri. Finito Psalmo dicitur ℣. Dómine Deus virtútum convérte nos.

℟. Et osténde fáciem tuam, et salvi érimus.

℣. Exúrge Christe, ádjuva nos. ℟. Et líbera nos propter nomen tuum. ℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Oratio, quando propria non assignatur, dicitur de Dominica præcedenti, ut habetur in Proprio de Tempore.

Añæ cum Psal. semper dicuntur ad Vesp. in Offic. feriali, ut hic in Psalt. Hymni vero ab Octav. Pentec. usque ad Adventum, et ab Octav. Epiph. usq. ad Dñicam I. Quadrag. Antiph. autem ad Magnificàt eisdem temporibus usque ad Septuagesimam.

FERIA TERTIA
ad Vesperas.

Aña In domum Dómini.

Tempore Paschali Antiphona. Allelúja.

Psalmus 121.

Lætátus sum in his, quæ dicta sunt mihi: * in domum Dómini íbimus.

Stantes erant pedes nostri, * in átriis tuis Jerúsalem.

Jerúsalem, quæ ædificátur ut cívitas: * cujus participátio ejus in idípsum.

Illuc enim ascendérunt tribus, tribus Dñi: * testimónium Israel ad confiténdum nómini Dñi.

Quia illic sedérunt sedes in judício, * sedes super domum David.

Rogáte quæ ad pacem sunt Jerúsalem : * et abundántia diligéntibus te.

Fiat pax in virtúte tua: * et abundántia in túrribus tuis.

Propter fratres meos,et próximos meos,*loquébar pacem de te.
Propter domum Dómini Dei nostri,*quæsívi bona tibi.
Antiph. In domum Dómini lætántes íbimus.
Antiph. Qui hábitas.

Psalmus 122.

Ad te levávi óculos meos, * qui hábitas in cœlis.
Ecce sicut óculi servórum, * in mánibus dominórum suórum.
Sicut óculi ancíllæ in mánibus dóminæ suæ:* ita óculi nostri ad Dóminum Deum nostrum, donec misereátur nostri.
Miserére nostri Dómine, miserére nostri, * quia multum repléti sumus despectióne.
Quia multum repléta est ánima nostra: * oppróbrium abundántibus, et despéctio supérbis.
Antiph. Qui hábitas in cœlis, miserére nobis.
Antiph. Adjutórium.

Psalmus 123.

Nisi quia Dóminus erat in nobis, dicat nunc Israel: * nisi quia Dóminus erat in nobis.
Cum exúrgerent hómines in nos, * forte vivos deglutíssent nos.
Cum irascerétur furor eórum in nos,* fórsitan aqua absorbuísset nos.
Torréntem pertransívit ánima nostra:* fórsitan pertránsisset ánima nostra aquam intolerábilem.
Benedictus Dóminus, * qui non dedit nos in captiónem déntibus eórum.
Anima nostra sicut passer erépta est * de láqueo venántium.
Láqueus contrítus est,* et nos liberáti sumus.
Adjutórium nostrum in nómine Domini, * qui fecit cœlum et terram.
Aña. Adjutórium nostrum in nómine Dñi.
Antiphona. Bénefac.

Psalmus 124.

Qui confídunt in Dómino, sicut mons Si-

on: * non commovébitur in ætérnum, qui hábitat in Jerúsalem.
Montes in circúitu ejus: * et Dóminus in circúitu pópuli sui, ex hoc nunc, et usque in sæculum.
Quia non relínquet Dóminus virgam peccatórum super sortem justórum: * ut non exténdant justi ad iniquitátem manus suas.
Bénefac Dómine bonis, * et rectis corde.
Declinántes àutem in obligatiónes, addúcet Dóminus cum operántibus iniquitátem: * pax super Israel.
Antiph. Bénefac Dómine bonis et rectis corde.
Antiph. Facti sumus.

Psalmus 125.

In converténdo Dóminus captivitátem Sion: * facti sumus sicut consoláti.
Tunc replétum est gáudio os nostrum: * et lingua nostra exultatióne.
Tunc dicent inter gentes: * Magnificávit Dóminus fácere cum eis.
Magnificávit Dóminus fácere nobíscum: * facti sumus lætántes.
Convérte, Dómine, captivitátem nostram, * sicut torrens in Austro.
Qui séminant in lácrymis, * in exultatióne metent.
Eúntes ibant et flebant, * mitténtes sémina sua.
Veniéntes áutem vénient cum exultatióne, * portántes manípulos suos.
Antiphona. Facti sumus sicut consoláti.
Tempore Paschali, Aña. Allel. allel. allel.

Capitulum. 2. Cor. 1.

Benedíctus Deus, et Pater Dómini nostri Jesu Christi, Pater misericordiárum, et Deus totíus consolatiónis, qui consolátur nos in omni tribulatióne nostra.

Hymnus.

Tellúris alme Cónditor,
Mundi solum qui séparans,

Pulsis aquæ moléstiis,
Terram dedísti immóbilem.
Ut germen aptum próferens,
Fulvis decóra flóribus
Fœcúnda fructu sísteret,
Pastúmque gratum rédderet.
Mentis perústæ vúlnera
Munda viróre gratiæ;
Ut facta fletu díluat,
Motúsq; pravos átterat.
Jussis tuis obtémperet:
Nullis malis appróximet:
Bonis repléri gáudeat,
Et mortis ictum nésciat.
Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito,
Regnans per omne sæculum. Amen.

℣. Dirigátur, Dñe, orátio mea. ℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Ad Magníficat, Antiph. Exúltet spíritus meus in Deo salutári meo.

Preces si dicendæ sint, habentur supra in Vesperis Feriæ secundæ. 197.

FERIA QUARTA
ad Vesperas.

Antiphona. Non confundétur.

Tempore Paschali, Antiphona. Allelúja.

Psalmus 126.

Nisi Dóminus ædificáverit domum, * in vanum laboravérunt qui ædíficant eam.

Nisi Dóminus custodíerit civitátem, * frustra vígilat qui custódit eam.

Vanum est vobis ante lucem súrgere: * súrgite postquam sedéritis, qui manducátis panem dolóris.

Cum déderit diléctis suis somnum: * ecce hæréditas Dómini, fílii, merces, fructus ventris.

Sicut sagíttæ in manu poténtis: * ita fílii excussórum.

Beátus vir qui implévit desidérium suum ex ipsis: * non confundétur cum loquétur inimícis suis in porta.

Antiph. Non confundé-

tur cum loquétur inimícis suis in porta.

Aña. Beáti omnes.

Psalmus 127.

Beáti omnes qui timent Dñm, * qui ámbulant in viis ejus.

Labóres mánuum tuárum quia manducábis:* beátus es, et bene tibi erit.

Uxor tua sicut vitis abúndans, * in latéribus domus tuæ.

Filii tui sicut novéllæ olivárum, * in circúitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicétur homo, * qui timet Dóminum.

Benedícat tibi Dóminus ex Sion: * et vídeas bona Jerúsalem ómnibus diébus vitæ tuæ

Et vídeas fílios filiórum tuórum, * pacem super Israel.

Antiph. Beáti omnes qui timent Dóminum.

Aña. Sæpe.

Psalmus 128.

SÆpe expugnavérunt me a juventúte mea,* dicat nunc Israel.

Sæpe expugnavérunt me a juventúte mea: * étenim non potuérunt mihi.

Supra dorsum meum fabricavérunt peccatóres: * prolongavérunt iniquitátem suam.

Dóminus justus concídit cervíces peccatórum: * confundántur, et convertántur retrórsum omnes, qui odérunt Sion.

Fiant sicut fœnum tectórum,* quod priúsquam evellátur, exáruit.

De quo non implévit manum suam qui metit,* et sinum suum qui manípulos cólligit.

Et non dixérunt qui præteríbant: Benedíctio Dómini super vos:* benedíximus vobis in nómine Dómini.

Aña. Sæpe expugnavérunt me a juventúte mea. Antíph. De profúndis.

Psalmus 129.

De profúndis clamávi ad te Dómine:* Dñe, exáudi vocem meam.

Fiant áures tuæ intendéntes * in vocem deprecatiónis meæ.
Si iniquitátes observáveris Dómine: * Dómine quis sustinébit?
Quia apud te propitiátio est: * et propter legem tuam sustínui te, Dómine.
Sustínuit ánima mea in verbo ejus: * sperávit ánima mea in Dómino.
A custódia matutína usque ad noctem:* speret Israel in Dómino.
Quia apud Dóminum misericórdia:* et copiósa apud eum redémptio.
Et ipse rédimet Israel,* ex ómnibus iniquitátibus ejus.
Aña. De profúndis clamávi ad te, Dómine.
Antiphona. Speret.

Psalmus 130

Dómine, non est exaltátum cor meum: * neque eláti sunt óculi mei.
Neque ambulávi in magnis: * neque in mirabílibus super me.
Si non humíliter sentiébam: * sed exaltávi ánimam meam.
Sicut ablactátus est super matre sua, * ita retribútio in ánima mea.
Speret Israel in Dómino, * ex hoc nunc, et usque in sæculum.
Antiph. Speret Israel in Dómino.
Tempore Paschali, Antiphona Allelúja, allelúja, allelúja.
Capit. Benedíctus Deus. ut supra 200.

Hymnus.

Cœli Deus sanctíssime,
Qui lúcidas mundi plagas
Candóre pingis ígneo,
Augens decóro lúmine.
Quarto die qui flámmeam
Dum solis accéndis rotam;
Lunæ minístras órdinem,
Vagósque cursus síderum.
Ut nóctibus, vel lúmini
Diremptiónis términum,
Primórdiis et ménsium

Signum dares notíssimum.
Expélle noctem córdium:
Abstérge sordes méntium:
Resólve culpæ vínculum:
Evérte moles críminum.
Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito,
Regnans per omne sæculum. Amen.

℣. Dirigátur, Dñe, orátio mea, ℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Ad Magníficat, Antiph. Respéxit Dñs humilitátem meam, et fecit in me magna, qui potens est.

Preces quando dicendæ sunt, habentur supra in Vesp. Fer. II. 197.

FERIA QUINTA
ad Vesperas.

Antiphona. Et omnis.
Tempore Paschali,
Antiphona. Allelúja.

Psalmus 131.

Meménto Dómine David,* et omnis mansuetúdinis ejus.

Sicut jurávit Dómino,* votum vovit Deo Jacob:
Si introíero in tabernáculum domus meæ,* si ascéndero in lectum strati mei:
Si dédero somnum óculis meis, * et pálpebris meis dormitatiónem,
Et réquiem tempóribus meis: donec invéniam locum Dómino,* tabernáculum Deo Jacob.
Ecce audívimus eam in Ephrata : * invénimus eam in campis silvæ.
Introíbimus in tabernáculum ejus: * adorábimus in loco, ubi stetérunt pedes ejus.
Surge, Dómine, in réquiem tuam,* tu et arca sanctificatiónis tuæ.
Sacerdótes tui induántur justítiam: * et sancti tui exúltent.
Propter David servum tuum,* non avértas fáciem Christi tui.
Jurávit Dóminus David veritátem, et non frustrábitur eam:* De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Si custodíerint fílii tui testaméntum meum, * et testimónia mea hæc, quæ docébo eos.

Et fílii eórum usque in sæculum, * sedébunt super sedem tuam.

Quóniam elégit Dóminus Sion: * elégit eam in habitatiónem sibi.

Hæc réquies mea in sæculum sæculi: * hic habitábo, quóniam elégi eam.

Víduam ejus benedícens benedícam: * páuperes ejus saturábo pánibus.

Sacerdótes ejus índuam salutári: * et sancti ejus exultatióne exultábunt.

Illuc prodúcam cornu David, * parávi lucérnam Christo meo.

Inimícos ejus índuam confusióne: * super ipsum áutem efflorébit sanctificátio mea.

Aña. Et omnis mansuetúdinis ejus. Aña. Ecce.

Psalmus 132.

Ecce quam bonum, et quam jucúndum * habitáre fratres in unum!

Sicut unguéntum in cápite, * quod descéndit in barbam, barbam Aaron.

Quod descéndit in oram vestiménti ejus: * sicut ros Hermon, qui descéndit in montem Sion.

Quóniam illic mandávit Dñs benedictiónem, * et vitam usque in sæculum.

Aña. Ecce quam bonum, et quam jucúndum habitáre fratres in unum!

Antiphona. Omnia.

Psalmus 134.

Laudáte nomen Dómini, * laudáte servi Dóminum.

Qui statis in domo Dómini, * in átriis domus Dei nostri.

Laudáte Dóminum, quia bonus Dóminus: * psállite nómini ejus, quóniam suáve.

Quóniam Jacob elégit sibi Dóminus, * Israel in possessiónem sibi.

Quia ego cognóvi quod magnus est Dóminus, * et Deus noster præ omnibus diis.

Omnia quæcúmque vóluit, Dóminus fecit in cœlo, et in terra, * in mari, et in ómnibus abyssis.
Edúcens nubes ab extrémo terræ: * fúlgura in plúviam fecit.
Qui prodúcit ventos de thesáuris suis: * qui percússit primogénita Ægypti ab hómine usque ad pecus.
Et misit signa, et prodígia in médio tui Ægypte: * in Pharaónem, et in omnes servos ejus.
Qui percússit gentes multas: * et occídit reges fortes.
Sehon regem Amorrhæórum, et Og regem Basan, * et omnia regna Chánaan.
Et dedit terram eórum hæreditátem, * hæreditátem Israel pópulo suo.
Dómine nomen tuum in ætérnum: * Dómine memoriále tuum in generatiónem et generatiónem.
Quia judicábit Dñs pópulum suum: * et in servis suis deprecábitur.
Simulácra géntium argéntum et áurum, * ópera mánuum hóminum.
Os habent, et non loquéntur: * óculos habent, et non vidébunt.
Aures habent, et non áudient: * neque enim est spíritus in ore ipsórum.
Símiles illis fiant qui fáciunt ea: * et omnes, qui confídunt in eis.
Dómus Israel benedícite Dómino: * domus Aaron benedícite Dño.
Domus Levi benedícite Dómino: * qui timétis Dóminum, benedícite Dómino.
Benedíctus Dóminus ex Sion, qui hábitat in Jerúsalem.
Antiph. Omnia quæcúmque vóluit, Dóminus fecit. Antiph. Quóniam in ætérnum.

Psalmus 135.

Confitémini Dómino, quóniam bonus; * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Confitémini Deo deórum: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Confitémini Dño dominórum: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui facit mirabília magna solus: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui fecit cœlos in intelléctu: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui firmávit terram super aquas: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui fecit luminária magna: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Solem in potestátem diei: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Lunam, et stellas in potestátem noctis: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui percússit Ægyptum cum primogénitis eórum: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui edúxit Israel de médio eórum: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

In manu poténti, et bráchio excélso: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui divísit mare Rubrum in divisiónes: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Et edúxit Israel per médium ejus: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Et excússit Pharaónem, et virtútem ejus in mari Rubro: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui tradúxit pópulum suum per desértum: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui percússit reges magnos: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Et occídit reges fortes: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Sehon regem Amorrhæórum: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Et Og regem Basan: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.
Et dedit terram eórum hæreditátem: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.
Hæreditátem Israel servo suo : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.
Quia in humilitáte nostra memor fuit nostri: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.
Et redémit nos ab inimicis nostris : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.
Qui dat escam omni carni : * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.
Confitémini Deo cœli: * quóniam in æternum misericórdia ejus.
Confitémini Dño dominórum: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.
Aña. Quóniam in ætérnum misericórdia ejus.
Antiphona. Hymnum cantáte.

Psalmus 136.

Super flúmina Babylónis illic sédimus, et flévimus: * cum recordarémur Sion.
In salícibus in médio ejus, * suspéndimus órgana nostra.
Quia illic interrogavérunt nos, qui captívos duxérunt nos, * verba cantiónum.
Et qui abduxérunt nos: * Hymnum cantáte nobis de cánticis Sion.
Quómodo cantábimus cánticum Dómini * in terra aliéna?
Si oblitus fúero tui Jerúsalem, * oblivióni detur déxtera mea.
Adhæreat lingua mea fáucibus meis, * si non meminero tui.
Si non proposúero Jerusalem, * in princípio lætítiæ meæ.
Memor esto, Dómine, filiórum Edom, * in die Jerúsalem.
Qui dicunt: Exinaníte, exinaníte , * usque ad fundaméntum in ea.
Filia Babylónis mísera: *

beatus, qui retríbuet tibi retributiónem tuam, quam retribuísti nobis.
Beátus, qui tenébit, * et allídet párvulos tuos ad petram.
Aña. Hymnum cantáte nobis de cánticis Sion.
Tempore Paschali, Aña. Allel. allel. allel.
Cap. Benedíctus Deus, ut supra. 196.

Hymnus.

Magnæ Deus poténtiæ,
Qui fértili natos aqua
Partim relínquis gúrgiti,
Partim levas in áera.
Demérsa lymphis ímprimens,
Subvécta cælis érigens:
Ut stirpe a una pródita,
Divérsa répleant loca.
Largire cunctis sérvulis,
Quos mundat unda sánguinis,
Nescire lapsus críminum,
Nec ferre mortis tædium.
Ut culpa nullum déprimat:
Nullum éfferat jactántia:
Elísa mens ne cóncidat,
Eláta mens ne córruat.
Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito,
Regnans per omne sæculum. Amen.

℣. Dirigátur, Dómine, orátio mea. ℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Ad Magnificat, Antiph. Fac Deus poténtiam in bráchio tuo: dispérde supérbos, et exálta húmiles.

Preces, quando dicendæ sunt, habentur supra in Vesperis Feriæ II. 197.

FERIA SEXTA

ad Vesperas.

Antiph. In conspéctu.
Tempore Paschali, Antiphona. Allelúja.

Psalmus 137.

Confitébor tibi Dómine in toto corde meo: * quóniam audísti verba oris mei.

In conspéctu Angelórum psallam tibi:* adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo.
Super misericórdia tua, et veritáte tua: * quóniam magnificásti super omne nomen sanctum tuum.
In quacúmque die invocávero te, exáudi me: * multiplicábis in ánima mea virtútem.
Confiteántur tibi Dómine omnes reges terræ:* quia audiérunt omnia verba oris tui.
Et cantent in viis Dómini: * quóniam magna est glória Dómini.
Quóniam excélsus Dóminus et humília réspicit : * et alta a longe cognóscit.
Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis me: * et super iram inimicórum meórum extendísti manum tuam, et salvum me fecit déxtera tua.
Dóminus retríbuet pro me : * Dómine misericórdia tua in sæculum: ópera mánuum tuarum ne despícias.
In conspéctu Angelórum psallam tibi Deus meus. Ant. Dómine.

Psalmus 138.

Dómine probásti me, et cognovísti me: * tu cognovísti sessiónem meam, et resurrectiónem meam.
Intellexísti cogitatiónes meas de longe: * sémitam meam, et funículum meum investigásti.
Et omnes vias meas prævidísti, * quia non est sermo in lingua mea.
Ecce Dómine tu cognovísti omnia novíssima et antíqua: * tu formásti me, et posuísti super me manum tuam.
Mirábilis facta est sciéntia tua ex me: * confortáta est, et non pótero ad eam.
Quo ibo a spíritu tuo?* et quo a fácie tua fúgiam?
Si ascéndero in cœlum, tu illic es, * si descén-

dero in inférnum, ades.
Si súmpsero pennas meas dilúculo, * et habitávero in extrémis maris.
Etenim illuc manus tua dedúcet me: * et tenébit me déxtera tua.
Et dixi: Fórsitan ténebræ conculcábunt me:* et nox illuminátio mea in delíciis meis.
Quia ténebræ non obscurabúntur a te, et nox sicut dies illuminábitur: * sicut ténebræ ejus, ita et lumen ejus.
Quia tu possedísti renes meos: * suscepísti me de útero matris meæ.
Confitébor tibi, quia terribíliter magnificátus es: * mirabília ópera tua, et ánima mea cognóscit nimis.
Non est occultátum os meum a te, quod fecísti in occúlto: * et substántia mea in inferióribus terræ.
Imperféctum meum vidérunt óculi tui, et in libro tuo omnes scribéntur: * dies formabúntur, et nemo in eis.
Mihi áutem nimis honorificáti sunt amíci tui, Deus: * nimis confortátus est principátus eórum.
Dinumerábo eos, et super arénam multiplicabúntur: * exurréxi, et adhuc sum tecum.
Si occíderis Deus peccatóres: * viri sánguinum declináte a me:
Quia dícitis in cogitatióne: * Accípient in vanitáte civitátes tuas.
Nonne qui odérunt te, Dómine, óderam: * et super inimícos tuos tabescébam?
Perfécto odio óderam illos: * et inimíci facti sunt mihi.
Proba me Deus, et scito cor meum: * intérroga me, et cognósce sémitas meas.
Et vide, si via iniquitátis in me est: * et deduc me in via ætérna.
Ant. Dómine probásti me, et cognovísti me.
Antiph. A viro iníquo.

Psalmus 139.

Eripe me, Dómine, ab homine malo : * a viro iníquo éripe me.

Qui cogitavérunt iniquitátes in corde:* tota die constituébant prælia.

Acuérunt linguas suas sicut serpéntis: * venénum áspidum sub lábiis eórum.

Custódi me, Dómine, de manu peccatóris : * et ab homínibus iníquis éripe me.

Qui cogitavérunt supplantáre gressus meos:* abscondérunt supérbi láqueum mihi.

Et funes extendérunt in láqueum : * juxta iter scandálum posuérunt mihi.

Dixi Dómino: Deus meus es tu:*exáudi, Dómine, vocem deprecatiónis meæ.

Dómine, Dómine virtus salútis meæ: *obumbrásti super caput meum in die belli:

Ne tradas me, Dómine, a desidério meo peccatóri:*cogitavérunt contra me, ne derelínquas me, ne forte exalténtur.

Caput circúitus eórum:* labor labiórum ipsórum opériet eos.

Cadent super eos carbónes, in ignem dejícies eos: * in misériis non subsístent.

Vir linguósus non dirigétur in terra: * virum injústum mala cápient in intéritu.

Cognóvi quia fáciet Dñs judícium ínopis : * et vindíctam páuperum.

Verúmtamen justi confitebúntur nómini tuo:* et habitábunt recti cum vultu tuo.

Antiphona. A viro iníquo líbera me, Dómine.

Aña. Dómine.

Psalmus 140.

Dómine clamávi ad te, exáudi me:* inténde voci meæ, cum clamávero ad te.

Dirigátur orátio mea sicut incénsum in conspéctu tuo : * elevátio mánuum mearum sacrifícium vespertínum.

Pone Dómine custódiam ori meo : * et óstium circumstántiæ lábiis meis.

Non declínes cor meum in verba malítiæ,* ad excusándas excusatiónes in peccátis.

Cum homínibus operántibus iniquitátem: * et non communicábo cum eléctis eórum.

Corrípiet me justus in misericórdia, et increpábit me: * óleum áutem peccatóris non impínguet caput meum.

Quóniam adhuc et orátio mea in beneplácitis eórum: * absórpti sunt juncti petræ júdices eórum.

Audient verba mea quóniam potuérunt: * sicut crassitúdo terræ erúpta est super terram.

Dissipáta sunt ossa nóstra secus inférnum: * quia ad te, Dómine, Dómine, óculi mei: in te sperávi, non áuferas ánimam meam.

Custódi me a láqueo quem statuérunt mihi:* et a scándalis operántium iniquitátem.

Cadent in retiáculo ejus peccatóres: * singuláriter sum ego, donec tránseam.

Antiph. Dómine, clamávi ad te, exáudi me.

Antiph. Pórtio mea.

Psalmus 141.

Voce mea ad Dóminum clamávi: * voce mea ad Dóminum deprecátus sum :

Effúndo in conspéctu ejus oratiónem meam, * et tribulatiónem meam ante ipsum pronúntio.

In deficiéndo ex me spíritum meum, * et tu cognovísti sémitas meas.

In via hac, qua ambulábam, * abscondérunt láqueum mihi.

Considerábam ad déxteram, et vidébam: * et non erat qui cognósceret me.

Périit fuga a me, * et non est qui requírat ánimam meam.

Clamávi ad te, Dómine, * dixi; Tu es spes

mea, pórtio mea in terra vivéntium.
Inténde ad deprecatiónem meam: * quia humiliátus sum nimis.
Líbera me a persequéntibus me: * quia confortáti sunt super me.
Educ de custódia ánimam meam ad confiténdum nómini tuo: * me expéctant justi, donec retríbuas mihi.
Aña. Pórtio mea, Dómine, sit in terra vivéntium.
Temp. Paschali, Aña, Allelúja, allel. allel.
Capit. Benedíctus Deus 196.

Hymnus.

Hóminis supérne Cónditor,
Qui cuncta solus órdinans,
Humum jubes prodúcere
Reptántis et feræ genus:
Et magna rerum córpora,
Dictu jubéntis, vívida,
Per témporum certas vices
Obtemperáre sérvulis.
Repélle, quod cupídinis,
Ciénte vi, nos ímpetit,
Aut móribus se súggerit,
Aut áctibus se intérserit.
Da gaudiórum præmia,
Da gratiárum múnera:
Dissólve litis víncula,
Adstringe pacis fœdera.
Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum. Amen.
℣. Dirigátur, Dñe, orátio mea. ℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.
Ad Magnificat Ant. Depósuit poténtes, sanctos persequéntes: et exaltávit húmiles Christum confiténtes.
Preces, quando dicendæ sunt, habentur suprá in Vesperis Feriæ II. 197.

SABBATO
ad Vesperas.

Antiph. Benedíctus.
Temp. Paschali, Aña. Alleluja.

Psalmus 143.

Benedíctus Dóminus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, * et dígitos meos ad bellum.

Misericórdia mea, et refúgium meum : * et suscéptor meus, et liberátor meus.

Protéctor meus, et in ipso sperávi: * qui subdit pópulum meum sub me.

Dómine, quid est homo, quia innotuísti ei?* aut fílius hóminis, quia réputas eum?

Homo vanitáti símilis factus est : * dies ejus sicut umbra prætéreunt.

Dómine inclína cœlos tuos, et descénde: * tange montes, et fumigábunt.

Fúlgura coruscatiónem, et dissipábis eos: * emítte sagíttas tuas, et conturbábis eos:

E mítte manum tuam de alto, éripe me, et líbera me de aquis multis: * de manu filiórum alienórum.

Quorum os locútum est vanitátem: * et déxtera eórum, déxtera iniquitátis.

Deus cánticum novum cantábo tibi: * in psaltério decachórdo psallam tibi.

Qui das salútem régibus: * qui redemísti David servum tuum de gládio malígno: éripe me.

Et érue me de manu filiórum alienórum, quorum os locútum est vanitátem: * et déxtera eórum, déxtera iniquitátis.

Quorum filii, sicut novéllæ plantatiónes * in juventúte sua.

Fíliæ eórum compósitæ: * circumornàtæ ut similitúdo templi.

Promptuária eórum plena, * eructántia ex hoc in illud.

Oves eórum fœtósæ, abundántes in egréssibus suis: * boves eórum crassæ.

Non est ruína macériæ, neque tránsitus: * neque clamor in platéis eórum.

Beátum dixérunt pópulum, cui hæc sunt: * beátus pópulus, cujus Dóminus Deus ejus.

Antiphona. Benedíctus Dóminus Deus meus.

Aña. Per síngulos dies.

Psalmus 144.

Exaltábo te, Deus meus Rex: * et benedícam nómini tuo in sæculum, et in sæculum sæculi.

Per síngulos dies benedícam tibi: * et laudábo nomen tuum in sæculum, et in sæculum sæculi.

Magnus Dóminus et laudábilis nimis: * et magnitúdinis ejus non est finis.

Generátio et generátio laudábit ópera tua: * et poténtiam tuam pronuntiábunt.

Magnificéntiam glóriæ sanctitátis tuæ loquéntur: * et mirabília tua narrábunt.

Et virtútem terribílium tuórum dicent: * et magnitúdinem tuam narrábunt.

Memóriam abundántiæ suavitátis tuæ eructábunt: * et justítia tua exultábunt.

Miserátor et miséricors Dóminus: * pátiens, et multum miséricors.

Suávis Dóminus univérsis: * et miseratiónes ejus super omnia ópera ejus.

Confiteántur tibi, Dñe, ómnia ópera tua: * et sancti tui benedícant tibi.

Glóriam regni tui dicent: * et poténtiam tuam loquéntur:

Et notam fáciant fíliis hóminum poténtiam tuam: * et glóriam magnificéntiæ regni tui.

Regnum tuum, regnum ómnium sæculórum: * et dominátio tua in omni generatióne et generatiónem.

Fidélis Dóminus in omnibus verbis suis: * et sanctus in ómnibus opéribus suis.

Allevat Dóminus omnes, qui córruunt: * et érigit omnes elísos.

Oculi omnium in te

sperant, Dómine : * et tu das escam illórum in témpore opportúno.

Aperis tu manum tuam : * et imples omne ánima benedictióne.

Justus Dóminus in omnibus viis suis : * et sanctus in omnibus óperibus suis.

Prope est Dóminus omnibus invocántibus eum: * omnibus invocántibus eum in veritáte.

Voluntátem timéntium se fáciet: * et deprecatiónem eórum exáudiet, et salvos fáciet eos.

Custódit Dóminus omnes diligéntes se: * et omnes peccatóres dispérdet.

Laudatiónem Dómini loquétur os meum : * et benedícat omnis caro nómini sancto ejus in sæculum, et in sæculum sæculi.

Ant. Per síngulos dies benedícam te, Dómine.

Antiphona Laudábo.

Psalmus 145.

Láuda ánima mea Dóminum, laudábo Dóminum in vita mea: * psallam Deo meo quámdiu fúero.

Nolíte confídere in princípibus: * in fíliis hóminum, in quibus non est salus.

Exíbit spíritus ejus, et revertétur in terram suam: * in illa die períbunt omnes cogitatiónes eórum.

Beátus, cujus Deus Jacob adjútor ejus, spes ejus in Dómino Deo ipsíus: * qui fecit cœlum et terram, mare, et omnia, quæ in eis sunt.

Qui custódit veritátem in sæculum, fácit judícium injúriam patiéntibus: * dat escam esuriéntibus.

Dóminus solvit compedítos : * Dóminus illúminat cæcos.

Dóminus érigit elísos: * Dóminus díligit justos.

Dóminus custódit ádvenas, pupíllum, et víduam suscípiet : * et vias peccatórum dispérdet.

Regnábit Dóminus in

sæcula, Deus tuus Sion,, in generatiónem et generatiónem.

Antiph. Laudábo Deum meum in vita mea.

Antiph. Deo nostro.

Psalmus 146.

Laudáte Dóminum quóniam bonus est psalmus: * Deo nostro sit jucúnda, decoráque laudátio.

Ædíficans Jerúsalem Dóminus: * dispersiónes Israélis congregábit.

Qui sanat contrítos corde: * et álligat contritiónes eórum.

Qui númerat multitúdinem stellárum: * et ómnibus eis nómina vocat.

Magnus Dóminus noster, et magna virtus ejus: * et sapiéntiæ ejus non est númerus.

Suscípiens mansuétos Dóminus: * humílians áutem peccatóres usque ad terram.

Præcínite Dómino in confessióne: * psállite Deo nostro in cíthara.

Qui óperit cœlum núbibus: * et parat terræ plúviam.

Qui prodúcit in móntibus fœnum: * et herbam servitúti hóminum.

Qui dat juméntis escam ipsórum: * et pullis corvórum invocántibus eum.

Non in fortitúdine equi voluntátem habébit: * nec in tíbiis viri beneplácitum erit ei.

Beneplácitum est Dño super timéntes eum: * et in eis, qui sperant super misericórdiá ejus.

Antiph. Deo nostro jucúnda sit laudátio.

Antiph. Lauda.

Psalmus 147.

Láuda Jerúsalem Dóminum: * láuda Deum tuum Sion.

Quóniam confortávit seras portárum tuárum: * benedíxit fíliis tuis in te.

Qui pósuit fines tuos pacem: * et ádipe fruménti sátiat te.

Qui emíttit elóquium suum terræ: * velóciter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam: * nébulam sicut cínerem spargit.

Mittit crystállum suam sicut buccéllas: * ante fáciem frígoris ejus quis sustinébit?

Emittet verbum suum, et liquefáciet ea: * flabit spiritus ejus, et fluent aquæ.

Qui annúntiat verbum suum Jacob: * justítias, et judícia sua Israel.

Non fecit táliter omni natióni: * et judícia sua non manifestávit eis.

Antiph. Láuda Jerúsalem Dóminum.

Tempore Pasch. Ant. Allelúja, allelúja, allelúja.

Capit. Rom. 11. 33.

O altitúdo divitiárum sapiéntiæ, et sciéntiæ Dei: quam incomprehensibília sunt judícia ejus, et investigábiles viæ ejus!

Hymnus.

Jam sol recédit ígneus;
Tu lux perénnis Unitas,
Nostris, beáta Trínitas,
Infúnde lumen córdibus.

Te mane láudum cármine,
Te deprecámur véspere,
Dignéris, ut Te súpplices
Laudémus inter Cœlites.

Patri, simúlque Fílio,
Tibíque sancte Spíritus,
Sicut fuit, sit júgiter
Sæclum per omne glória. Amen.

℣. Vespertína orátio ascéndat ad te, Dómine.
℟. Et descéndat super nos misericórdia tua.

Ad Magnificat, Ant. Suscépit Deus Israel púerum suum: sicut locútus est ad Abraham, et semen ejus: exaltáre húmiles usque in sæculum.

Capit. O altitúdo, dicitur in Vesp. Sabb. ab Oct. Pent. usq. ad Adv. et ab Oct. Epiph. usq. ad Septuag. cum Hymn. et ℣. etiam usq. ad Qua-

drag. Aña. ad Magnif. ab Oct. Epiph. usq. ad Sept. tant. Post Antiph. dicitur Oraf. propr. Deinde fiunt sequen. Commem. seu Suffrag. Sanctor. quæ dicunt. etiam ad Laudes.

COMMEMORATIO
de Cruce in feriali tantum Officio.

Ad Vesp., et Laudes, Antiph. **Per signum Crucis, de inimícis nostris, líbera nos Deus noster.**

℣. **Omnis terra adóret te, et psallat tibi.**

℟. **Psalmum dicat nómini tuo, Dómine.**

Orémus. Oratio.

Perpétua nos, quæsumus Dómine, pace custódi: quos per lignum sanctæ Crucis redímere dignátus es.

Tem. Pasch. in Laud. Antiph. de Cruce. **Crucifixus surréxit a mórtuis, et redémit nos, allelúja, allelúja.**

℣. **Dicite in natiónibus, allelúja.**

℟. **Quia Dóminus regnávit a ligno, allelúja.**

Oremus. Oratio.

Deus, qui pro nobis Filium tuum Crucis patíbulum subíre voluísti, ut inimíci a nobis expélleres potestátem: concéde nobis fámulis tuis; ut resurrectiónis grátiam consequámur. Per eúmdem Dóminum nostrum.

℟. **Amen.**

In Vesperis, Antiph. **Crucem sanctam súbiit, qui inférnum confrégit: accínctus est poténtia, surréxit die tértia, allelúja.**

℣. et Oratio ut sup.

COMMEMORATIONES
seu Suffragia Sanctor. quæ tem. Pasch. omittuntur.

De S. Maria, quando non dicitur ejus Offic. parvum. Apud nos autem, etiam quando dicitur, ut in Rubrica partic. Ad Vesp., et Laudes.

Antiph. **Sancta María succúrre míseris, juva pusillánimes, réfove**

flébiles, ora pro pópulo, intérveni pro clero, intercéde pro devóto femíneo sexu: séntiant omnes tuum juvámen, quicúmque célebrant tuam sanctam commemoratiónem.

℣. Ora pro nobis sancta Dei Génitrix.

℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Quando vero occurrit Offic. per Annum S. Bonaventuræ, vel S. Antonii, aut S. Claræ, quia in Vesp. dictus est ℣. Ora pro nobis. ejus loco dicatur ℣. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta.

℟. Da mihi virtútem contra hostes tuos.

Oremus. Oratio.

Concéde nos fámulos tuos, quæsumus Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitáte gaudére: et gloriósa beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne, a præsénti liberári tristítia, et ætérna pérfrui lætítia.

Ab Oct. Epiph. usq. ad Purificat,. nempe usq. ad diem ii. Febr. etsi Festum transferatur, dicitur:

℣. Post partum, Virgo, invioláta permansísti.

℟. Dei Génitrix intercéde pro nobis.

Orémus. Oratio.

Deus, qui salútis ætérnæ, beátæ Maríæ virginitáte fœcúnda, humáno géneri præmia præstitísti: tríbue quæsumus; ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam merúimus auctórem vitæ suscípere, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

DE APOSTOLIS

Ad Vesperas. Aña.

Petrus Apóstolus, et Paulus Doctor Géntium, ipsi nos docuérunt legem tuam, Dómine.

℣. Constítues eos príncipes super omnem terram.

℟. Mémores erunt nóminis tui Dómine.

Ad Laudes, Aña. Gloriósi príncipes terræ, quómodo in vita sua dilexérunt se, ita et in morte non sunt separáti.

℣. In omnem terram exívit sonus eórum.

℟. Et in fines orbis terræ verba eórum.

Orémus. Oratio.

Deus, cujus déxtera beátumPetrum, ambulántem in flúctibus, ne mergerétur, eréxit: et coapóstolum ejus Paulum tértio naufragántem, de profúndo pélagi liberávit: exáudi nos propítius, et concéde; ut ambórum méritis, æternitátis glóriam consequámur.

DE S. P. N. FRANCISCO

Ad Vesperas, Aña. Salve sancte Pater, Pátriæ lux, forma Minórum, virtútis spéculum, recti via, régula morum, carnis ab exílio duc nos ad regna polórum.

℣. Ora pro nobis, beáte Pater Francísce.

℟. Ut digni efficiámur. Sed quando ℣. Ora pro nobis, dictus fuerit, tunc dicitur:

℣. Signásti, Dómine servum tuum Francíscum.

℟. Signis redemptiónis nostræ.

Ad Laudes, Aña. Sancte Francísce própera, veni Pater, accélera ad pópulum, qui prémitur, et téritur sub ónere, pálea, luto, látere, et sepúlto Ægyptio sub sábulo, nos líbera, carnis extinctó vítio.

℣. ut supra.

Orémus. Oratio.

Deus, qui Ecclésiam tuam beáti P. N. Francísci méritis fœtu novæ prolis amplíficas: tríbue nobis ex ejus imitatióne terréna despícere, et cœlèstium donórum semper participatióne gaudére.

De Patrono, vel Titulari Ecclesiæ fiat com. consueta ante. vel post comm. prædictas pro dignitate illius.

In Vesp. ac Laud. pro Sanctis Ordinis.

Aña. Vos Sancti Dei ínclyti, qui estis mente lúcidi, Franciscum imitáti, oráte, ut intrépidi hic simus semper férvidi, et póstmodum beáti.

℣. Ætérna fac cum Sanctis tuis, Dómine.

℟. In glória numerári.

Orémus. Oratio.

Concéde quæsumus omnípotens Deus: ut ad meliórem vitam Sanctórum tuórum Ordinum nostrórum beáti P. N. Francísci exémpla nos próvocent; quaténus, quórum memóriam ágimus, etiam actus imitémur.

Et ult. loco de pace.

Ad Vesp. et Laud. Aña. Da pacem, Dómine, in diébus nostris, quia non est álius, qui pugnet pro nobis, nisi tu, Deus noster.

℣. Fiat pax in virtúte tua.

℟. Et abundántia in túrribus tuis.

Orémus. Oratio.

Deus, a quo sancta desidéria, recta consília, et justa sunt ópera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem: ut et corda nostra mandátis tuis dédita, et hóstium subláta formídine, témpora sint tua protectióne tranquílla. Per Dóminum.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino.

℟. Deo grátias.

℣. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

℟. Amen.

Deinde dicitur secreto, Pater noster.

Sic termin. Offic. ubi alia non sequat. Hora, ut dicitur in Rubr. de Orat. Dominica.

Dictæ Comm. seu Suffrag. dicuntur ab Oct. Pent. usq. ad Adv. et ab Oct. Epiph. usq. ad Dñicam Passionis, excep. Duplic. et infra Oct.

Quando dicitur Offic. B. Mariæ, non fit alia comm. de ea. Apud nos vero, ut in Rubr. part.

AD COMPLETORIUM

Lector incipit ℣. **Jube domne benedícere.**

Bened. **Noctem quiétam, et finem perféctum concédat nobis Dóminus omnípotens.**

℟. **Amen.**

Lectio brevis.

1. Petri 5. c

Fratres, Sóbrii estóte, et vigiláte: quia adversárius vester diábolus tamquam leo rúgiens círcuit, quærens quem dévoret: cui resístite fortes in fide. Tu áutem, Dómine, miserére nobis.

℟. **Deo grátias.**

℣. **Adjutórium nostrum in nómine Dómini.**

℟. **Qui fecit cœlum, et terram.**

Pater noster, dicitur totum secreto.

Deinde Hebdomad. facit Confess., et alia, ut habetur in Psalt. ad Primam. **41.**

Et facta absolutione, dicitur ℣.

Convérte nos, Deus, salutáris noster.

℟. **Et avérte iram tuam a nobis.**

℣. **Deus in adjutórium meum inténde.**

℟. **Dómine ad adjuvandum me festína.**

Glória Patri.

Sicut erat.

Antiph. **Miserére.**

Temp. Pasch. Antiph. **Allelúja.**

Psalmus 4.

Cum invocárem exaudívit me Deus justítiæ meæ: * in tribulatióne dilatásti mihi.

Miserére mei, * et exáudi oratiónem meam.

Fílii hóminum úsquequo gravi corde? * ut quid dilígitis vanitátem, et quæritis mendácium?

Et scitóte, quóniam mirificávit Dóminus sanctum suum : * Dóminus exáudiet me cum clamávero ad eum.

Irascímini, et nolíte peccáre: * quæ dícitis

in córdibus vestris, in cubílibus vestris compungímini.
Sacrificáte sacrifícium justítiæ, et speráte in Dómino:* Multi dicunt: Quis osténdit nobis bona?
Signátum est super nos lumen vultus tui, Dómine:* dedísti lætítiam in corde meo.
A fructu fruménti, vini, et ólei sui * multiplicati sunt.
In pace in idípsum * dórmiam, et requiéscam.
Quóniam tu, Dómine, singuláriter in spe * constituísti me.

Psalmus 30.

In te, Dómine, sperávi, non confúndar in ætérnum: * in justítia tua líbera me.
Inclína ad me áurem tuam, * accélera ut éruas me.
Esto mihi in Deum protectórem: et in domum refúgii, * ut salvum me fácias.
Quóniam fortitúdo mea, et refúgium meum es tu: * et propter nomen tuum dedúces me, et enútries me.
Edúces me de láqueo hoc, quem abscondérunt mihi: quòniam tu es protéctor meus.
In manus tuas commendo spíritum meum: * redemísti me, Dómine, Deus veritátis.

Psalmus. 90.

Qui hábitat in adjutório Altíssimi, * in protectióne Dei cœli commorábitur.
Dicet Dómino: Suscéptor meus es tu, et refúgium meum: * Deus meus sperábo in eum.
Quóniam ipse liberávit me de láqueo venántium, *et a verbo áspero.
Scápulis suis obumbrábit tibi: * et sub pennis ejus sperábis.
Scuto circúmdabit te véritas ejus: * non timébis a timóre noctúrno,
A sagítta volánte in die, a negótio perambulánte in ténebris: *

ab incúrsu, et dæmónio meridiáno.
Cadent a látere tuo mille, et decem míllia a dextris tuis: * ad te áutem non appropinquábit.
Verúmtamen óculis tuis considerábis: * et retributiónem peccatorum vidébis.
Quóniam tu es, Dómine, spes mea: * Altíssimum posuísti refúgium tuum.
Non accédet ad te malum: * et flagéllum non appropinquábit tabernáculo tuo.
Quóniam Angelis suis mandávit de te: * ut custódiant te in ómnibus viis tuis.
In mánibus portábunt te: * ne forte offéndas ad lápidem pedem tuum.
Super áspidem, et basilíscum ambulábis: * et conculcábis leónem, et dracónem.
Quóniam in me sperávit, liberábo eum: * prótegam eum, quóniam cognóvit nomen meum.
Clamábit ad me, et ego exáudiam eum: * cum ipso sum in tribulatióne: erípiam eum, et glorificábo eum.
Longitúdine diérum replébo eum: * et osténdam illi salutáre meum.

Psalmus 133.

Ecce nunc benedícite Dóminum, * omnes servi Dómini.
Qui statis in domo Dómini, * in átriis domus Dei nostri.
In nóctibus extóllite manus vestras in sancta, * et benedícite Dóminum.
Benedícat te Dóminus ex Sion, * qui fecit cœlum, et terram.
Antiph. Miserére mihi, Dómine, et exáudi oratiónem meam.
Temp. Pasch. Antiph. Allelúja, allelúja, allelúja.

Hymnus.

Te lucis ante términum

Rerum Creátor póscimus,
Ut pro tua cleméntia
Sis præsul, et custódia.
Procul recédant sómnia,
Et nóctium phantásmata,
Hostémque nostrum cómprime,
Ne polluántur córpora.
Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum. Amen.

Capit. Jer. 14. d

Tu áutem in nobis es, Dómine, et nomen sanctum tuum invocátum est super nos, ne derelínquas nos, Dómine Deus noster.

℟. Deo grátias.

℟. br. In manus tuas, Dómine, * Comméndo spíritum meum. In manus tuas.

℣. Redemísti nos, Dómine, Deus veritátis. Comméndo.

Glória Patri. In manus.

℣. Custódi nos, Dómine, ut pupíllam óculi.

℟. Sub umbra alárum tuárum prótege nos.

Antiph. Salva nos.

Canticum Simeonis. Lucæ 2. c

Nunc dimittis servum tuum, Dómine, * secúndum verbum tuum in pace:

Quia vidérunt óculi mei * salutáre tuum,

Quod parásti * ante fáciem ómnium populórum.

Lumen ad revelatiónem géntium, * et glóriam plebis tuæ Israel.

Glória Patri.

Antiph. Salva nos, Dómine, vigilántes, custódi nos dormiéntes: ut vigilémus cum Christo, et requiescámus in pace.

Temp. Pasch. additur: Allelúja.

Seq. preces semper dicuntur præterquam in Officio Dupl. et infra Octav. quæ in fer. Off. temp. Adv. Quadrag. et in Quat. Temp., quando dictæ sunt Preces in Vesp. dicuntur flexis genibus.

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster. secreto. ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a malo. Credo in Deum. secreto. ℣. Carnis resurrectiónem. ℟. Vitam ætérnam. Am. ℣. Benedíctus es, Dómine Deus patrum nostrórum. ℟. Et laudábilis, et gloriósus in sæcula. ℣. Benedicámus Patrem, et Fílium, cum sancto Spíritu. ℟. Laudémus, et superexaltémus eum in sæcula. ℣. Benedíctus es, Dómine, in firmaménto cœli. ℟. Et laudábilis, et gloriósus, et superexaltatus in sæcula. ℣. Benedícat, et custódiat nos omnípotens, et miséricors Dóminus. ℟. Amen. ℣. Dignáre Dómine, nocte ista. ℟. Sine peccáto nos custodíre. ℣. Miserére nostri, Dómine. ℟. Miserére nostri. ℣. Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos. ℟. Quemádmodum sperávimus in te. ℣. Dómine exáudi oratiónem meam. ℟. Et clámor meus ad te véniat. ℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

Vísita, quæsumus Dómine, habitatiónem istam, et omnes insídias inimíci ab ea longe repélle: Angeli tui sancti hábitent in ea, qui nos in pace custódiant; et benedíctio tua sit super nos semper. Per Dóminum.

℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.
℣. Benedicámus Dño.
℟. Deo grátias.

Bened. Benedícat, et custódiat nos omnípotens, et miséricors Dóminus, Pater, et Fílius, et Spíritus sanctus.
℟. Amen.

Et non dic. Fidélium animæ; sed immediate dicit. una ex infrascr. Antiph. pro tempore.

A Vesp. Sabb. ante Domin. I. Adv. usq. ad Purificat. inclusive.

Antiphona.

Alma Redemptóris Mater, quæ pérvia cœli.
Porta manes, et stella maris, succúrre cadénti,
Súrgere qui curat, pópulo: tu quæ genuísti,
Natúra mirante, tuum sanctum Genitórem,
Virgo prius, ac postérius, Gabriélis ab ore
Sumens illud Ave, peccatórum miserére.

In Advent. ℣. Angelus Dñi nuntiávit Maríæ.
℟. Et concépit de Spíritu sancto.

Orémus.

Grátiam tuam, quæsumus Dómine, méntibus nostris infúnde: ut qui Angelo nuntiánte, Christi Fílii tui incarnatiónem cognóvimus, per passiónem ejus, et crucem ad resurrectiónis glóriam perducámur. Per eúmdem Christum.

A primis Vesperis Nativitatis, et deinceps, ℣. Post partum, Virgo invioláta permansísti.
℟. Dei Génitrix intercéde pro nobis.

Oratio.

Deus, qui salútis ætérnæ, beátæ Maríæ virginitáte fœcúnda, humáno géneri præmia præstitísti: tríbue, quæsumus; ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam merúimus auctórem vitæ suscípere Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.
℟. Amen.

Post Purificat., id est a fine Complet. diei ii. Febr. inclusive, etiam quando transfertur Festum Purif. B.M.V. usque ad Fer. v. in Cœna Domini exclusive.

Antiphona.

Ave Regina cœlorum,
Ave Dómina Angelorum:
Salve radix, salve porta,
Ex qua mundo lux est orta.
Gáude Virgo gloriósa,
Super omnes speciosa:

Vale o valde decóra,
Et pro nóbis Christum exóra.

℣. Dignare me laudáre te, Virgo sacráta.
℟. Da mihi virtútem contra hostes tuos.

Oratio.

Concéde, misericors Deus, fragilitáti nostræ præsídium: ut qui sanctæ Dei Genitricis memóriam ágimus, intercessiónis ejus auxilio a nostris iniquitátibus resurgamus. Per eúmdem Christum.

A Complet. Sabbati sancti usq. ad Nonam Sabb. post Pentecósten inclusive.

Antiphona.

Regina cœli lætáre, allelúja,
Quia quem meruisti portáre, allelúja.
Resurrexit, sicut dixit, allelúja.
Ora pro nobis Deum, allelúja.

℣. Gáude, et lætare, virgo María, allelúja.
℟. Quia surrexit Dóminus vere, allelúja.

Oratio.

Deus, qui per resurrectiónem Filii tui Dómini nostri Jesu Christi mundum lætificáre dignátus es: præsta quæsumus; ut per ejus genitricem virginem Maríam, perpétuæ capiámus gáudia vitæ. Per eúmdem Christum.

A primis Vesperis Festi Trinitatis, usque ad Nonam Sabbati ante Advent.

Antiphona.

Salve Regina, mater misericórdiæ, vita, dulcédo, et spes nostra salve. Ad te clamámus éxules filii Hevæ. Ad te suspirámus geméntes, et flentes in hac lacrymárum valle. Eja ergo advocáta nostra, illos tuos misericórdes óculos ad nos convérte. Et Jesum benedíctum fructum ventris tui nobis post hoc exílium osténde. O clemens, o pia, o dulcis virgo María.

℣. Ora pro nobis, sancta Dei Génitrix.

℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui gloriósæ Virginis Matris Mariæ corpus, et ánimam, ut dignum Fílii tui habitáculum éffici mererétur, Spíritu sancto cooperánte præparásti: da, ut cujus commemoratióne lætámur; ejus pia intercessióne ab instàntibus malis, et a morte perpétua liberémur. Per eúmdem Christum Dóminum.

℟. Divínum auxiliíum máneat semper nobiscum.

℟. Amen.

Deinde dicitur secreto, Pater noster, Ave María, et Credo.

Sic dicitur Complet. per totum Annum, præterquam in triduo majoris Hebdomadæ, et per Octav. Pasch. ut suo loco dicetur.

Si post Complet. immediate sequatur Matut. tunc bis dicatur, Pater, Ave, et Credo, quia Complet. quod est finis Officii, sic terminari debet; et ante Matut. iterum repet. pro principio Officii seq. diei.

Antiphonæ prædictæ dicuntur etiam in fine Laudum, quando discedendum est a Choro*; sed si immediate post Matutinum subsequatur Prima, vel alia Hora, dicuntur in fine ultimæ Horæ, ita ut dicantur semper, quando terminata aliqua Hora discedendum est a Choro; et tunc post ℣. Fidélium ánimæ, et Pater noster secreto, dicitur

℣. Dóminus det nobis suam pacem.

℟. Et vitam ætérnam, Amen.

Deinde una ex prædictis Antiphonis, et in fine, Divinum auxilium máneat semper nobíscum. ℟. Amen.

Extra Chorum autem dicuntur in fine Laudum, si tunc terminandum sit Officium, alio-

quin in fine ultimæ Horæ. Post alias vero Horas, quando terminatur Offic., dicitur tantum Pater noster secreto.

Ad Complet. pro Immaculata Concept. Antiphona.

℣. Tota pulchra es, María.

℟. Tota pulchra es, María.

℣. Et mácula originális non est in te.

℟. Et mácula originális non est in te.

℣. Tu glória Jerúsalem

℟. Tu lætítia Israel.

℣. Tu honorificéntia pópuli nostri.

℟. Tu advocáta peccatórum.

℣. O María.

℟. O María.

℣. Virgo prudentíssima.

℟. Mater clementíssima.

℣. Ora pro nobis.

℟. Intercéde pro nobis ad Dóminum Jesum Christum.

℣. In Conceptióne tua, Virgo, immaculata fuísti.

℟. Ora pro nobis Patrem, cujus Fílium peperísti.

Oremus.

Deus, qui per Immaculátam Virginis Conceptiónem dignum Filio tuo habitáculum præparásti: quæsumus; ut qui ex morte ejúsdem Filii sui prævísa, eam ab ómni labe præservásti; nos quoque mundos, ejus intercessióne ad te perveníre concédas. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. Amen.

Pro B. P. N. Francisco.

Ant. Cœlorum candor spléndduit, novum sidus emícuit, sacer Francíscus cláruit, cui Seraph. appáruit, obsígnans eum vúlnere in volis, plantis, látere, dum formam Crucis gérere vult corde, ore, ópere.

℣. Signásti, Dómine, servum tuum Franciscum.

℟. Signis rédemptiónis nostræ. Orémus.

Dómine Jesu Christe, qui frigescénte mun-

do, ad inflammándum corda nostra tui amóris igne, in carne beatíssimi Patris nostri Francisci Passiónis tuæ sacra Stigmata renovásti: concéde propítius; ut ejus méritis et précibus, crucem júgiter ferámus, et dignos fructus pœniténtiæ faciámus. Qui vivis, et regnas in sæcula.

Pro S. Ant. ad Compl.

Ant. O sidus Hispániæ, gemma paupertátis, Antóni, pater sciéntiæ, forma puritátis, tu lumen Itáliæ, doctor veritátis: tu sol nitens Páduæ signis claritátis. Amen.

℣. Prædicátor egrégie ora pro nobis Antóni beatíssime.

℟. Ut tua interventióne percipiámus gáudia vitæ.

Orémus.

Subvéniat plebi tuæ, quæsumus Dómine, præclári Confessóris tui beáti Antónii devóta, et jugis deprecátio, quæ in præsénti nos tua grátia dignos effíciat, et in futúro gáudia donet ætérna. Per Dóminum.

DEPRECATIONES

seu suffragia pro benefactoribus nostris dicenda post Completorium Feriae ii. iv. et vi. quando Officium non est dupl. Psal. Deus misereátur nostri. 27. cum Gloria Patri.

Psal. De profúndis. 91. in fine Réquiem ætérnam.

Pater noster. secreto.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed libera nos a malo.

℣. Orémus pro benefactóris nostris.

℟. Retribuére dignáre, Dómine, ómnibus nobis bona faciéntibus propter nomen tuum vitam ætérnam. Amen.

℣. Orémus pro fidélibus defúnctis.

℟. Réquiem ætérnam dona eis, Dómine et lux perpétua lúceat eis.

℣. Requiéscant in pace.

℟. Amen.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui vivórum domináris símul, et mortuórum, omniúmque miseréris, quos tuos fide, et ópere futúros esse prænóscis te súpplices exorámus, ut pro quibus effúndere preces decrévimus, quosque vel præsens sæculum adhuc in carne rétinet, vel futúrum jam exútos, córpore suscépit: intercedéntibus ómnibus Sanctis tuis, pietátis tuæ eleméntia, ómnium delictórum suórum véniam consequántur. Per Christum Dñm nostrum. ℟. Amen.

Seraphici Doctoris Sancti Bonaventuræ ad Divum Antonium de Padua:

RESPONSORIUM.

Si quæris mirácula,
mors, error, calámitas,
Dæmon, læpra fúgiunt:
ægri súrgunt sani.
Cedunt mare, víncula,
membra, resque pérditas,
Petunt, et accípiunt júvenes, et cani.
Péreunt perícula, cessat et necéssitas:
Narrent hi, qui séntiunt, dicant Paduáni.
Cedunt. Glória Pátri.
Cedunt.

℣. Ora pro nobis, beáte Antóni.
℟. Ut digni efficiámur promissiònibus Christi.

Orémus.

Ecclésiam tuam, Deus, beáti Antónii Confessóri tui commemorátio votíva lætíficet: ut spirituálibus semper muniátur auxíliis, et gáudiis pérfrui mereátur ætérnis. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

PROPRIUM
DE TEMPORE

SABBATO
ante Dominica primam Adventus.

AD VESPERAS

Capit. Rom. 13.d

Fratres, Hora est jam nos de somno súrgere. Nunc enim própior est nostra salus, quam cum credídimus.
℟. Deo grátias.
Sic semper respondetur in fine omnium Capit.

Hymnus.

Creátor alme síderum,
Ætérna lux credéntium,
Jesu Redémptor ómnium,
Inténde votis súpplicum.
Qui dæmonis ne fráudibus
Períret orbis, ímpetu
Amóris actus, lánguidi
Mundi medéla factus es.
Commúne qui mundi nefas
Ut expiáres, ad Crucem,
E Vírginis sacrário
Intácta prodis víctima.
Cujus potéstas glóriæ,
Noménque cum primúm sonat,
Et cœlites, et ínferi
Treménte curvántur genu.
Te deprecámur últimæ
Magnum diéi Júdicem,
Armis supérnæ grátiæ
Defénde nos ab hóstibus.
Virtus, honor, laus, glória
Deo Patri cum Fílio,
Sancto simul Paráclito,
In sæculórum sæcula.
Amen.
℣. Roráte cœli désuper, et nubes pluant justum.
℟. Aperiátur terra, et

gérminet Salvatórem.

Ad Magnificat. Antiph. Ecce nomen Dómini venit de longínquo, et cláritas ejus replet orbem terrárum.

Oratio.

Excita, quæsumus Dómine, poténtiam tuam, et veni: ut ab imminéntibus peccatorum nostrórum perículis, te mereámur protegénte éripi, te liberánte salvári. Qui vivis, et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia sæcula saeculorum ℟. Am.

Commemoration., seu Suffragia Sanctor. non fiunt per tot. Advent. etiam in Offic. de Sanct. nec de Cruce in feriali Officio.

In Advent. non fit de festo, nisi fuerit Dupl. vel Semid. quod si occurr. in Domin. transf. in prim. diem simili Festo non imped., secun. Rubr. de Translat. Festor. De Simplici vero fit tantum commem.

DOMINICA I.

Adventus.

Ad Matutinum. Invitatorium Regem ventúrum Dóminum, * Venite adorémus.

Et dicitur etiam in Feriis, usque ad Dominicam tertiam Adventus. Psalmus, Venite, exultemus, ut in Psalterio. 2.

Hymnus.

Verbum supérnum pródiens
E Patris ætérni sinu,
Qui natus orbi súbvenis
Labénte cursu témporis.

Illùmina nunc péctora,
Tuóque amóre cóncrema:
Ut cor cadúca déserens,
Cœli volúptas ímpleat.

Et, cum tribúnal Júdicis
Damnábit igni nóxios,
Et vox amíca débitum
Vocábit ad cœlum píos;

Non esca flammarum nigros
Volvámur inter túrbines,
Vultu Dei sed cómpotes,
Cœli fruámur gáudiis.

Patri, simúlque Filio,
Tibíque sancte Spíritus,
Sicut fuit, sit jugiter,
Sæculum per omne glória. Amen.

Antiphonæ et Psalmi Nocturnorum, ut in Psalt. 5.

Ad Laud., et per Horas,

Antiphona

In illa die stillábunt montes dulcédinem, et colles fluent lac et mel, allelúja.

Psal. Dóminus regnavit. 26.

Antiph. Jucundáre filia Sion, et exúlta satis filia Jerúsalem, allel. Psal. Jubilate 26.

Aña. Ecce Dóminus véniet, et omnes sancti ejus cum eo: et erit in die illa lux magna, allelúja. Ps. Deus Deus meus 27.

Aña. Omnes sitiéntes veníte ad aquas: quærite Dóminum, dum inveníri potest, allelúja. Cantic. Benedicite 28.

Aña. Ecce véniet Prophéta magnus, et ipse renovábit Jerúsalem, allelúja.

Psal. Laudáte Dóminum de cœlis 29.

Capitul. Fratres, Hora est, ut supra 235.

Hymnus

En clara vox redárguit
Obscúra quæque, pérsonans:
Procul fugéntur sómnia:
Ab alto Jesus prómicat.

Mens jam resurgat tórpida,
Non ámplius jacens humi:
Sidus refúlget jam novum,
Ut tollat omne nóxium.

En Agnus ad nos míttitur
Laxáre gratis débitum:
Omnes simul cum lácrymis
Precémur indulgéntiam.

Ut cum secúndo fúlserit,
Metúque mundum cínxerit,
Non pro reátu púniat,
Sed nos pius tunc prótegat.

Virtus, honor, laus, glória
Deo Patri cum Fílio,
Sancto simul Paráclito,
In sæculórum sæcula. Amen.

℣. Vox clamántis in desérto: Paráte viam Dñi.
℟. Rectas fácite sémitas ejus.

Ad Benedict. Aña. Spíritus sanctus in te descéndet, María: ne tímeas, habébis in útero Fílium Dei, allelúja.

Oratio. Excita, quæsumus 236.

Ad Primam, Tertiam, Sextam et Nonam, Antiphonæ de Laud. dicuntur per ordinem, quarta prætermissa: quod etiam servatur in aliis Dominicis Advent.

Ad Primam, Hymnus. Jam lucis orto sídere. 34

Antiph. In illa die.

Psal. Deus in nómine tuo, cum rel. de Psal 34.

Capitul. Regi sæculórum. 40.

℟. br. Christe, Fili Dei vivi, * Miserére nobis.
Repet. Christe, Fili Dei vivi, * Miserére nobis.
℣. Qui ventúrus es in mundum. Miserére nobis. Glória Patri, et Fílio, et Spíritui sancto. Christe, Fili Dei vivi, miserére nobis.
℣. Exúrge, Christe, ádjuva nos.
℟. Et líbera nos propter nomem tuum.

Sic dicitur quotidie usque ad Nativ. Domini, etiam in Officio de Sanctis; prælerquam in die, et infra Octavam Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis.

Deinde. Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster. Credo.
℣. Et ego ad te, Dómine., cum rel. ut in Psalterio. 41.

Ad Absol. Capit., Lect. br. Dñe miserére, 44. quæ dicit. in Domin., et Fer. usq. ad Vig. Nativ. Domini exclus.

Ad Tertiam, Hymnus. Nunc sancte, 53. Ant. Jucundáre. Psal. Legem pone, cum rel. 53.

Capitul. Fratres, Hora est. 235.

℟. br. Veni ad liberándum nos, * Dómine Deus virtútum. Et repetitur. Veni ad liberándum nos, Dómine Deus virtútum.

℣. Osténde fáciem tuam, et salvi érimus. Dómine Deus virtútum. Glória Patri. Veni.

℣. Timébunt gentes nomen tuum, Dómine.

℟. Et omnes reges terræ glóriam tuam.

Sic repetuntur ℣℣. in omnibus ℟℟. brevibus Horarum.

Ad Sextam, Antiph. Ecce Dóminus.

Capit. Rom. 13. d

Nox præcéssit, dies autem appropinquávit: abjiciamus ergo ópera tenebrárum, et induámur arma lucis.

℟. br. Osténde nóbis, Dómine, * Misericórdiam tuam. Osténde.

℣. Et salutáre tuum da nobis. * Misericórdiam tuam. Glória. Osténde.

℣. Meménto nostri, Dómine in beneplácito pópuli tui. ℟. Visita nos in salutári tuo.

Ad Nonam, Antiph. Ecce véniet. . .

Capit. Rom. 13. 13.

Sicut in die honéste ambulémus: non in comessatiónibus et ebrietátibus, non in cubílibus et impudicítiis, non in contentióne et æmulatióne: sed induímini Dóminum Jesum Christum.

℟. br. Super te, Jerúsalem, * Oriétur Dóminus. Super.

℣. Et glória ejus in te vidébitur. Oriétur. Glória Patri. Super.

℣. Dómine Deus virtútum, convérte nos.

℟. Et osténde fáciem tuam, est salvi érimus.

Ad Vesp. Ant. In illa die. cum rel. de Laud. 237. Psal. Dixit Dñs, cum rel. de Dom. 189. Capit. Hymn. et ℣. ut supra in I. Vesp. 235.

Ad Magnificat. Antiph. Ne tímeas, Maria; in-

venisti enim grátiam apud Dóminum: ecce concípies, et páries fílium, allelúja.
Oratio. Excita, quæsumus. 236.
Hymni, ℣. et Respons. brev. hujus Domin. dicunt. in aliis Domin., et Feriis Adv. Post Vesp. diei dicuntur Vesp. Defunct.

FERIA SECUNDA.
Ad Matut. Invitator. Regem venturum 236.
Hymn. Verbum supernum 236.
Ant. Dominus defensor. Psalm. Dominus illuminatio cum rel. de Psalt. 70
Ad Laudes, Ant. et Ps. Miserére, cum reliq. de Psalterio. 86.
Capit. Isaiæ 11.
Veníte, et ascendámus ad montem Dómini, et ad domum Dei Jacob; et docébit nos vias suas, et ambulábimus in sémitis ejus: quia de Sion exíbit lex, et vérbum Dómini de Jerúsalem.
Hymn. En clara. 237.
℣. Vox clamántis. 238.
Ad Benedictus Antiph. Angelus Dómini nuntiávit Mariæ, et concépit de Spíritu sancto, allelúja.
Deinde dicuntur Preces, Kyrie eléison, Pater noster.
℣. Ego dixi, Dómine. ut in Psalterio. 90.
Oratio. Excita quæsumus: 236.
Orat. Domin. præteritæ semp. dicit. per Hebdomad. in fer. Officio, quando propria non assignatur. Et ad Horas Antiph. sumuntur de Laud. Domin. præced. quando ad Laud. Fer. non assign. propriæ. Hodie dicitur Officium Defunctorum.
Ad Primam, Antíph. In illa die. Capit. Pacem et veritátem, ut in Psalt. 50. et ℟. br. ut in Dom. i. Adv. 237.
Deinde Preces. ut in Psalt. in fer. Offic. 51.
Ad Absol. Cap. Dómine, miserére, ut in Psalt. 44.

Ad alias Horas Ant. de Dom. 237, quarta prætermis. Cap. et ℟. br. ut in Psalt. in prop. loc. 57. 62. 68.

Ad Vesp. Ant. Inclinávit. Ps. Dilexi, cum rel. de Ps. 194.

Capit. Gen. 49. 10.

Non auferétur sceptrum de Juda, et dux de fémore ejus, donec véniat qui mitténdus est: et ipse erit expectátio Géntium.

Hymn. Creátor alme. ℣. Roráte cœli. 235.

Ad Magnific. Ant.

Leva, Jerúsalem,* óculos uos, et vide poténtiam Regis: ecce Salvátor venit sólvere te a vinculo.

Deinde Kyrie el. cum Prec. 197. Capit. pred. dicunt. in fer. Off. usq. ad Vig. Nat. Dñi exclus.

FERIA TERTIA.

Ad Benedict. Antiph.

Antequā convenírent,* invénta est Maria habens in útero de Spíritu sancto, allelúja.

Deinde, Kyrie el. 90.

Ad Magnific. Antiph.

Quærite Dñm,* dum inveníri potest: invocáte eum, dum prope est, all.

Deinde, Kyrie el. 197

FERIA QUARTA.

Ad Benedict. Antiph.

De Sion,* exíbit lex, et verbum Dómini de Jerúsalem.

Deinde, Kyrie el. 90.

Ad Magnific. Antiph.

Véniet,* fórtior me post me, cujus non sum dignus sólvere corrígiam calceamentórum.

Deinde, Kyrie el. 197.

FERIA QUINTA

Ad Benedict. Antiph.

Benedicta tu* in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui.

Deinde, Kyrie el. 90.

Ad Magnific. Antiph.

Expectábo * Dóminum Salvatórem meum, et præstolábor eum dum prope est, allelúja.

Deinde, Kyrie 197.

FERIA SEXTA

Ad Benedict. Antiph.

Ecce véniet * Deus et homo de domo David sedére in throno, allel.

Deinde, Kyrie el. 90.

Ad Magnific. Antiph. **Ex Ægypto* vocávi Filium meum: véniet, ut salvet pópulum suum.**

Deinde. Kyrie el. 197.

SABBATO

Ad Benedict. Antiph. **Sion noli timére,* ecce Deus tuus véniet, allel.**

Deinde, Kyrie eléis. 90.

Ad Vesperas.

Capit. **Rom. 15. 4.**

Fratres, quæcúmque scripta sunt, ad nostram doctrínam scripta sunt: ut per patiéntiam, et consolatiónem scripturárum, spem habeámus.

Hymn. **Creátor alme.**

℣. **Roráte cœli. 235.**

Ad Magnific. Antiph. **Veni, Dómine* visitáre nos in pace, ut lætémur coram te corde perfécto.**

Oratio.

Excita, Dómine, corda nostra ad præparándas Unigéniti tui vias: ut per ejus advéntum, purificátis tibi méntibus servíre mereámur: Qui tecum vivit etc.

DOMINICA II.

Adventus.

Ad Matutin., Invitat., Hymnus: et rel. ut in prima Dominica **236.**

Ad Laud., et per Hor. Antiphona.

Ecce in núbibus* cœli Dóminus véniet cum potestáte magna, allel.

Psal. **Dóminus regnavit.** cum rel. **26.**

Antiph. **Urbs fortitúdinis nostræ Sion, Salvátor, ponétur in ea murus et antemuràle: aperite portas, quia nobiscum Deus, allelúja.**

Aña. **Ecce apparébit* Dóminus, et non mentiétur: si moram fécerit, expecta eum, quia véniet, et non tardábit all.**

Antiph. **Montes et colles cantábunt corám Deo láudem, et ómnia ligna silvárum pláudent mánibus: quóniam véniet dominátor Dóminus in regnum ætérnum, allelúja, allelúja.**

Antiph. **Ecce Dóminus noster* cum virtúte véniet, et illuminábit ó-**

culos servórum suórum allelúja.

Cap. Fratres, Quæcúmque, ut supra.

Hymn. En clara. 237.

℣. Vox clamántis in desérto: Paráte viam Dñi.

℟. Rectas fácite sémitas ejus.

Ad Benedict. Aña Joánnes autē * cúm audísset in vínculis ópera Christi, mittens duos ex discípulis suis, ait illi: Tu es qui ventúrus es, an álium expectámus?

Oratio Excita, Dómine, ut supra. 242.

Ad Tertiam. Antiph. Urbs fortitúdinis.

Cap. Fratres, Quæcúmque scripta, ut supra.

℟. br. Veni ad liberándum nos, Dómine Deus virtútum. Veni.

℣. Osténde fáciem tuam, et salvi érimus. Dómine. Glória Patri. Veni.

℣. Timébunt Gentes nomen tuum, Dómine.

℟. Et omnes reges terræ glóriam tuam.

Ad Sextam. Antiphona Ecce apparébit.

Capit. Rom. 15. 5.

Deus autem patiéntiæ, et solàtii, det altérutrum sápere in vobis idípsum secùndum Jesum Christum: ut unánimes, uno ore honorificétis Deum et Patrem Dñi nostri Jesu Christi.

℟. br. Osténde nobis, Dómine, * Misericórdiam tuam. Osténde.

℣. Et salutáre tuum da nobis. Misericórdiam. Glória Patri. Osténde.

℣. Meménto nostri, Dómine, in beneplácito pópuli tui.

℟. Vísita nos in salutari tuo.

Ad Nonam. Antiphona Ecce Dóminus noster.

Capit. Rom. 15. 3.

Deus autem spei répleat vos omni gáudio, et pace in credéndo: ut abundétis in spe et in virtúte Spíritus sancti.

℟. br. Super te, Jerúsalem, * Oriétur Dóminus. Super.

℣. Et glória ejus in te vidébitur. Oriétur. Glória Patri. Super.

℣. Dómine Deus virtútum convérte nos.
℟. Et osténde fáciem tuam, et salvi érimus.
Ad Vesperas, Antiph. Ecce in núbibus, cum rel. de Laud. Psal. Dixit Dóminus, cum rel. de Dóminica. 189.
Capit. Fratres, Quæcúmque. ut supra 242.
Hymn. Creátor alme.
℣. Roràte cœli. 235.
Ad Magnificat, Antiph. Tu es qui ventúrus es,* an álium expectámus? Dícite Joánni quæ vidístis: Ad lumen rédeunt cæci, mórtui resúrgunt, páuperes evangelizántur, allelúja.
Oratio. Excita Dómine. ut supra 242.
Post Vesp. diei dicuntur Vesp. Defunct.

FERIA SECUNDA

Ad Laud., Aña. et Psal. Miserére, cum rel. 86.
Cap. Veníte. 240.
Hymnus. En clara 237.
℣. Vox clamántis. 238.
Ad Bened. Antiph. De cœlo véniet *dominátor Dñs, et in manu ejus honor, et impérium.
Dein. Kyrie eléis. 90.
Oratio. Excita, Dñe 242.
Hodie dicitur Off. Def.
Ad Magnific. Aña. Ecce véniet Rex * Dóminus terræ, et ipse áuferet jugum captivitátis nostræ.
Dein. Kyrie eléis. 197.

FERIA TERTIA.

Ad Benedict. Aña. Super te * Jerúsalem oriétur Dóminus, et glória ejus in te vidébitur.
Dein. Kyrie eleis. 90.
Ad Magn. Aña. Vox clamántis * in desérto: Paráte viam Dómini, rectas fácite sémitas Dei nostri.
Dein. Kyrie eléis. 197.

FERIA QUARTA.

Ad Benedictus, Aña. Ecce ego mitto * Angelum meum, qui præparábit viam meam ante fáciem tuam.
Dein. Kyrie eléis. 90.
Ad Magnificat, Aña. Sion renováberis * et vidébis Justum tuum, qui ventúrus est in te.
Dein. Kyrie eléis. 197.

FERIA QUINTA.

Ad Benedictus, Aña. Tu es qui ventúrus es,* Dómine, quem expectámus, ut salvum fácias pópulum tuum.

Dein. Kyrie eléison. 90.

Ad Magnificat, Aña. Qui post me véniet,* ante me factus est: cujus non sum dignus calceaménta sólvere.

Dein. Kyrie eléis. 197.

FERIA SEXTA.

Ad Benedict., Antiph. Dicite, Pusillánimes confortámini: ecce Dñs Deus noster véniet.

Dein. Kyrie eléis. 90.

Ad Magnific., Aña Cantáte Dómino* cánticum novum: laus ejus ab extrémis terræ.

Dein. Kyrie eléis. 197.

SABBATO

Ad Benedict., Antiph. Levábit Dñs signum * in natiónibus, et congregábit dispérsos Israel.

Dein. Kyrie eléison. 90.

Ad Vesperas.

Capit. Phil. 4.

Fratres, Gaudéte in Dómino semper: íterum dico, gaudéte. Modéstia vestra nota sit ómnibus homínibus: Dóminus enim prope est.

Hymn. Creátor alme.

℣. Roráte. 235.

Ad Magnific., Antiph. Ante me * non est formátus Deus, et post me non erit: quia mihi curvábitur omne genu, et confitébitur omnis lingua.

Oratio

Aurem tuam, quæsumus Dómine, précibus nostris accómmoda: et mentis nostræ ténebras grátia tuæ visitatiónis illústra. Qui vivis, et regnas cum Deo Patre.

DÓMINICA III.

Adventus.

Ad Matutin., Invitat., Prope est jam Dóminus: * Veníte adorémus.

Et dicitur quotid. usq. ad vigil. Nativ. Dom. exclusive Ps. Venite 2. Hymn. Verbum supernum 236.

Ad Laud., et per Horas.

Antiphona.

Véniet Dñs, * et non tardábit, et illuminábit abscóndita tenebrárum, et manifestábit se ad omnes gentes, all.

Psal. Dóminus regnávit, cum rel. 26.

Ant. Jerúsalem gáude * gáudio magno, quia véniet tibi Salvátor, allelúja.

Aña. Dabo in Sion * salútem, et in Jerúsalem glóriam meam, allel.

Aña. Montes et omnes colles * humiliabúntur: et erunt prava in dirécta, et áspera in vias planas: veni, Dómine, et noli tardáre, allel.

Aña. Juste et pie * vivámus, expectántes beátam spem, et adventum Dómini.

Capit. Frátres, Gaudéte, ut supra 245.

Hymn. En clara. 237.

℣. Vox clamántis in desérto: Paráte viam Dómini.

℟. Rectas fácite sémitas ejus.

Ad Benédict., Aña. Super sólium David, * et super regnum ejus sedébit in ætérnum, allel.

Orat. Aurem tuam, ut supra, 245.

Ad Tertiam, Antiph. Jerúsalem gáude.

Capit. Fratres, Gaudéte. 245.

℟. br. Veni ad liberándum nos, * Dómine Deus virtútum. Veni.

℣. Osténde fáciem tuam, et salvi érimus. Dómine.

Glória Patri. Veni.

℣. Timébunt Gentes nomen tuum, Dómine.

℟. Et omnes reges terræ glóriam tuam.

Ad Sextam, Antiph. Dabo in Sion.

Capit. Phil. 4. b

Nihil sollíciti sitis, sed in omni oratióne, et obsecratióne cum gratiárum actióne, petitiónes vestræ innotéscant apud Deum.

℟. br. Osténde nobis, Dómine, * Misericórdiam tuam. Ostende.

℣. Et salutáre tuum da nobis. Misericórdiam.

Glória Patri. Osténde.
℣. Meménto nostri, Dómine, in beneplácito pópuli tui. ℟. Vísita nos in salutári tuo.

Ad Nonam, Antiph. Juste, et pie.

Capit. Phil. 4. b

Et pax Dei, quæ exúperat omnem sensum, custódiat corda vestra, et intelligéntias vestras, in Christo Jesu Dómino nostro.

℟. br. Super te Jerúsalem, * Oriétur Dóminus. Super.
℣. Et glória ejus in te vidébitur. Oriétur. Glória Patri. Super.
℣. Dómine Deus virtútum convérte nos.
℟. Et osténde fáciem tuam, et salvi érimus.

Ad Vesper. Antiphona. Véniet Dóminus, cum reliq. de Laud.

Psalm. Dixit Dóminus, cum reliq. 189.

Capit. Fratres, Gaudéte, ut supra 245.

Hymn. Creátor alme.
℣. Roráte. 235.

Ad Magnificat, Ant. Beáta es, María, quæ credidísti Dómino: perficiéntur in te, quæ dicta sunt tibi a Dño, al.

Orat. Aurem tuam. 245.

Post Vesp. diei dicuntur Vesperæ Defunct. Aña Beáta es, prætermittitur, si hodie ejus loco ponenda sit una ex Añis. majoribus, ut infra: quibus semper cedunt Añæ, propriæ aliis diebus ad Magnificat assignatæ.

Seq. Añæ. majores ad Magnificat inchoantur die xvii. Dec. et singulæ ante, et post Magnificat integræ sicut in Duplicibus, dicunt. per ordinem usq. ad diem ante Vig. Nativ. Si vero Festum fuerit, dicunt. post Oration. Festi, pro commem. Adv.

Antiphona. 17

O Sapiéntia, quæ ex ore Altíssimi prodiísti, attíngens a fine usque ad finem, fórtiter, suavitérque dispónens ómnia: veni ad docéndum nos viam prudéntiæ.

Antiphona. 18
O Adónai, et dux domus Israel, qui Móysi in igne flammæ rubi apparuísti, et ei in Sina legem dedísti: veni ad rediméndum nos in bráchio extento.

Antiphona. 19
O Radix Jesse, qui stas in signum populórum, super quem continébunt reges os suum, quem Gentes deprecabúntur: veni ad liberándum nos, jam noli tardáre.

Antiphona. 20
O Clavis David, et sceptrum domus Israel; qui áperis,et nemo cláudit; cláudis, et nemo áperit: veni, et educ vinctum de domo cárceris, sedéntem in ténebris, et umbra mortis.

Antiphona. 21
O Oriens, splendor lucis ætérnæ, et sol justítiæ: veni, et illúmina sedéntes in ténebris, et umbra mortis.

Antiphona. 22
O Rex Géntium, et desiderátus eárum, lapísque anguláris, qui facis útraque unum: veni, et salva hóminem, quem de limo formásti.

Antiphona. 23
O Emmánuel, Rex et légifer noster, expectátio Géntium, et Salvátor eárum: veni ad salvándum nos, Dómine Deus noster.

Seq. Añæ ad Laud., et per Hor. dicunt. in sex Fer. ante Vig. Nativ. incipiendo a die xvii. Dec. ab Añis, quæ Feriæ illius diei assignantur. Similiter et aliæ dicuntur in propriis Feriis.

Quod si dies xvii. fuerit Dom., Añæ inchoantur seq. Fer. ii. quæ erit dies xviii. Quæ autem dicendæ essent die in quo occurrit Fest. S. Thomæ, dicúnt. in Sabbato cum Psalmis Sabbati quarta Aña. prætermissa, cujus loco dic. Antiph. **Expectétur**, 250. Nisi

Vig. Nativ. venerit in Dominica: tunc enim in Sabb. dicunt. Añæ de Laud. Dom. quarta prætermissa, cujus loco dicit. Aña. Expectétur. Aña. ad Benedict., et Orat. dic. ut in Sabb. Quat. Tempor. ponitur.

253. Antiph. vero de Laud. quæ occurrunt in die S. Thomæ, eo anno prætermittuntur: et in Domin. tunc dicuntur Añæ. de Vig., ut infra dicetur in Rubr. de Vig. Similiter omittitur Aña. Expectétur quando illud Fest. in Sabb. venerit.

FERIA SECUNDA

Ad Laud., et per Hor., Antiphona.

Ecce véniet Dóminus, princeps regnum terræ: beáti, qui paráti sunt occurrére illi.

Psal. ejusdem Fer. 186.

Ant. Cum vénerit * Filius hóminis, putas invéniet fidem super terram? Ant. Ecce jam venit* plenitúdo témporis, in quo misit Deus Fílium suum in terra.

Ant. Hauriétis áquas in gáudio de fóntibus Salvatóris.

Ant. Egrediétur Dóminus de loco sancto suo: véniet ut salvet pópulum suum.

FERIA TERTIA

Ad Laud. et per Hor., Antiphona.

Roráte cœli désuper, et nubes pluant justum: aperiátur terra, et gérminet Salvatórē.

Psal. ejusdem Fer. 106.

Ant. Emitte agnum, Dómine, dominatórem terræ, de petra desérti ad montem filiæ Sion.

Aña. Ut cognoscámus, Dómine, in terra viam tuam, in ómnibus Géntibus salutáre tuum.

Ant. Da mercédem, Dómine, sustinéntibus te, ut Prophétæ tui fideles inveniántur.

Ant. Lex per Móysen data est, grátia et véritas per Jesum Christum. facta est.

FERIA QUARTA

Ad Laud., et per Hor.,

Antiphona.

Prophétæ prædicavérunt* nasci Salvatórem de Virgine Maria.

Psal. ejusdem Fer. 121.

Ant. Spíritus Dómini * super me, evangelizáre paupéribus misit me.

Aña. Propter Sion *non tacébo, donec egrediátur ut splendor Justus ejus.

Aña. Ecce véniet Dominus, * ut sédeat cum princípibus, et sólium glóriæ téneat.

Aña. Annuntiate pópulis,* et dícite: Ecce Deus Salvátor noster véniet.

FERIA QUINTA

Ad Laud., et per Hor.,

Antiphona.

De Sion * véniet Dóminus omnípotens, ut salvum fáciat pópulum suum.

Psal. ejusdem Fer. 143.

Aña. Convértere Domine, *aliquántulum, et ne tardes veníre ad servos tuos.

Ant. De Sion * véniet, qui regnatúrus est Dóminus, Emmánuel magnum nomen ejus.

Ant. Ecce Deus meus,* et honorábo eum: Deus Patris mei, et exaltábo eum.

Ant. Dóminus * legifer noster Dóminus Rex noster, ipse véniet, et salvábit nos.

FERIA SEXTA

Ad Laud., et per Hor.,

O Antiphona.

Constántes estóte, *vidébitis auxilium Dómini super vos.

Psal. ejusdem Fer. 160.

Ant. Ad te, Dómine, * levávi ánimam meam: veni, et éripe me, Dómine, ad te confúgi.

Aña. Veni, Dómine,* et noli tardáre: reláxa facinora plebi tuæ Israel.

Ant. Deus a Líbano véniet * et splendor ejus sicut lumen erit.

Ant. Ego autem* ad Dóminum aspíciam, et expectábo Deum Salvatórem meum.

SABBATO

Ant. secundum superiorem Rubr. 248.

Ad Canticum vero Aña.

Expectétur sicut plúvia

elóquium meum: et descéndet super nos sicut ros Deus noster.
Ps.ut in Laud. Sab.183.
In festo S. Thomæ pro commem. Adv. ad Benedict. Aña: **Nolíte timére: quinta enim die véniet ad vos Dóminus noster.**
Si vero contingat festum S. Thomæ transferri in ii. Feriã., Aña. prædicta dicit. ad Benedict. in Domin., loco Antiph. **Ave María.**
Ultimo die ante Vigil. Nativ. ad Benedict. Aña. **Ecce compléta sunt * ómnia, quæ dicta sunt per Angelum de Vírgine María.**
Quibus Añis. cedunt aliæ Añæ in propriis locis ad Bened. assignatæ.

FERIA SECUNDA

Ad Laud. Aña. et Psal. **Miserére,** cum reliq. de Psalt. **86.** nisi dicendæ sint Añæ. secundum superiorem rubr. **248.**
Cap. **Veníte,** ut sup. **240.**
Hymn. **En clara. 237.**
℣. **Vox clamántis. 238.**
Ad Bened. Aña. **Egrediétur * virga de radíce Jesse, et replébitur omnis terra glória Dòmini: et videbit omnis caro salutáre Dei.**
Dein. **Kyrie eléis. 90.**
Oratio. **Aurem. 245.**
Hodie dic. Off. Defunct.
Ad Magnificat, Ant. **Beátam me dicent * omnes generatiónes, quia ancíllam húmilem respéxit Deus.**
Nisi dicenda sit Aña. **O.**
Dein. **Kyrie eléis. 197.**

FERIA TERTIA.

Ad Benedictus. Ant. **Tu Béthlehem * terra Juda, non eris mínima: ex te enim éxiet Dux, qui regat pópulum meum Israel.**
Deín. **Kyrie eléison. 90.**
Ad Magnificat: Antiph. **Eleváre, eleváre, * consúrge Jerúsalem: solve víncula colli tui, captíva fília Sion.**
Nisi dicenda sit Aña **O.**
Dein. **Kyrie eléis. 197.**

FERIA QUARTA.

Quatuor Temporum.
Ad Benedictus, Ant.

Missus est Gábriel* Angelus ad Mariam Vírginem desponsátam Joseph.

Dein. **Kyrie eléison. 90.**

Oratio.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus: ut redemptionis nostræ ventúra solémnitas, et præsentis nobis vitæ subsídia cónferat, et ætérnæ beatitúdinis præmia largiátur. Per Dóminum.

Et dicit. ad omnes Horas, præterquam in Vesperis.

Ad Magnificat. Ant.

Ecce ancílla Dómini :* fiat mihi secúndum verbum tuum.

Nisi dicenda sit Aña. **O.**

Post Preces dic. Orat. Domin. præced. **Aurem tuam. 245.**

FERIA QUINTA

Ad Benedict. Antiph.

Vigiláte *ánimo, in próximo est Dóminus Deus noster.

Nisi occurrat Fest. S. Thomæ: quia tunc, ea prætermissa, dic. Ant. **Nolite timére 251. Quod** etiam servatur in seq. diebus, quando illud Festum occurrit.

Dein. **Kyrie eléison. 90.**

Ad Magnificat. Ant.

Lætámini *cum Jerúsalem, et exultáte in ea omnes, qui diligitis eam in æternum.

Nisi dicenda sit Ant. **O**

Dein. **Kyrie eléis. 197.**

FERIA SEXTA

Quatuor Temporum.

Ad Benedictus Ant.

Ex quo facta est* vox salutatiónis tuæ in áuribus meis, exultávit in gáudio infans in útero meo, allelúja.

Dein. **Kyrie eléison. 90.**

Oratio.

Excita, quæsumus Dómine, poténtiam tuam, et veni: ut hi, qui in tua pietáte confídunt, ab omni cítiús adversitáte liberéntur: Qui vivis, et regnas etc.

Et dic. ad omnes Hor., prætereq. in Vesperis.

Ad Magnificat. Antiph.

Hoc est testimónium, * quod perhíbuit Joán-

nes: Qui post me venit, ante me factus est. Nisi dicenda sit Ant. O. Dein. Kyrie eléison 197. Oratio Domin. præced.

SABBATO

Quatuor Temporum.

Ad Benedictus, Antiph. Quómodo fiet istud, * Angele Dei, quóniam virum non cognósco? Audi María Virgo: Spíritus sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi. Nisi dicenda sit Aña. Nolíte timére, ut supra 251 et nisi hæc fuerit dies ante Vig. Nat. quia tunc ea prætermi., dic. Ant. Ecce compléta sunt omnia, quæ dicta sunt per Angelum de Virgine Maria: Quod etiā servatur (si idem contingat) in sequentibus diebus. Dein. Kyrie eléis. 90.

Oratio.

Deus, qui cónspicis, quia ex nostra pravitáte afflígimur: concéde propítius; ut ex tua visitatióne consolémur: Qui vivis.

Et dic. per omnes Hor.

Ad Vesperas.

Capit. 1. Cor. 4.

Fratres, Sic nos existimet homo, ut minístros Christi, et dispensatóres mysteriórū Dei. Hic jam quæritur inter dispensatóres, ut fidélis quis inveniátur. Hymn. Creátor alme. ℣. Roráte cœli. 235. Ant. Ad Magnificat, una ex majoribus, O.

Oratio.

Excita, quæsumus Dómine, poténtiam tuam, et veni, et magna nobis virtúte succúrre: ut per auxílium grátiæ tuæ, quod nostra peccáta præpédiunt, indulgéntia tuæ propitiatiónis accéleret: Qui vivis etc.

DOMINICA IV.

Adventus.

Ad Matut. Invitatorium Prope est jam Dñs: * Venite, adoremus 245. Psalm. Venite 2. Hymnus et reliq. ut in 1. Domin. 236. Ad Laud., et per Hor.

Antiphona.

Cánite tuba * in Sion, quia propé est dies Dómini: ecce véniet ad salvándum nos, allelúja, allelúja.

Psal. Dóminus regnávit, cum reliq. 26.

Ant. Ecce véniet * desiderátus cunctis Géntibus: et replébitur glória domusDómini,allel.

Ant. Erunt prava * in dirécta, et áspera in vias planas: veni, Dñe, et noli tardáre, allel.

Ant. Dóminus véniet, * occùrrite illi, dicéntes: magnum princípium, et regni ejus non erit finis: Deus, Fortis, Dominátor, Princeps pacis, allelúja, allelúja.

Ant. Omnípotens sermo tuus,*Dómine, a regálibus sédibus véniet, allelúja.

Capitul. Fratres, Sic nos. 253.

Hymn. En clara. 237.

℣. Vox clamántis in desérto: Paráte viám Dñi.

℟. Rectas fácite sémitas ejus.

Ad Benedictus, Antiph. Ave, María, *grátia plena: Dñs tecum: Benedicta tu in muliéribus, allelúja.

Nisi dicenda sit Ant. Nolíte timére, vel. Ant. Ecce compléta. 251.

Oratio. Excita, quæsumus. ut supra 253.

Ad Tert. Antiphona

Ecce véniet.

Capit. Fratres, Sic nos exístimet. 253.

℟. br. Veni ad liberándum nos, Dómine, Deus virtútum. Veni.

℣. Osténde fáciem tuam, et salvi érimus Dñe. Glória Patri. Veni.

℣. Timébunt Gentes nomen tuum, Dómine.

℟. Et omnes reges terræ glóriam tuam.

Ad Sextam, Antiphona

Erunt prava.

Capit. 1. Cor. 4. 3.

Mihi autem pro mínimo est, ut a vobis júdicer, aut ab humáno die: sed neque meípsum júdico.

℟. br. Osténde nobis, Dómine, * Misericór-

diam tuam. Osténde.
℣. Et salutáre tuum da nobis. Misericordiam.
Glória Patri. Osténde.
℣. Meménto nostri, Dómine, in beneplácito pópuli tui.
℟. Vísita nos in salutári tuo.

Ad Nonam.

Ant. Omnípotens sermo.

Capit. 1. Cor. 4. 5.

Itaque nolíte ante tempus judicáre, quoadúsque véniat Dóminus: qui et illuminábit abscóndita tenebrárum, et manifestábit consília córdium: et tunc laus erit unicuíque a Deo.
℟. br. Super te Jerúsalem, * Oriétur Dóminus. Super.
℣. Et glória ejus in te vidébitur. Oriétur.
Glória Patri. Super.
℣. Dómine Deus virtútum convérte nos.
℟. Et osténde faciem tuam, et salvi érimus.

Ad Vesper. Ant. Cánite tuba, cum reliq. de Laudibus, ut sup. 254.
Psalm. Dixit Dóminus, cum reliquis 189.
Capitul. Fratres, Sic nos 253.
Hymn. Creátor.
℣. Roráte cœli. 235.
Ad Magnif. Ant. O.
Oratio. Excita quæsumus. ut supra. 253.
Post Vesp. diei dicun. Vesp. Defunctorum.

FERIA SECUNDA.

Ad Laudes, Ant. secundum superiorem Rubr. 248.
Psalm. Miserére cum reliq. de Psalt. 86.
Ad Benedictus, Ant. Dicit Dóminus:* pœniténtiam ágite: appropinquávit enim regnum cœlórum, allelúja.
Nisi dicenda sit Ant. Nolíte timére, vel Ant. Ecce compléta. 251.
Deinde. Kyrie elé. 90.
Orat. Dominicæ præteritæ. Excita, quæsumus. 253.
Hodie dicitur Officium Defunctorum.
Ad Magnificat, Ant. O.

Dein. Kyrie eléis. 197.

FERIA TERTIA

Ad Benedictus, Ant.
Consúrge, consúrge: * indúere fortitúdinem bráchium Dómini.
Nisi dicenda sit Ant. Nolíte timére, vel Ant. Ecce compléta. 251.
Dein. Kyrie eléison. 90.
Ad. Magnif. Ant. O.
Dein. Kyrie eléis. 197.

FERIA QUARTA

Ad Benedictus, Ant.
Ponam in Sion salútem, et in Jerúsalem glóriam meam, allel.
Nisi dicenda sit Ant. Nolíte timére, vel Ant. Ecce compléta, 251.
Dein. Kyrie eléison. 90.
Ad Magnif. Ant. O.
Dein. Kyrie eléison. 197

FERIA QUINTA

Ad Benedictus, Ant.
Consolámini, consolámini, pópule meus, dicit Dóminus Deus vester.
Nisi dicenda sit Ant. Nolíte timére, vel Ant. Ecce compléta. 251.
Dein. Kyrie eléison. 90.
Ad Magnif. Ant. O.
Dein. Kyrie eléisón. 197.

FERIA SEXTA

Ad Benedictus, Ant.
Ecce compléta sunt ómnia, quæ dicta sunt per Angelum de Virgine María.
Dein. Kyrie eléison. 90.
Ad Magnificat, Ant.
O Emmánuel, ut supra. 248.
Dein. Kyrie eléison. 90.
Si Vigilia Nativitatis Domini venerit in Dominica, Laudes dicuntur de Vigil. cum commemoratione de Dominica. Similiter et per Horas celebratur Officium de Vigilia.

IN VIGILIA

NATIVITATIS DOMINI

Ad Matut. Invit. Hodie scietis, quia veniet Dominus: * et mane videbitis gloriam ejus.
Psalm. Venite 2.
Hymn. Verbum supernum, 236. Antiph. et Psalmi de Feria occurrenti. ℣. Hodie scietis, quia veniet Dominus. ℟. Et mane videbitis gloriam ejus.
Deinceps Off. fit Duplex.

Ad Laud., et per Hor.
Antiphona.

Judæa et Jerúsalem,* nolíte timére: crás egrediémini, et Dóminus erit vobíscum, all.

Psal. Dóminus regnávit. cum reliquis 26.

Ant. Hódie sciétis* quia véniet Dóminus: et mane vidébitis glóriã ejus.

Ant. Crástina die* delébitur iníquitas terræ, et regnábit super nos Salvátor mundi.

Ant. Dóminus véniet,* occúrrite illi, dicéntes: Magnum princípium, et regni ejus non erit finis: Deus, Fortis, Dominátor, Príncepa pacis, allelúja.

Ant. Crástina erit* vobis salus, dicit Dóminus Deus exercítuum.

Capitulum Rom. 1. 1.

Paulus servus Jesu Christi, vocátus Apóstolus, segregátus in Evangélium Dei, quod ante promíserat per Prophétas suos in Scriptúris sanctis de Fílio suo, qui factus est ei ex sémine David secúndum carnem.

Hymn. En clara. 237.

℣. Crástina die delébitur iníquitas terræ.

℟. Et regnábit super nos Salvátor mundi.

Ad Benedictus, Ant. Oriétur sicut sol Salvátor mundi: et descéndet in úterum Vírginis, sicut imber super gramen, allelúja.

Oratio.

Deus, qui nos Redemptiónis nostræ annua expectatióne lætíficas: præsta; ut Unigénitum tuum, quem Redemptórem læti suscípimus, veniéntem quóque Júdicem secúri videámus Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat.

Et dic. per Hor. diei. Prima dicitur sicut in Duplicibus., et ad Absolut. Capit. dicitur Capitulum Nonæ.

Ad Tertiam, Antiph. Hódie sciétis.

Capit. Paulus, ut supr.

℟. br. Hódie sciétis, * Quia véniet Dñs. Hódie.
℣. Et mane vidébitis glóriam ejus. Quia. Glória Patri. Hódie.
℣. Constántes estóte.
℟. Vidébitis auxílium Dómini super vos.

Ad Sextam, Antiph. Crástina die.

Capit. Rom. 1. 4.

Qui prædestinátus est Filius Dei in virtúte secúndum spíritum sanctificatiónis, ex resurrectióne mortuórum Jesu Christi Dñi nostri.

℟. br. Crástina die, * Delébitur iníquitas terræ. Crástina die.
℣. Et regnábit super nos Salvátor mundi. Delébitur. Glória Pat. Crástina die.
℣. Crástina erit vobis salus.
℟. Dicit Dóminus Deus exercítuum.

Ad Nonam Antiphona Crástina erit.

Capit. Rom. 1. 5.

Per quem accépimus grátiam, et Apostolatum ad obediéndum fidei in ómnibus Géntibus pro nómine ejus, in quibus estis et vos vocáti Jesu Christi Dómini nostri.

℟. br. Crástina, * Erit vobis salus. Crástina.
℣. Dicit Dóminus Deus exercítuum. Erit. Glória Patri. Crástina.
℣. Crástina die delébitur iníquitas terræ.
℟. Et regnábit super nos Salvátor mundi.





Nativitas Domini

A. Festa edit

Dolfino figlio dis

IN

NATIVITATE DOMINI

IN I. VESPERIS

Antiphona.

Rex pacíficus magnificátus est, cujus vultum desíderat univérsa terra.

Psal. de Dominica 189. loco ult. Psal. Laudate Dominum omnes Gentes 195.

Ant. Magnificátus est Rex pacíficus super omnes reges univérsæ terræ.

Ant. Compléti sunt dies Maríæ, ut páreret filium suum primogénitum.

Ant. Scitóte quia prope est regnum Dei: amen dico vobis, quia non tardábit.

Antiph. Leváte cápita vestra: ecce appropínquat redémptio vestra.

Capit. Tit. 3. 4.

Appáruit benígnitas, et humánitas Salvatóris nostri Dei: non ex opéribus justitiæ, quæ fécimus nos, sed secúndum suam misericórdiam salvos nos fecit.

Hymnus.

Jesu Redémptor ómnium,
Quem lucis ante orígi-nem
Parem Patérnæ glóriæ
Pater suprémus édidit.
Tu lumen, et splendor Patris,
Tu spes perénnis ómnium,
Inténde quas fundunt preces
Tui per orbem sérvuli.
Meménto, rerum Cónditor,
Nostri quod olim córpóris,

Sacráta ab alvo Virginis
Nascéndo, formā súmpséris.
Testátur hoc præsens dies,
Currens per ánni círculum,
Quod solus e sinu Patris
Mundi salus advéneris:
Hunc astra, tellus, æquora,
Hunc omne, quod cœlo subest,
Salútis Auctórem novæ
Novo salútat cántico.
Et nos, beáta quos sacri
Rigávit unda sánguinis,
Natális ob diem tui
Hymni tribútum sólvimus.
Jesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, et almo Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

Sic terminantur omnes Hym. ejusdem metri, usque ad Epiphan.

℣. Crástina die delébitur iníquitas terræ.
℟. Et regnábit super nos Salvátor mundi.

Ad Magnificat. Antiph. Cúm ortus fúerit sol de cœlo, vidébitis Regem regum procedéntem a Patre, tamquam sponsum de thálamo suo.

Oratio.

Concéde, quæsumus omnípotens Deus: ut nos Unigéniti tui nova per carnem natívitas líberet, quos sub peccáti jugo vetústa sérvitus tenet. Per eúmden Dóminum nostrum.

AD MATUTINUM

Christus natus est nobis* Venite adóremus.

Psalm. Venite, exultémus. 2.

Hymnus. Jesu Redémptor, ut supra.

IN I. NOCTURNO

Antiphona.

Dóminus dixit * ad me: Fílius meus es tu, ego hodie génui te.

Psalmus Quare fremuerunt 5.

Ant. Tamquam sponsus* Dóminus procédens de thálamo suo.

Psalmus Cœli enarrant 21.
Ant. Diffúsa est grátia* in labiis tuis, propterea benedíxit te Deus in ætérnum.
Psal. Eructávit cor meum 98.
℣. Tamquam sponsus.
℟. Dóminus procédens de thálamo suo.

IN II. NOCTURNO

Ant. Suscépimus Deus* misericordiam tuam in médio templi tui.
Psal. Magnus Dñs 101.
Ant. Oriétur * in diebus Dómini abundántia pacis, et dominábitur.
Psal. Deus judicium tuum regi da. 129.
Ant. Véritas de terra* orta est, et justitia de cœlo prospexit.
Psal. Benedixísti Dómine 150.
℣. Speciósus forma præ filiis hóminum.
℟. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.

IN III. NOCTURNO

Ant. Ipse invocábit me, * allel: Pater meus es tu, allel.
Psal. Misericórdias Dómini 154.
Ant. Laeténtur coeli,* et exúltet terra ante fáciem Dómini, quoniam venit.
Psal. Cantate Dómino ... cantate 158.
Ant. Notum fecit * Dominus, allelúja: salutáre suum, alleluja.
Psal. Cantate Dómino... quia mirabília. 164
℣. Ipse invocabit me, allelúja.
℟. Pater meus es tu allelúja.
Post. 9. Lection. dicit. Te Deum. ℣. Dominus vobiscum. Oratio Concede 260. Benedicamus Dómino. Deinde celebrat. 1. Missa post mediam noct. qua finita dicunt. Laudes.

AD LAUDES

et per Hor., Antiphona
Quem vidístis Pastóres? * dicite, annuntiáte nobis, in terris quis appáruit? Natum vídimus, et choros Angelórum collaudántes Dóminum, allel. allel.

Psal. Dóminus regnávit, cum reliq. 26.

Ant. Genuit Puérpera * Regem, cui nomen ætérnum, et gáudia matris habens cum virginitátis honóre: nec primam símilem visa est, nec habére sequéntem, allelúja.

Ant. Angelus ad Pastóres * ait: Annúntio vobis gáudium magnum: quia natus est vobis hódie Salvátor mundi, allelúja.

Ant. Facta est cum Angelo * multitúdo cœléstis exércitus laudántium Deum, et dicéntium: Glória in excélsis Deo, et in terra pax homínibus bonæ voluntátis, allelúja.

Ant. Párvulus filius * hódie natus est nobis, et vocábitur Deus, Fortis, allelúja, allelúja.

Capítulum. Hebr. 1. 1.

Multifáriam, multísque modis olim Deus lóquens pátribus in Prophétis: novíssime diébus istis locútus est nobis in Fílio, quem constítuit hærédem universórum, per quem fecit et sæcula.

Hymnus.

A solis ortus cardine
Ad usque terræ límitem,
Christū canámus príncipem,
Natum María vírgine.

Beátus auctor sæculi
Servíle corpus índuit:
Ut carne carnem líberans,
Ne pérderet quos cóndidit.

Castæ paréntis víscera
Cœléstis intrat grátia:
Venter puéllæ bájulat
Secréta, quæ non nóverat.

Domus pudíci péctoris
Templum repénte fit Dei:
Intácta nésciens virum,
Concépit alvo Fílium.

Enítitur puérpera,
Quem Gábriel prædíxerat,
Quem ventre matris géstiens,
Baptísta cláusum sénserat.

Fœno jacére pértulit,
Præsépe non abhórruit:
Et lacte módico pastus est,
Per quem nec ales ésurit.
Gaudet chorus cœléstium,
Et Angeli canunt Deo;
Palámque fit Pastóribus
Pastor, Creátor omniũ.
Jesu tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, et almo Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

℣. Notum fecit Dóminus, allelúja.
℟. Salutáre suum, allel.
Ad Benedictus, Antiph. Glória in excélsis Deo, et in terra pax homínibus bonæ voluntátis, allelúja, allelúja.
Oratio. Concéde. 260.
Ad Primam, Antiph. Quem vidístis.
Capitul. Regi sæculórum. 40.
℟. br. Christe Fili Dei vivi, * Miserére nobis.
℣. Qui natus es de María Vírgine, et sic dicit. quotidie usq. ad Epiph.
Ab Absolut. Capit. Lectio brevis: Ipsi períbunt, ut inf. ad Nonam.
Tertia dicit. hora sua: qua finita, celebrat. 3. Missa de die Nativ.
Ad Tertiam, Antiph. Génuit puérpera.
Cap. Multifáriam. 262.
℟. br. Verbum caro factum est, * Allelúja, allelúja. Verbum.
℣. Et habitávit in nobis. Allelúja, allelúja. Glória Patri. Verbum.
℣. Ipse invocábit me, allelúja.
℟. Pater meus es tu, all.
Ad Sextam, Antiph. Angelus ad Pastóres.
Capit. Hebr. 1. 10.
Et: Tu in princípio, Dómine, terram fundásti, et ópera mánuum tuárũ sunt cœli.
℟. br. Notum fecit Dóminus, * Allelúja, allelúja. Notum.
℣. Salutáre suum. Allelúja, allelúja. Glória Patri. Notum.
℣. Vidérunt omnes fines terræ, allelúja.

℟. Salutáre Dei nostri, allelúja.

Ad Nonam, Antiph. Párvulus filius.

Capit. Hebr. 1. 11.

Ipsi períbunt, tu autem permanébis, et omnes sicut vestiméntum veteráscent, et velut amíctum mutábis eos, et mutabúntur: tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.

℟. br. Vidérunt omnes fines terræ, * Allelúja, allelúja. Vidérunt.

℣. Salutáre Dei nostri. Allelúja. allelúja. Glória Patri. Vidérunt.

℣. Verbum caro factum est, allelúja.

℟. Et habitávit in nobis, allelúja.

IN II. VESPERIS

Antiphona

Tecum princípium * in die virtútis tuæ, in splendóribus Sanctórum, ex útero ante lucíferum génui te.

Ps. Dixit Dóminus. 189

Antiph. Rédemptiónem misit Dóminus * pópulo suo: mandávit in ætérnum testaméntū suum.

Psal. Confitébor. 189.

Ant. Exórtum est * in tenebris lumen rectis corde: miséricors, et miserátor, et justus Dóminus.

Psal. Beátus vir. 190.

Ant. Apud Dóminum * misericórdia, et copiósa apud eum redémptio.

Psal. De profúndis. 202.

Ant. De fructu * ventris tui ponam super sedem tuam.

Psal. Meménto Dómine David 204.

Cap. Multifáriam. 262.

Hymnus. Jesu Redémptor. 259.

℣. Notum fecit Dóminus, allelúja.

℟. Salutáre suum, allelúja.

Ad Magnificat, Antiph. Hódie Christus * natus est; hódie Salvátor appáruit: hódie in terra canunt Angeli, lætántur Archángeli: hódie exúltant justi, dicéntes: Glória in excélsis Deo, allelúja.

Orátio. Concéde 260.

Deinde pro sancto Stephano, Ant. Stéphanus autem plenus grátia, et fortitúdine, faciébat signa magna in pópulo. ℣. Glória, et honóre coronásti eum Dómine. ℟. Et constituisti eum super ópera mánuum tuárum.

Oratio.

Da nobis, quæsumus Dómine, imitári quod cólimus, ut discámus et inimícos dilígere: quia ejus natalitia celebramus, qui novit étiam pro persecutóribus exoráre Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum etc.

IN FESTO

S. Stephani Protomartiris Duplex. ii. Classis.

Ad Matutinum, Invitatorium. Christum natum, qui beatum hodie coronavit Stephanum,* Venite adoremus.

Psalmus. Veníte 2.

Hymnus, Deus tuorum mílitum 11*: Añæ, Psal. et ℣℣. Nocturnor. dicunt. de Com. unius Mart.

Ad Laud. et per Hor.

Antiphona.

Lapidavérunt Stéphanum,* et ipse invocábat Dóminum, dicens: Ne státuas illis hoc peccátum.

Psal. Dóminus regnávit, cum rel. 26

Ant. Lápides torréntis* illi dulces fuérunt: ipsum sequúntur omnes ánimæ justæ.

Ant. Adhæsit ánima mea * post te, quia caro mea lapidáta est pro te, Deus meus.

Ant. Stéphanus vidit cœlos apértos, vidit, et introívit: beátus homo, cui cœli patébant.

Ant. Ecce vídeo * cœlos apértos, et Jesum stantem a dextris virtútis Dei.

Capit. Act. 6. 8.

Stéphanus autem plenus grátia, et fortitúdine, faciébat prodígia, et signa magna in pópulo.

Hymn. Invicte Martyr. de Comm. unius Mart. 12*.
℣. Sepeliérunt Stéphanum viri timoráti.
℟. Et fecérunt planctū magnum super eum.
Ad Benedictus, Ant. Stéphanus autem * plenus grátia, et fortitúdine, faciébat signa magna in pópulo.
Oratio. Da nobis. 265
Deinde fit comm. de Nativ. Ant. Glória in excélsis.
℣. Notum fecit Dóminus. 274.
Oratio. Concéde. 273.
Ad Tertiam. Antiph. Lápides torrentis.
Capit. Stéphanus.
℟. br. Glória, et honóre. 12*
℣. Posuísti Dómine.
Ad Sextam, Antiph. Adhæsit ánima mea.
Capit. Act. 6. 9.
Surrexérunt autem quidam de synagóga, quæ appellátur Libertinórum, et Cyrenénsium, et Alexandrinorū, et eórum, qui erant a Cilícia, et Asia, disputántes cum Stéphano, et non póterant resístere sapiéntiæ, et spirítui, qui loquebatur.
℟. br. Posuísti Dñe 13*
℣. Magna est glória.
Ad Nonam, Antiph. Ecce vídeo.
Capit. Act. 7. 59.
Pósitis autem génibus, clamávit voce magna, dicens: Dómine, ne státuas illis hoc peccátum. Et cum hoc dixísset, obdormívit in Dómino.
℟. br. Magna est glória ejus. 13*
℣. Justus ut palma florébit.
℟. Sicut cedrus Libani multiplicábitur.
Ad Vesperas, Antiph. Tecum princípiū, cum rel. Ant. et Ps. de Nativ., ut supra. 264.
Et dicuntur etiam in aliis Festis infra hanc Octav. occurrentibus.
Capit. Stéphanus. 265.
Hymnus. Deus tuórum, de Comm. unius Martyris. 11*

℣. Stéphanus vidit cœlos apértos.
℟. Vidit, et introívit: beátus homo, cui cœli patébant.
Ad Magnificat, Antiph. Sepeliérunt Stéphanũ viri timoráti, et fecérunt planctum magnũ super eum.
Oratio. Da nobis. 265.
Deinde pro S. Joan.
Ant. Iste est Joánnes, qui supra pectus Dómini in cœna recúbuit: beátus Apóstolus, cui reveláta sunt secréta cœléstia.
℣. Valde honorándus est beátus Joánnes.
℟. Qui supra pectus Dñi in cœna recúbuit.

Oratio.

Ecclésiam tuam, Dómine, benígnus illústra: ut beáti Joánnis Apóstoli tui et Evangelístæ illumináta doctrínis, ad dona pervéniat sempitérna. Si facienda sit conclus. dic. Per Dóminum.
Postea fit commem. de Nativitate. Antiphona Hódie Christus natus est.
℣. Notum fecit.
Oratio. Concéde. 273.

IN FESTO
S. Joannis Apostoli et Evang. Dupl. ii. Clas.

Ad Matutinum, Invitatorium. Regem Apostolorum Dóminũ * Venite adorémus.
Hym. Æterna Christi munera, de Com. Apostolor.
Ant. Psalmi, et ℣. Nocturnor. de eod. Comm.
Ad Laudes, et per Hor. Antiphona.

Valde honorándus est* beátus Joánnes, qui supra pectus Dómini in cœna recúbuit.
Psal. Dóminus regnávit, cum reliquis. 26.
Ant. Hic est discípulus ille, * qui testimónium pérhibet de his: et scimus, quia verum est testimónium ejus.
Ant. Hic est discípulus meus: * sic eum volo manére, donec véniam.
Ant. Sunt de hic stántibus, qui non gustábunt mortem, donec

videant Filium hóminis in regno suo.

Ant. Ecce puer meus* eléctus, quem elégi, pósui super eum spíritum meum.

Capit. Eccl. 15. 1.

Qui timet Deum, fáciet bona: et qui cóntinens est justítiæ, apprehéndet illam, et obviábit illi quasi mater honorificáta.

Hymn. Exúltet orbis, ut in Comm. Apost. 1*

℣. Hic est discípulus ille, qui testimónium pérhibet de his.

℟. Et scimus, quia verum est testimóniū ejus.

Ad Benedictus, Ant.

Iste est Joánnes, qui supra pectus Dómini in cœna recúbuit: beátus Apóstolus, cui reveláta sunt secréta cœléstia.

Oratio. Ecclésiam. 267

Deinde fit comm. Nativit. et S. Stephani ut infra 274.

Ad Tertiam, Antiph.

Hic est discípulus ille.

Capitulum. Qui timet Deum. ut supra.

℟. br. In omnem terram.

℣. Constitues eos. 13*

Ad Sextam, Antiph.

Hic est discipulus meus.

Capit. Eccl. 15. 3.

Cibávit illum pane vitæ et intelléctus, et aqua sapiéntiæ salutáris potávit illum Dóminus Deus noster.

℟. br. Constítues eos.

℣. Nímis.

Ad Nonam, Antiph.

Ecce puer meus.

Capit. Eccl. 15. 5.

In médio Ecclésiæ apéruit os ejus, et implévit illum Dóminus spíritu sapiéntiæ et intelléctus, et stolam glóriæ índuit eum.

℟. br. Nimis honoráti 3*

℣. Annuntiavérunt.

Ad Vesperas, Ant.

Tecum principium, cum rel. Ant. et Psal. de Nativ. 264

Capitulum. Qui timet Deum. ut supra.

Hymnus. Exúltet orbis, etc. 1*

℣. Valde honorándus est beátus Joánnes.

℟. Qui supra pectus Dñi in cœna recúbuit.

Ad Magnificat, Antiph. Exiit sermo inter fratres, quod discípulus ille non móritur: et non dixit Jesus, Non móritur: sed, Sic eum volo mánere, donec véniam.

Oratio. Ecclésiam tuā

Deinde pro SS. Innocentibus. Ant. Hi sunt, qui cum mulíeribus non sunt coinquináti: Vírgines enim sunt, et sequúntur Agnum quocúmque íerit.

℣. Heródes irátus occídit multos púeros.

℟. In Béthlehem Judæ civitáte David. Oratio.

Deus, cujus hodiérna die præcónium Innocéntes Martyres non loquéndo, sed moriéndo confessi sunt: ómnia in nobis vitiórum mala mortífica; ut fidem tuam, quam lingua nostra lóquitur, etiam móribus vita fateátur. Pro concl. Per Dóminum.

Deinde fit commem. Nativ. et S. Stephani ut infra 273.

IN FESTO

SS. Innoc. Dupl. ii. clas.

Ad Matutinum, Invitatorium. Regem Martyrum Dominum, * Venite, adoremus.

Psalmus. Venite. 2

Hymnus

Audit tyránnus ánxius
Adésse regum Príncipem,
Qui nomen Israel regat,
Teneátque David régiā.

Exclámat amens núntio:
Succéssor instat, péllimur:
Satélles, i, ferrum rape:
Perfunde cunas sánguine.

Quid próficit tantum nefas?
Quid crimen Herodem juvat?
Unus tot inter fúnera
Impúne Christus tóllitur.

Jesu tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine
Cum Patre, et almo Spíritu,

In sempitérna sæcula Amen.

Ant. Psal., et ℣. Nocturnor. sumuntur de Com. plurimor. Mart., ut in Brev. excepta ii. Ant. iii. Noctur. Tradidérunt, cujus loco dicitur sequens Ant. Isti sunt, qui venérunt ex magna tribulatióne, et lavérunt stolas suas in sánguine Agni.

Ad Laud. et per Hor.

Antiphona.

Heródes irátus * occídit multos púeros in Béthlehem Judæ civitáte David.

Psal. Dóminus regnávit, cum reliquis. 26

Ant. A bimátu * et infra occídit multos púeros Heródes propter Dñum.

Ant. Angeli eórū * semper vident fáciē Patris.

Ant. Vox in Rama audíta est, plorátus et ululátus, Rachel plorans fílios suos.

Ant. Sub throno Dei * omnes sancti clamant: Víndica sánguinem nostrum Deus noster.

Capit. Apoc. 14. 1.

Vidi supra montem Sion Agnum stantem, et cum eo centum quadragínta quátuor míllia, habéntes nomen ejus, et nomen Patris ejus scriptum in fróntibus suis.

Hymnus.

Salvéte, flores Mártyrum,
Quos lucis ipso in límine
Christi insecútor sústulit,
Ceu turbo nascéntes rosas.

Vos prima Christi víctima.
Grex immolatórum tener,
Aram sub ipsam símplices
Palma et corónis lúditis.

Jesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine.
Cum Patre, et almo Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

℣. Heródes irátus occídit multos púeros.
℟. In Béthlehem Judæ civitáte David.

Ad Benedictus, Antiph. **Hi sunt, qui cum muliéribus non sunt coinquináti: Vírgines enim sunt, et sequúntur Agnum quocúmque íerit.**

Oratio. **Deus, cujus hodiérna die.** ut supra.

Deinde fit commem. Nativ. S. Stephani, et S. Joan. ut infra **274.**

Ad Tertiam, Antiph. **A bimátu.**

Capit. **Vidi supra montem,** ut supra.

℟. br. **Lætámini in Dómino, 20***

℣. **Exúltent justi.**

Ad Sextam, Antiph. **Angeli eórum.**

Capit. **Apoc. 14. 4.**

Hi sunt, qui cum muliéribus non sunt coinquináti: vírgines enim sunt. Hi sequúntur Agnum quocúmque íerit.

℟. br. **Exúltent justi 20***

℣. **Justi autem.**

Ad Nonam, Antiphona. **Sub throno Dei.**

Capit. **Apoc. 14. 4.**

Hi empti sunt ex homínibus primitiæ Deo et Agno, et in ore ipsórum non est invéntum mendácium: sine mácula enim sunt ante thronum Dei.

℟. br. **Justi autem 20***

℣. **Exultábunt.**

Ad Vesperas, Antiph. **Tecum princípium,** cum rel. Ant. et Psalmis de Nativ. **264.**

Capit. **Vidi supra montem.**

Hymn. **Salvéte, flores Mártyrum. 270.**

℣. **Sub throno Dei omnes sancti clamant.**

℟. **Víndica sánguinem nostrum Deus noster.**

Ad Magnificat, Antiph. **Innocéntes pro Christo infántes occísi sunt, ab iniquo rege lacténtes interfécti sunt: ipsum sequúntur Agnum sine mácula, et dicunt semper: Gloria tibi Dómine.**

Orat. **Deus, cujus. 269.**

Deinde fit commem. S. Thomæ Cantuariensis nisi fuerit Sab., Aña. **Iste sanctus.**

℣. **Glória, et honóre 11***

Oratio.

Deus, pro cujus Ecclésia gloriósus Póntifex Thomas gládiis impiórum occúbuit: præsta, quæsumus; ut omnes, qui ejus implórant auxílium, petitiónis suæ salutárem consequántur efféctum. Per Dóminum.

Et fit comm. Nativit. S. Stephani et S. Joannis ut infra 273.

Si fest. Nativ. Domini, S. Stephani, S. Joann. Evang., SS. Innocent. et eorum dies Octavæ venerint in Dominica, ipso die nihil fit de Dominica, sed die proximo post Festum S. Thomæ Mart. fit de ea, ut infra 275.

Si festum S. Thomæ venerit in Dominica, transfertur in ii. Feriam et in Sabb. post Orationem SS. Innocentium dicitur Aña ℣. et Oratio Dominicæ., quæ paulo infra habetur 275.

Deinde fit comm. Octavar. et in ii. Vesp. Dominicæ fit commem. S. Thomæ, et Octavarum.

In ii. Vesp. S. Thomæ, Añæ. et Psalm. de Nativit., quæ duplicantur: Capit. et alia de S. Silvestro, cum commem. S. Thomæ, et Octavarũ.

IN FESTO

S. Thomæ Ep. et Mart. sem. Omnia de Com. un. Mart. præt. Orat. ut supra. Ad Laud. fiunt com. de Octavis 274.

Si festum S. Thomæ non venerit in Dominica, Officium Dominicæ fit die immediate sequenti Festum ipsius, nisi fuerit Sabbatum: quia tunc de Dominica fit tant. comm. in die S. Silvestri; et in Sabbato fit Offic. de Octava Nativit. ut inferius ponitur.

COMMEMORATIONES
OCTAVARUM

PRO VESPERIS

De Nativitate. Antiphona.

Hódie Christus natus est: hódie Salvátor appáruit: hódie in terra canunt Angeli, lætántur Archángeli: hódie exúltant justi, dicéntes: Glória in excélsis Deo, allelúja.

℣. Notum fecit Dóminus, allelúja.

℟. Salutáre suum, allel.

Oratio.

Concede, quæsumus omnípotens Deus: ut nos Unigéniti tui nova per carnem natívitas líberet, quos sub peccáti jugo vetústa sérvitus tenet. (Si concludendum.) Per eúmdem Dóminum.

De S. Stephano, Ant.

Sepeliérunt Stéphanum viri timoráti, et fecérunt planctum magnum super eum. ℣. Stéphanus vidit cœlos apértos. ℟. Vidit et introivit: beátus homo, cui cœli patébant.

Oratio.

Da nobis, quæsumus Dómine, imitári quod cólimus, ut discámus et inimícos dilígere: quia ejus natalítia celebrámus, qui novit étiam pro persecutóribus exoráre Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. (Si concludendum.) Qui tecum vivit.

De S. Joanne, Ant.

Exiit sermo inter fratres, quod discípulus ille non móritur: et non dixit Jesus, Non móritur: sed, Sic eum volo manére, donec véniam. ℣. Valde honorándus est beátus Joán-

nes. ℟. Qui supra pectus Dómini in cœna recúbuit.

Oratio.

Ecclesiam tuam, Dómine, benígnus illústra: ut beáti Joánnis Apóstoli tui et Evangelístæ illumináta doctrínis, ad dona pervéniat sempitérna. (Si concludendum.) Per Dóminū nostrum.

De SS. Innocentibus, Antiphona

Innocéntes pro Christo infántes occísi sunt, ab iníquo rege lacténtes interfécti sunt: ipsum sequúntur Agnum sine mácula, et dicunt semper: Glória tibi Dómine.

℣. Sub throno Dei omnes sancti clamant. ℟. Víndica sánguinem nostrum, Deus noster.

Oratio.

Deus, cujus hodiérna die præcónium Innocéntes mártyres non loquéndo, sed moriéndo conféssi sunt: ómnia in nobis vitiórum mala mortífica, ut fidem tuam, quam lingua nostra lóquitur, etiam móribus vita fateátur (Si concludendum) Per Dóminum nostrum.

PRO LAUDIBUS

De Nativitate, Antiph. Glória in excélsis Deo, et in terra pax homínibus bonæ voluntátis, allel., allel.

℣. Notum fecit Dóminus, allelúja.

℟. Salutáre suum, allel.

Oratio. Concede quæsumus, ut supra.

De S. Stephano, Ant. Stéphanus áutem plenus grátia, et fortitúdine, faciébat signa magna in pópulo. ℣. Sepeliérunt Stéphanum viri timoráti. ℟. Et fecérunt planctum magnum super eum.

Oratio. Da nobis quæsumus, ut supra.

De S. Joanne, Antiph. Iste est Joánnes, qui supra pectus Dómini in

cœna recúbuit : beátus Apóstolus, cui reveláta sunt secréta cœléstia.
℣. Hic est discípulus ille, qui testimónium pérhibet de his.
℟. Et scimus quia verum est testimónium ejus.
Oratio. Ecclesiam tuã, ut supra.

De S. Innoc., Antiph. Hi sunt, qui cum muliéribus non sunt coinquináti : vírgines enim sunt, et sequúntur Agnum quocúmque íerit.
℣. Heródes irátus occídit multos púeros.
℟. In Béthlehem Judææ civitáte David.
Oratio. Deus, cujus hodiérna die, ut supra.

DOMINICA

Infra Oct. Nativ.

In ii. Vesp. S. Thomæ, quando non venerit in Dominica, Aña. Tecum princípium, cum rel. Ant. et Ps. de Nat. 264
Capit. Gal. 4.

Fratres, Quanto témpore hæres párvulus est, nihil differt a servo, cum sit dóminus ómnium: sed sub tutóribus, et actóribus est usque ad præfinítum tempus a patre.

Hymnus. Jesu Redémptor. 259.
℣. Verbum caro factum est, allelúja.
℟. Et habitávit in nobis, allelúja.

Ad Magnificat. Antiph. Dum médium siléntium * tenérent ómnia, et nox in suo cursu médium iter perágeret, omnípotens sermo tuus, Dómine, a regálibus sédibus venit, allelúja.

Oratio.

Omnípotens, sempitérne Deus, dírige actus nostros in beneplácito tuo: ut in nómine dilécti Filii tui mereámur bonis opéribus abundáre : Qui tecum.

Deinde fit commem. S. Thomæ. Antiph. Qui vult veníre post me.
℣. Justus ut palma. 13*
Oratio Deus, pro cujus. 272.

Deinde fiunt Comme-

mor. Octavarum ut supra pro Vesp. 273.
Ad Mat. et ad Laud. omnia dicuntur, ut in die Nativit. (sed non duplicantur ant.) præter ea quae hic habentur.
Cap. **Fratres, Quanto tempore 275.**
Hymnus. **A solis. 262**
℣. **Verbum caro factum est, allelúja.**
℟. **Et habitávit in nobis, allelúja.**
Ad Benedict. Ant. **Dum médium siléntium. 275**
Orat. **Omnípotens.**
Et fit commem. de Oct. Nativ. et aliis Octav. ut supra pro Laudib. **274.**
Ad Primam Antiphona **Quem vidístis.**
Ad Absolut. Capitul. dicit. Capit. Nonæ, ut infra.
Ad Tertiam, Antiph. **Génuit puérpera.**
Capit. **Fratres, Quanto.275.** ℟. br. **Verbum caro factum est, * Alle. alle. Verbum.** ℣. **Et habitávit in nobis. All. all. Glória. Verbum.**
℣. **Ipse invocábit me, all.**
℟. **Pater meus es tu, all.**
Ad Sextam, Antiph. **Angelus ad Pastóres.**
Capit. **Galat. 4. 4.**
At ubi venit plenitúdo témporis, misit Deus Filium suum factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redímeret, ut adoptiónem filiórum reciperémus.
℟. br. **Notum fecit Dóminus, * Allelúja, allelúja. Notum.**
℣. **Salutáre suum. Allelúja, allelúja. Glória Patri. Notum.**
℣. **Vidérunt omnes fines terræ, allelúja.**
℟. **Salutáre Dei nostri, allelúja.**
Ad Nonam, Antiphona **Párvulus filius.**
Capit. **Galat. 4. 7.**
Itaque jam non est servus, sed filius: quod si filius, et hæres per Deum.
℟. br. **Vidérunt omnes fines terræ, * Allelúja allelúja. Vidérunt.**
℣. **Salutáre Dei nostri, Allelúja, allelúja.**

Glória Patri. Vidérunt. ℣.Verbum caro factum est,allelúja. ℟.Et habitávit in nobis, allelúja.

In ii. Vesp. Añæ.Psal., Cap. et Hymn.ut supra in i. Vesp.275.

℣.Verbum caro factum est, allel. ℟.Et habitávit in nobis, allelúja.

Ad Magnificat,Antiph. Puer Jesus* proficiébat ætáte, et sapiéntia coram Deo et homínibus.

Oratio. Omnípotens sempitérne Deus. 275.

Si dies post fest. S.Thomæ fuerit Sabb., Off.fit de Oct.Nat. hoc modo: In ii. Vesp. S.Thomæ omn.dicuntur sicut in ii. Vesp. diei Nat. 264 sed non dupl. Añæ: et post Orat.Nativ.fit comm.S. Thomæ, deinde S. Stephani, et aliar.Oct. ut supra pro Vesper.273 Ad Matut. et ad Laud. omnia dicunt. sicut in die Nat. 260, et post Oration. fit comm. de S. Stephano, et reliq. Octavis. pro Laud.274 Ad Hor.omnia item dicunt.sicut inNativ.263. Ad Vesp. Aña. Tecum princípium, cum reliq. Añis et Ps.de Nat. 264. et Anæ duplic.Capit.et reliqua de S. Silvestro. Si fest. S. Silvestri venerit in Dom.,agitur de Festo cum comm. Dominicæ in i.Vesp.et Laud. ante comm. omnium Octavarum.

IN FESTO

S. Silvestri Papæ et Confess. duplex.

A Cap.omnia de Comm. Conf. Pont. Oratio.

Da, quæsumus, omnípotens Deus: ut beáti Silvéstri Confessóris tui, atque Pontíficis veneránda solémnitas, et devotiónem nobis áugeat, et salútem. Per Dóminum.

Deinde fit comm. de Octavis pro Vesp.273. Ad Laud. et per Hor. omnia sumunt. de Com. Conf. Pontif. et in fine Laudum fit commem. de Octavis, ut supra pro Laudibus 274.

IN

CIRCUMCISIONE DOMINI

ET OCTAVA NATIVITATIS

IN I. VESPERIS.

Antiphona. **O admirábile commércium,** cum rel. de Laud. ut infra.
Psal. **Dixit Dóminus,** cum rel. ut in Festis B. M. Virginis per annũ 40*
Capit. **Tit. 2. 11.**
Appáruit grátia Dei Salvatóris nostri ómnibus homínibus, erúdiens nos, ut abnegántes impietátem, et sæculária desidéria, sóbrie, et juste, et pie vivámus in hoc sæculo.
Hym. **Jesu Redémptor.** 259.
℣. **Verbum caro factum est, allelúja.**
℟. **Et habitávit in nobis, allelúja.**
Ad Magnific. Antiph. **Propter nímiam charitátem suam, qua diléxit nos Deus, Fílium suum misit in similitúdinem carnis peccáti, allelúja.**

Oratio.

Deus, qui salútis ætérnæ, beátæ Maríæ virginitáte fœcúnda, humáno géneri præmia præstitísti: tríbue quæsumus; ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam merúimus auctórem vitæ suscípere, Dñum nostrũ Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum.
Et nulla fit commem.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. **Christus natus est nobis, *Venite, adorémus.**
Psalmus. **Venite. 2.**
Hym. **Jesu Redemptor 259.**
In i. Nocturno. Ant. **Dóminus dixit * ad me:**

Filius meus es tu, ego hódie génui te.

Psal. Quare fremuérunt. 5.

Ant. In sole pósuit * tabernáculum suum: et ipse támquam sponsus procédens de thálamo suo.

Psal. Cœli enarrant. 21.

Ant. Elevámini * portæ æternáles, et introíbit Rex gloriæ.

Psalmus. Dómini est terra. 45.

℣. Támquam sponsus.

℟. Dóminus procédens de thálamo suo.

In ii. Nocturno, Ant. Speciósus forma * præ filiis hóminum, diffúsa est gratia in lábiis tuis.

Psal. Eructávit. 98.

Ant. Homo natus est * in ea, et ipse fundávit eam Altíssimus.

Psal. Fundaménta ejus. 152.

Ant. Exultábunt ómnia ligna * silvárum ante fáciem Dómini, quóniam venit.

Psal. Cantáte Dómino... cantate 158.

℣. Speciósus forma prae filiis hóminum.

℟. Diffúsa est gratia in lábiis tuis.

In iii. Nocturno, Ant. In princípio, * et ante saecula Deus erat Verbum, et ipse natus est hódie Salvátor mundi.

Psalmus. Dóminus regnávit, exúltet terra. 159.

Ant. Ante lucíferum * génitus, et ante saecula, Dóminus Salvátor noster hódie nasci dignátus est.

Psal. Cantate Dómino ... quia 164.

Ant. Nato Dómino * Angelórum chorus canébat, dicens: Salus Deo nostro, sedénti super thronum, et Agno.

Psal. Dóminus regnávit, irascántur pópuli. 165.

℣. Notum fecit Dóminus, allelúja.

℟. Salutáre suum, all.

Ad Laud. et per Horas.

Antiphona

O admirábile commércium! * Creátor

Géneris humáni, animátum corpus sumens de Virgine nasci dignátus est: et procédens homo sine sémine, largítus est nobis suam Deitátem.

Psal. Dóminus regnávit, cum reliq. 26.

Ant. Quando natus es* ineffabíliter ex Vírgine, tunc implétæ sunt Scriptúræ: sicut plúvia in vellus descendísti, ut salvum fáceres genus humánum: te laudámus Deus noster.

Ant. Rubum, quem víderat Móyses* incombústum, conservátam agnóvimus tuam laudábilem virginitátem: Dei Génitrix, intercéde pro nobis.

Ant. Germinávit radix Jesse: * orta est stella ex Jacob: Virgo péperit Salvatórem: te laudámus, Deus noster.

Ant. Ecce María * génuit nobis Salvatórem, quem Joánnes videns exclamávit, dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi, allelúja.

Capit. Appáruit. 278.

Hymnus. A solis ortus. 262.

℣. Verbum caro factum est, allelúja.

℟. Et habitávit in nobis, allelúja.

Ad Benedict., Ant. Mirábile mystérium * declarátur hódie: innovántur natúræ; Deus homo factus est: id quod fuit, permánsit; et quod non erat, assúmpsit: non commixtiónem passus, neque divisiónem.

Oratio. Deus, qui salútis. 278.

Ad Tertiam, Antiph. Quando natus es.

Capit. Appáruit. 278.

℟. br. Verbum caro, factum est, * Allelúja, allelúja. Verbum.

℣. Et habitávit in nobis. Allelúja allelúja. Glória. Verbum.

℣. Ipse invocábit me, allelúja.

℟. Pater meus es tu, allelúja.

Ad Sextam, Antiph. Rubum, quem víderat Móyses.

Capit. Hebr. 1. 10. Et: Tu in princípio, Dómine, terram fundásti: et ópera mánuum tuárum sunt cœli.

℟. br. Notum fecit Dóminus, * Allelúja, allelúja. Notum.

℣. Salutáre suum. Allelúja, allelúja. Glória Patri. Notum.

℣. Vidérunt omnes fines terræ, allelúja.

℟. Salutáre Dei nostri, allelúja.

Ad Nonam, Antiph. Ecce María.

Capit. Hebr. 1. 11. Ipsi períbunt, tu áutem permanébis, et omnes sicut vestiméntum veteráscent, et velut amíctum mutábis eos, et mutabúntur: tu áutem idem ipse es, et anni tui non defícient.

℟. br. Vidérunt omnes fines terræ, * Allelúja, allelúja. Vidérunt.

℣. Salutáre Dei nostri. Allelúja, allelúja. Glória Patri. Vidérunt.

℣. Verbum caro factum est, allelúja

℟. Et habitávit in nobis, allelúja.

Ad Vesperas, Antiph. O admirábile, cum rel. de Laudibus.

Psal., Capit. et Hymn., ut supra in i. Vesp.

℣. Notum fecit Dóminus, allelúja.

℟. Salutáre suum, a.

Ad Magnificat. Antiph. Magnum hæreditátis mystérium: * templum Dei factus est úterus nesciéntis virum: non est pollútus ex ea carnem assúmens: omnes Gentes vénient, dicéntes: Glória tibi Dñe.

Oratio. Deus, qui salútis. 278.

Deinde pro S. Stephano Antiph. Stéphanus autem plenus grátia et fortitúdine, faciébat signa magna in pópulo.

℣. Stéphanus vidit cœlos apértos.

℟. Vidit, et introívit: beátus homo, cui cœli patébant.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui primitias Mártyrum in beáti Levítæ Stéphani sánguine dedicásti: tribue quæsumus; ut pro nobis intercéssor exístat, qui pro suis étiam persecutóribus exorávit Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum.

De aliis Octavis in his Vesperis nihil fit.

IN OCTAVA

S. Stephani. Duplex.

Omnia fiunt sicut in die Festi. 265. præter Orat. Omnipot. Et fit comm. de aliis Oct. 274.

In ii. Vesp. Antiph. de Laud. Fest. Lapidavérunt, cum rel. 265. Psalm. Dixit Dóminus, cum rel. de Dom. 189. et loco ult., Psalmus Crédidi, propter quod 194. Deinde fit de S. Joanne Capit. Qui timet. 268. Hymn. Exúltet orbis, ut in Commune Apost.

℣. Valde honorándus est beátus Joánnes.

℟. Qui supra pectus Dómini in cœna recúbuit.

Ad Magnificat, Ant. Iste est Joannes, qui supra pectus Dómini in cœna recúbuit: beátus Apóstolus, cui reveláta sunt secréta cœléstia.

Oratio. Ecclésiam tuam. ut supra. 267.

Pro S. Stephano, Ant. Sepeliérunt Stéphanū viri timoráti, et fecérunt plánctum magnū super eum.

℣. Stéphanus vidit cœlos apértos.

℟. Vidit et introívit: beátus homo, cui cœli patébant.

Oratio ut supra Omnípotens.

Pro Ss. Innocentibus. Antiph. Innocéntes pro Christo. etc. 274.

IN OCTAVA

S. Joannis. Duplex.

Omnia dicuntur sicut in die Festi. 267.

Pro commem. Ss. Innocent. Ant. Hi sunt, qui. ℣. Heródes irátus, ut supra. 275.

In ii. Vesp. Antiph. de Laud. Fest. Valde honorándus est. 267. Psal. ut in ii. Vesp. de Communi Apostol. 3* Capitulum, et alia, ut in die. 267. cum commem. Ss. Innocent. ut in 1. Vesp. ipsorum. Ant. Hi sunt, qui. ℣. Heródes irátus, 269. Oratio. Deus, cujus.

IN OCTAVA

Ss. Innocentium. Dupl. Omnia dicunt. sicut in Festo omissis comm. In ii. Vesp. Antiph. de Laud. 270. Psal. de Domin. 189. et loco ult. Psalmus Crédidi 194. Reliq. ut in die. Post Oration. Ss. Innocentium fit comm. de Vigil. Epiph. Antiph. Puer Jesus proficiébat ætáte, et sapiéntia coram Deo, et homínibus. ℣. Notum fecit Dóminus, allelúja. ℟. Salutáre suum, all.

Oratio.

Omnipotens sempitérne Deus, dírige actus nostros in beneplácito tuo: ut in nómine dilécti Filii tui mereámur bonis opéribus abundáre. Deinde fit comm. S. Telesphori Papæ et Mart. Ant. Iste sanctus. ℣. Glória, et honóre 11*

Oratio.

Deus, qui nos beáti Telésphori Mártyris tui, atque Pontificis ánnua solemnitáte lætíficas: concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.

IN VIGILIA

Epiphaniæ.

Offic. fit Semiduplex. Omnia dicuntur ut in Octav. Nativ. 278 exceptis iis, quæ infra ponuntur.

Ad Laud. et per Horas. Antiph. O admirábile, cum reliquis 279.

Capitulum. Gal. 4. 1.

Fratres, Quanto témpore hæres párvulus est, nihil differt a servo, cum sit dóminus ómnium: sed sub tutó-

ribus, et actóribus est usque ad præfinítum tempus a patre.

Hymnus. A solis ortus. 262.

℣. Verbum caro factum est, allelúja.

℟. Et habitávit in nobis, allelúja.

Ad Benedict. Antiph. Dum médium siléntium* tenérent ómnia, et nox in suo cursu médium iter perágeret, omnípotens sermo tuus, Dómine, a regálibus sédibus venit, allel.

Oratio. Omnipotens, ut supra.

Et fit commem. S. Telesphori Papæ et Martyr.

Antiphona Qui odit.

℣. Justus ut palma 12*

Oratio. Deus qui nos, ut supra.

Ad Primam. Antiphona O admirabile commercium.

Non dic. Preces.

Ad Absolut. Capit. dicitur Capitul. Nonæ. Itaque jam non est servus, ut infra. 276.

Ad Tertiam, Antiph. Quando natus es.

Capit. Fratres, Quanto témpore. ut supra.

℟. brev. Verbum caro factum est, * Allelúja, allelúja. Verbum. ℣. Et habitávit in nobis. Allelúja, allelúja. Gloria. Verbum.

℣. Ipse invocábit me, allelúja. ℟. Pater meus es tu, allelúja.

Ad Sextam, Antiph. Rubum, quem víderat Móyses.

Capitulum. Gal. 4. 4.

At ubi venit plenitúdo témporis, misit Deus Filium suum, factum ex mulíere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redímeret, ut adoptiónem filiórum reciperémus.

℟. br. Notum fecit Dóminus, * Allelúja, allelúja. Notum. ℣. Salutáre suum. Allelúja, allelúja. Glória. Notum.

℣. Vidérunt omnes fines terræ, allelúja.

℟. Salutáre Dei nostri, allelúja.

Ad Nonam, Antiphona Ecce Maria.

Capit. Gal. 4. 7.

Itaque jam non est servus, sed filius: quod si filius, et hæres per Deum.

℟. br. Vidérunt omnes fines terræ, * Allelúja, allelúja. Vidérunt. ℣. Salutáre Dei nostri. Allelúja, allelúja. Glória Patri. Vidérunt.

℣. Verbum caro factum est, allelúja.

℟. Et habitávit in nobis, allelúja.

Vesp. de Epiph.

IN
EPIPHANIA DOMINI

IN I. VESPERIS.

Ad Vesp. Ant. Ante lucíferum génitus, cum rel. de Laud. ut infra. Psal. Dixit Dóminus, cum rel. de Dom. 189. et loco ult. Psalmus Laudáte Dóminum omnes Gentes. 195.

Capit. Isaiæ 60. 1.

Surge, illumináre Jerúsalem, quia venit lumen tuum, et glória Dñi super te orta est.

Hymnus.

Crudélis Heródes, Deum
Regem veníre quid times?
Non éripit mortália,
Qui regna dat cœléstia.

Ibant Magi, quam víderant,
Stellam sequéntes præviam:
Lumen requírunt lúmine:
Deum faténtur múnere.

Lavácra puri gúrgitis,
Cœléstis Agnus áttigit:
Peccáta, quæ non détulit,
Nos abluéndo sústulit.

Novum genus poténtiæ:
Aquæ rubéscunt hydriæ,
únque jussa fúndere,
Mutávit unda oríginem.
Jesu tibi sit glória,
Qui apparuísti Géntibus
Cum Patre, et almo Spíritu,
sempitérna sæcula. Amen.

Sic terminantur Hymni per totam Oct.

℣. Reges Tharsis, et insulæ múnera ófferent.
℟. Reges Arabum, et Saba dona addúcent.

Ad Magnificat Antiph. Magi vidéntes stellam, dixérunt ad ínvicem: Hoc signum magni Regis est: eámus et inquirámus eum, et offerámus ei múnera, áurum, thus, et myrrham, allelúja.

Oratio.

Deus, qui hodiérna die Unigénitum tuum Géntibus, stella duce, revelásti: concéde propítius; ut qui jam te ex fide cognóvimus, usque ad contemplándam spéciem tuæ celsitúdinis perducámur. Per eúmdem Dóminū.

AD MATUTINUM

Dicto Pater noster, Ave Maria, et Credo omissis ℣. Dómine lábia mea. Invitatorium, cum Psal. Venite, et Hymno, incipitur ab Antiphona Afférte Dómino.

Infra Octavam vero dicitur. ℣. Dómine lábia mea.

Invitator. Christus appáruit nobis: * Veníte adorémus.

Psal. Venite, exultemus. 2.

Hymn. Crudélis Heródes.

In i. Nocturno, Ant. Afferte Domino * filii Dei, adoráte Dóminum in áula sancta ejus.

Psal. Afferte Dómino filii Dei. 72.

Ant. Flúminis ímpetus * lætificat, allelúja, civitátem Dei, allelúja.

Psal. Deus noster refúgium. 99.

Ant. Psállite Deo no-

stro * psállite: psállite Regi nostro, psállite sapiénter.
Psal. Omnes Gentes. 100
℣. Omnis terra adóret te, et psallat tibi.
℟. Psalmum dicat nómini tuo Dómine.
In ii. Nocturno, Ant. Omnis terra adóret te, et psallat tibi: psalmum dicat nómini tuo Dómine.
Psal. Jubiláte Deo omnis terra. 117.
Ant. Reges Tharsis, et ínsulæ múnera ófferent Regi Dómino.
Psal. Deus judícium tuum regi da. 129.
Ant. Omnes Gentes quascumque fecísti, vénient, et adorábunt coram te Dómine.
Psal. Inclína Dñe. 151.
℣. Reges Tharsis, et insulæ múnera ófferent.
℟. Reges Arabum, et Saba dona addúcent.
In iii. Nocturno, Ant. Veníte, adorémus eum: quia ipse est Dóminus Deus noster.
Hæc Ant. repetitur in Psalmo ordine infrascripto.

Psalmus. 94.

Veníte, exultémus Dómino: * jubilémus Deo salutári nostro. Præoccupémus fáciem ejus in confessióne: * et in psalmis jubilémus ei.
Ant. Veníte, adorémus eum: quia ipse est Dóminus Deus noster.
Quóniam Deus magnus Dóminus: * et Rex magnus super omnes deos. Quia in manu ejus sunt omnes fines terræ: * et altitúdines móntium ipsíus sunt.
Ant. Veníte, adorémus eum: quia ipse est Dóminus Deus noster.
Quóniam ipsíus est mare, et ipse fecit illud: * et siccam manus ejus formavérunt.
Ant. Veníte, adorémus eum: quia ipse est Dóminus Deus noster.
Et nos pópulus páscuæ ejus, et oves manus ejus: * Hódie si vocem ejus audiéritis, nolíte obduráre corda vestra:

Sicut in irritatióne secundum diem tentatiónis in desérto, * ubi tentavérunt me patres vestri, probavérunt, et viderunt ópera mea.

Ant. Veníte, adorémus eum: quia ipse est Dóminus Deus noster.

Quadragínta annis offénsus fui generatióni illi, * et dixi: Semper hi errant corde.

Et isti non cognovérunt vias meas, ut jurávi in ira mea: * si introíbunt in réquiem meam

Ant. Veníte, adorémus eúm: quia ipse est Dóminus Deus noster.

Glória Patri.

Ant. Veníte, adorémus eum: quia ipse est Dóminus Deus noster.

Ant. prædicta cum suo Psalmo dicitur tantum hac nocte: per Octavam vero loco hujus dicitur

Ant. Homo natus est * in ea, et ipse fundávit eam Altíssimus.

Psalmus. Fundaménta ejus. 152.

Ant. Adoráte Dominū, * allelúja: in áula sancta ejus, allelúja.

Psal. Cantáte Dómino... cantate 158.

Ant. Adoráte Deum, * allelúja: omnes Angeli ejus, allelúja.

Psal. Dominus regnávit, exultet. 159.

℣. Adoráte Dóminum allelúja.

℟. In áula sancta ejus, allelúja.

Ad Laud. et per Hor.

Antiphona.

Ante lucíferum génitus, * et ante sæcula, Dóminus Salvátor noster hódie mundo appàruit.

Psal. Dóminus regnávit, cum reliq. 26.

Ant. Venit lumen tuum, Jerúsalem, * et glória Dómini super te orta est: et ambulábunt Gentes in lúmine tuo, allelúja.

Ant. Apértis thesáuris suis, * obtulérunt Magi Dómino áurum, thus, et myrrham, allelúja.

Ant. Mária et flúmina * benedícite Dómino:

hymnum dícite fontes Dómino, allelúja.

Ant. Stella ista * sicut flamma coróscat, et Regem regum Deum demónstrat: Magi eam vidérunt, et magno Regi múnera obtulérunt.

Capit. Surge illumináre, ut supra.

Hymnus.

O sola magnárum Urbium
Major Béthlem, cui cóntigit
Ducem salútis cœlitus
Incorporátum gígnere.

Quem stella, quæ solis rotam
Vincit decóre, ac lúmine,
Venísse terris núntiat
Cum carne terréstri Deum.

Vidére postquam illum Magi,
Eóa promunt múnera:
Stratíque votis ófferunt
Thus, myrrham, et áurum régium.

Regem, Deúmque annúntiant
Thesáurus, et fragrans odor
Thuris Sabæi, ac myrrheus
Pulvis sepúlchrũ prædocet.

Jesu tibi sit glória,
Qui apparuísti Géntibus,
Cum Patre, et almo Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

℣. Adoráte Deum, allel. ℟. Omnes Angeli ejus, allelúja.

Ad Benedictus, Ant. Hódie cœlésti sponso juncta est Ecclésia, quóniam in Jordáne lavit Christus ejus crímina: currunt cum munéribus Magi ad regáles núptias, et ex aqua facto vino lætántur convívæ, allelúja.

Orátio. Deus, qui hodiérna. ut supra.

Ad Prim. in ℟. br. ℣. Qui apparuísti hódie. Et sic dic. per tot. Oct.

Ad Tertiam, Antiph. Venit lumen tuum.

Capit. Surge, illumináre, ut supra.

℟. br. Reges Tharsis,

et insulæ múnera óffe-rent, * Allelúja, allelúja. Reges.

℣. Reges Arabum et Saba dona addúcent. Allelúja, allelúja, Glória Patri. Reges.

℣. Omnes de Saba vénient, allelúja.

℟. Aurum et thus deferéntes, allelúja.

Ad Sextam Ant. Apértis thesáuris suis.

Capit. Isaiæ 60. 4.

Leva in circúitu óculos tuos, et vide: omnes isti congregáti sunt, venérunt tibi: filii tui de longe vénient, et filiæ tuæ de látere surgent.

℟. br. Omnes de Saba vénient, * Allelúja, allelúja. Omnes.

℣. Aurum, et thus deferéntes. Allelúja, allelúja. Glória Patri. Omnes.

℣. Adoráte Dóminum, allelúja.

℟. In aula sancta ejus, allelúja.

Ad Nonam. Antiph. Stella ista.

Capit. Isaiæ 60. 6.

Omnes de Saba vénient, áurum, et thus deferéntes, et láudem Dómino annuntiántes.

℟. br. Adoráte Dóminum, * Allelúja, allelúja. Adoráte.

℣. In áula sancta ejus. Allelúja, allelúja. Glória Patri. Adoráte.

℣. Adoráte Deum, allelúja.

℟. Omnes Angeli ejus, allelúja.

In ii. Vesperis.

Ant. Ante lucíferū, cum rel. de Laudibus. 288.

Psal. Dixit Dóminus, cum reliq. de Dom. 189.

Et sic dic. per tot. Oct.

Capitul. Surge, illumináre 285.

Hymnus. Crudélis H erdes.

℣. Reges Tharsis. 285.

Ad Magnificat, Antiph. Tribus miráculis ornátum diem sanctum cólimus: hódie stella Magos duxit ad præsépium: hódie vinum ex aqua factum est ad nú-

ptias: hódie in Jordáne a Joánne Christus baptizári vóluit, ut salváret nos, allelúja.
Oratio. Deus, qui hodiérna die. 286.

Si Epiphania venerit in Sabb., in ii. Vesp. fit com. Dom. infra Octavā. Antiphona. Remánsit. ℣. Omnes de Saba. Oratio. Vota, quæsumus. 292.

Infra Oct. Epiph. si occur. Fest Dupl., vel Semid. transfertur post Oct. nisi fuerit Patroni, vel Titul. Eccles., vel Dedicatio ejusd., ut dic. in Rubr. de Octavis: De Simpl. vero fit comm. Ad Matutinum. ℣. Dómine labia mea. Invitat. et Hymnus, ut supra in Rubr. festi ponitur. Ad Laudes, per Hor. et ad Vesp. omnia ut in die festi. 286, præter Ant. ad Bened. et Magn. quæ singulis diebus habentur propriæ, ut sequitur.

De Dom. infra Octavam in quamcumq. diem Octavæ inciderit, fit Offic., ut infra ordinatur. Post Dominicā vero continuantur dies Octavæ eodem numero, quo notantur, perinde ac si Dominica non intercessisset. Exempli gratia: Si Dominica venerit in iii. die infra Oct., prima die post Dominicam Añæ ad Benedict. et Magnif. dicuntur de tertia die infra Octav., et sic deinceps de aliis.

SECUNDA DIE

infra Oct. Epiphaniæ.
Ad Benedictus, Antiph. Ab Oriénte * venérunt Magi in Béthlehem adoráre Dóminum: et apértis thesáuris suis, pretiósa múnera obtulérunt: aurum, sicut Regi magno: thus, sicut Deo vero: myrrham, sepultúræ ejus, allelúja.
Ad Magnificat. Antiph. Vidéntes stellam Magi,* gavísi sunt gáudio magno: et intrántes domum, obtulérunt Dómino áurum, thus, et myrrham, allelúja.

TERTIA DIE

Ad Benedictus, Antiph. Tria sunt múnera,* quæ obtulérunt Magi Dómino, aurum, thus, et myrrham, Fílio Dei, Regi magno, allelúja.

Ad Magnificat, Antiph. Lux de luce* apparuísti Christe, cui Magi múnera ófferunt, allelúja, allelúja, allelúja.

QUARTA DIE.

Ad Benedictus, Antiph. Vídimus stellam * ejus in Oriénte, et vénimus cum munéribus adoráre Dóminum.

Ad Magnificat, Antiph. Interrogábat Magos Heródes:*Quod signum vidístis super natum Regem? Stellam vídimus fulgéntē, cujus splendor illúminat mundum.

QUINTA DIE.

Ad Benedictus, Antiph. Omnes natiónes * vénient a longe, portántes múnera sua, allelúja.

Ad Magnificat, Antiph. Omnes de Saba vénient* áurum, et thus deferéntes, allelúja, allel.

SEXTA DIE.

Ad Benedictus, Antiph. Vénient ad te,* qui detrahébant tibi, et adorábunt vestígia pedum tuórum.

Ad Magnificat, Ant. Admóniti Magi*in somnis, per áliam viam revérsi sunt in regiónem suam.

SABBATO

infra Oct. Epiphaniæ

Ad Vesp. Cap. Rom. 12. 1.

Fratres, Obsecro vos per misericórdiam Dei, ut exhibeátis córpora vestra hóstiam vivéntem, sanctam, Deo placéntem, rationábile obséquium vestrum.

Hymnus. Crudélis Heródes.

℣. Reges Tharsis. 285.

Ad Magnificat, Antiph. Remánsit puer Jesus * in Jerúsalem, et non cognovérunt paréntes ejus, existimántes illum esse in comitátu: et requirébant eum inter cognátos, et notos.

Oratio.

Vota, quæsumus Dómine, supplicántis

pópuli cœlésti pietáte proséquere: ut et quæ agénda sunt, vídeant; et ad impléndа quæ víderint, convaléscant. Per Dóminum.

Deinde fit commem. Epiphan. per Añam, quæ occurrit secundum ordinem dierum infr. Oct.

℣. Omnes de Saba vénient, allelúja.

℟. Aurum et thus deferéntes, allelúja.

Nisi dicta sit Antiph. Omnes de Saba: tunc enim dicitur:

℣. Adoráte Deum, allelúja.

℟. Omnes Angeli ejus, allelúja.

Oratio. Deus, qui hodiérna die. 286.

DOMINICA

infra Oct. Epiphaniæ.

Totum Off. dic. de Epiphan. præter Capitula Añas ad Benedict, et ad Magnificat, et Orationē.

Quando Epiph. in Dominica venerit, Sabbato seq. fit Offic. de Domin., et Fer. vi. Vesp. a Capit. de Dominica cum com. Octavæ.

Ad Laudes. Capitulum. Fratres, Obsecro vos, ut supra.

Hymn. O sola magnárum. 289.

℣. Adoráte Deum allel.

Ad Benedictus, Antiph. Remánsit puer.

Oratio. Vota, quæsumus, ut supra.

Deinde fit comm. de Epiph. Ant. Hódie cœlésti sponso 289.

℣. Omnes de Saba vénient.

Oratio. Deus, qui hodiérna die. 286.

Ad Tertiam. Antiph. Venit lumen tuum.

Capit. Fratres, Obsecro vos, ut supra.

℟. br. Reges Tharsis. ℣. Omnes de Saba. 289.

Ad Sextam, Antiph. Apértis thesáuris suis.

Capit. Rom. 12. 3.

Dico enim per grátiam, quæ data est mihi, ómnibus, qui sunt inter vos: Non plus sápere quam opórtet sá-

pere, sed sápere ad sobrietátem.
℟. br. Omnes de Saba.
℣. Adoráte Dóminum. 290.
Ad Nonam. Antiphona. Stella ista.
Capit. Rom. 12. 4.
Sicut enim in uno córpore multa membra habémus, ómnia autem membra non eúmdem actum habent: ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli áutem alter altérius membra in Christo Jesu Dómino nostro.
℟. br. Adoráte Dóminum.
℣. Adoráte Deum, 290.
In ii. Vesper.
Ant. de Laud. Epiph. Ante lucíferum 288.
Psalmi de Dominica 189
Capit. Fratres, Obsecro vos. 292.
Hymnus. Crudélis Heródes.
℣. Reges Tharsis. 285.
Ad Magnificat, Antiph. Fili, quid fecísti nobis sic?* Ego, et pater tuus doléntes quærebámus te. Quid est quod me quærebátis? nesciebátis quia in iis, quæ Patris mei sunt, opórtet me esse?
Orat. Vota, quæsumus Dómine. ut supra.
Et fit comm. de Epiph. Antiph. Tribus mirâculis. 290.
℣. Omnes de Saba vénient, allelúja.
℟. Aurum et thus deferéntes, allelúja.
Oratio. Deus, qui hodiérna die. 286.
Si Oct. Epiph. venerit in Dom., nihil fit de Domin. in ipsa die Octava, sed tant. in i. Vesp. diei Octavæ fit comm. pro ii. Vesp. Dominicæ infra Oct. de qua celebratum est Offic. eo die, Ant. Fili, quid fecísti. ℣. Omnes de Saba. qui Versus etiam dic. quando Octava Epiph. venerit in Feria ii. pro comm. Dominicæ in i. Vesp. diei Octavæ.

—

IN DIE OCTAVA
Epiph. Duplex.

In i. Vesp. omnia dicuntur sicut in i. Vesp. Epiph. 285. excepta Oratione.

Oratio.

Deus, cujus Unigénitus in substántia nostræ carnis appáruit: præsta, quæsumus; ut per eum, quem símilem nobis foris agnóvimus, intus reformàri mereámur: Qui tecum vivit.

Ad Matutinum. Invitat. Hymn. et Psal., ut infra Oct.: cætera dicuntur sicut in die Epiph.

Ad Laudes, et per Horas, et ad Vesper. omnia dicuntur sicut in die Epiph. excepta Oratione: Deus, cujus Unigénitus, ut supra.

Si Oct. Epiph. venerit in Sabb., in ii. Vesp. Octavæ fit comm. Dom. ii. post Epiph. Quando autem Septuag. venerit in prima Dom. post Oct. Epiph., tunc in primo Sabb. post Oct., non imped. Fest. ix. Lect. alioquin 1ª die post Octav., fiat Off. de Feria, cum Aña ad Benedict. et Orat. Domin. ii. post Epiphaniā. Festum vero Semid. in ea occurrens transfertur in prim. diem similiter non impeditam.

DOMINICA I.

post Epiph. quæ est infra Oct. dicitur Offic. secundum superiorem Rubricam 293.

SABBATO PRIMO
post Octav. Epiphaniæ.

Ad Vesp. omnia, præter Oration., ut in Psalt. 214, quod servatur in aliis Sabbatis usque ad Septuagesimam.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui cœléstia simul, et terréna moderáris: supplicatiónes pópuli tui cleménter exáudi, et pacem tuam nostris concéde tempóribus. Per Dñum.

Dom. fiunt commem. ibidem positæ in Psalt. 220.

DOMINICA II.
post Epiphaniam.

Ad Matut. et ad Laud. omnia ut in Psalterio.

Ad Benedictus, Antiph. **Núptiæ factæ sunt * in Cana Galilææ, et erat ibi Jesus cum María matre sua.**

Oratio. **Omnípotens,** ut supra.

Dein. fiunt commem. ut supra in Vesp. Sabbati. **220.**

Ad Hor. et Vesp. omnia ut in Psalt. de Dominica.

Ad Magnificat, Antiph. **Deficiénte vino, * jussit Jesus impléri hydrias aqua, quæ in vinum convérsa est, allelúja.**

Oratio. **Omnípotens,** ut supra.

Dein. fiunt comm. ut sup. in Vesp. Sab. **220.**

Post. Oct. Epiph. usq. ad Quadrag. quando occurrit fieri de Feria, fit Offic. ut in Psalt., exceptis iis, quæ sunt propria. Oratio vero dicitur de Dominica præcedenti.

—

SABBATO
Ad Vesperas. Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus infirmitátem nostram propítius réspice: atque ad protegéndum nos déxteram tuæ majestátis exténde. Per Dóminum.

DOMINICA III.
post Epiphaniam.

Ad Matutinum et Laudes etc. omnia ut in Psalterio.

Ad Benedictus, Antiph. **Cum descendísset * Jesus de monte, ecce leprósus véniens adorábat eum, dicens: Dómine, si vis, potes me mundáre: et exténdens manum tétigit eum, dicens: Volo, mundáre.**

Ad Magnificat, Antiph. **Dómine, si vis, * potes me mundáre: et ait Jesus: Volo, mundáre.**

SABBATO
Ad Vesperas. Oratio.

Deus, qui nos in tantis perículis constitútos, pro humána scis fragilitate non posse subsístere: da nobis

salútem mentis, et córporis; ut ea, quæ pro peccátis nostris pátimur, te adjuvánte, vincámus. Per Dóminum.

DOMINICA IV.

post Epiphaniam.

Ad Matut. etc. omnia ut in Psalterio.

Ad Benedictus, Antiph. Ascendénte Jesu* in navículam, ecce motus magnus factus est in mari: et suscitavérunt eum discípuli ejus, dicéntes: Dómine, salva nos, perímus.

Ad Magnificat, Antiph. Dómine, * salva nos, perímus: ímpera, et fac, Deus, tranquillitátem.

SABBATO

Ad Vesperas.

Oratio.

Famíliam tuam, quæsumus Dómine, contínua pietáte custódi: ut quæ in sola spe grátiæ cœléstis innítitur, tua semper protectióne muniátur. Per Dñum.

—

DOMINICA V.

post Epiphaniam.

Ad Matut. etc. omnia ut in Psalterio.

Ad Benedictus, Antiph. Dómine, * nonne bonũ semen seminásti in agro tuo? unde ergo habet zizánia? et ait illis: Hoc fecit inimícus homo.

Ad Magnificat, Antiph. Collígite*primum zizánia, et alligáte ea in fascículos ad comburéndum: tríticum autem congregáte in hórreum meum, dicit Dóminus.

SABBATO

Ad Vesperas. Oratio

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut semper rationabília meditántes, quæ tibi sunt plácita et dictis exequámur, et factis. Per Dóminum.

DOMINICA VI.

post Epiphaniam.

Ad Matut. etc. omnia ut in Psalterio.

Ad Benedict. Antiph. Símile est* regnum cœlórum grano sinápis,

quod mínimum est ómnibus semínibus: cum autem créverit, majus est ómnibus oléribus.

Ad Magnificat, Antiph.

Símile est* regnum cœlórum ferménto, quod accéptum múlier abscóndit in farínæ satis tribus, donec fermentátum est totum.

Si aliquod Fest. Duplex celebretur in Sabb. ante Septuag. in ii. Vesp. post Orationem Festi fit comm. de Dominica, et in fine dicitur **Benedicámus Dómino, allelúja, allelúja,** ut infra.

SABBATO

Ante Septuagesimam.

Ad Vesperas.

Capit. 1. Cor. 9. 24.

Fratres, Nescítis, quod ii, qui in stádio currunt, omnes quidem currunt, sed unus áccipit bravíum? sic cúrrite, ut comprehendátis.

Hym. **Jam sol recédit.**

℣. **Vespertina. 219.**

Ad Magnif., Antiph.

Dixit Dóminus * ad Adam: De ligno, quod est in médio paradísi, ne cómedas: in qua hora coméderis, morte moriéris.

Oratio.

Preces pópuli tui, quæsumus Dómine, cleménter exáudi: ut qui juste pro peccátis nostris afflígimur, pro tui nóminis glória misericórditer liberémur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

℣. **Benedicámus Dómino, allelúja, allelúja.**

℟. **Deo grátias, allelúja, allelúja.**

Deinceps non dicitur **Allelúja** usq. ad Sabb. sanctum: sed post **Deus in adjutorium,** ubi dicebatur **Allelúja,** dicitur: **Laus tibi, Dómine, Rex ætérnæ gloriæ.**

Si in Dominicis a Septuag. usq. ad Domin. in Alb. occurrat Fest. Duplex vel Semidup., transf. in primam diem similiter non impeditam, ut dicitur in Rubr. de Transl. Festorum.

DOMINICA
in Septuagesima.

Ad Matutinum. Invitator. **Præoccupémus fáciem Dómini * Et in psalmis jubilémus ei.**
Psal. **Venite 2.**
In primo versu Psalmi omittit· **Præoccupémus fáciem ejus,** et ejus loco repetitur a Choro Invitator.
Hymn. **Primo die 3.**
Añæ, Psalmi, et ỳỳ. Nocturnor. de Psalterio.

Ad Laudes, Antiph.

Miserére * mei, Deus, et a delícto meo munda me: quia tibi soli peccávi.
Psal. **Miserére. 86.**
Ant. **Confitébor tibi, * quóniam exaudísti me.**
Psal. **Confitémini. 35.**
Antiph. **Deus, Deus meus, * ad te de luce vígilo, quia factus es adjútor meus.**
Psal. **Deus, Deus meus. 27.**
Ant. **Benedíctus es * in firmaménto cœli, et laudábilis in sæcula, Deus noster.**
Cant. **Benedícite. 28.**
Ant. **Laudáte * Dóminũ de cœlis.**
Psal. **Laudate Dóminũ de cœlis 29.**
Psalmi suprad. semper dicuntur in Laud. Dominicar. usq. ad Pascha.
Cap. **Fratres,** ut supra.
Hymnus. **Ætérne rerum 31.**
℣. **Dómine, refúgium factus es nobis.**
℟. **A generatióne, et progénie.**

Ad Bened. Antiph.

Símile est * regnum cœlórum hómini patrifamílias, qui éxiit primo mane condúcere operários in víneam suam, dicit Dóminus.
Oratio. **Preces pópuli.** ut supra.

Ad Primam, Antiph.

Conventióne autem facta * cum operáriis ex denário diúrno, misit eos in víneam suam.
Psalm. **Deus in nómine tuo,** cum **Dñs regnavit,** et rel. ut in Psalterio **34,** etiam in aliis Do-

miniciis usq. ad Pascha.
Ad Absol. Capit. Lect. br. Dóminus autem 44.
Ad Tertiam. Ant. Ite et vos * in víneam meam, et quod justum fúerit, dabo vobis.
Cap. Fratres, Nescítis. ut supra, 298.
℟. br. Inclína cor meum Deus, * In testimónia tua. Inclína. ℣. Avérte óculos meos, ne vídeant vanitátem: in via tua vivífica me. In testimónia. Glória. Inclína. ℣. Ego dixi, Dómine, miserére mei. ℟. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi.
Ad Sextam. Antiph. Quid hic statis * tota die otiósi? respondérunt, et dixérunt: Quia nemo nos condúxit.
Capit. 1. Cor. 9. 25. Omnis autem, qui in agóne conténdit, ab ómnibus se ábstinet: et illi quidem ut corruptíbilem corónam accípiant, nos autem incorrúptam.
℟. br. In ætérnum Dómine, * Pérmanet verbum tuum. In ætérnū. ℣. In sæculum sæculi véritas tua. Pérmanet. Glória. In ætérnum. ℣. Dóminus regit me, et nihil mihi déerit. ℟. In loco páscuæ ibi me collocávit.
Ad Nonam. Antiph. Voca operários * et redde illis mercédem suam, dicit Dóminus.
Capit. 1. Cor. 10. 1. Bibébant autem de spirituáli, consequénte eos petra: petra autem erat Christus: sed non in plúribus eórum beneplácitum est Deo.
℟. br. Clamávi in toto corde meo, * Exáudi me Dómine. Clamávi. ℣. Justificatiónes tuas requíram. Exáudi. Glória. Clamávi. ℣. Ab occúltis meis munda me Dómine. ℟. Et ab aliénis parce servo tuo.
Ad Vesp. Ant. et Psal. Dixit Dóminus, cum rel. ut in Psalterio, 189.
Cap. Fratres. 298.
Hymnus. Lucis Creá-

tor. ℣. Dirigátur. 192.

Ad Magnif., Antiph.

Dixit paterfamílias, * operáriis suis: Quid hic statis tota die otiósi? At illi respondéntes dixérunt: Quia nemo nos condúxit. Ite et vos in víneam meam: et quod justum fúerit, dabo vobis.

Oratio. Preces pópuli tui. 298.

FERIA SECUNDA.

Ad Magnif. Antiph.

Hi novíssimi * una hora fecérunt, et pares illos nobis fecísti, qui portávimus pondus diéi, et æstus.

FERIA TERTIA.

Ad Magnif. Antiphona

Dixit autem paterfamílias: * Amíce, non fácio tibi injúriam: nonne ex denário convenísti mecum? tolle quod tuum est, et vade.

FERIA QUARTA.

Ad Magnif. Antiph.

Tolle quod tuum est, * et vade: quia ego bonus sum, dicit Dóminus.

FERIA QUINTA.

Ad Magnif., Antiph.

Non licet * mihi quod volo fácere? an óculus tuus néquam est, quia ego bonus sum? dicit Dóminus.

SABBATO
ante Sexagesimam.

Ad Vesperas.

Cap. 2. Cor. 11. 19.

Fratres, Libénter suffértis insipiéntes, cum sitis ipsi sapiéntes. Sustinétis enim si quis vos in servitútem rédigit, si quis dévorat, si quis áccipit, si quis extóllitur, si quis in fáciem vos cædit.

Hymnus Jam sol recédit. ℣. Vespertina 219.

Ad Magnif. Antiph.

Dixit Dóminus ad Noe: * Finis univérsæ carnis venit coram me: fac tibi arcam de lignis lævigátis, ut salvétur univérsum semen in ea.

Oratio.

Deus, qui cónspicis, quia ex nulla nostra actióne confídimus: concéde propítius; ut

contra advérsa ómnia, Doctóris Géntium protectióne muniámur. Per Dóminum.

DOMINICA

In Sexagesima.

Ad Matut. Invitator. et alia, ut in præcedenti Dominica, 299.

Ad Laud. Antiph.

Secundum magnam misericórdiam tuã * miserére mei, Deus.

Psal. Miserére. 86.

Ant. Si mihi Dóminus* salvátor fúerit, non timébo quid fáciat mihi homo.

Psal. Confitémini. 35.

Ant. In velaménto clamávi * valde dilúculo; Deus, Deus meus, ad te de luce vígilo.

Psal. Deus, Deus meus, cum reliquis 27.

Ant. Hymnũ dicámus * Dómino Deo nostro.

Ant. In tympano et choro,* in chordis et órgano laudáte Deum.

Capit. Fratres, Libénter, ut supra.

Hymn. Ætérne rerum Cónditor. 31.

℣. Dómine refúgium factus es nobis. ℟. A generatióne et progénie.

Ad Bened. Antiph. Cum turba plúrima* convenírent ad Jesum, et de civitátibus properárent ad eum, dixit per similitúdinem: Exiit, qui séminat, semináre semen suum.

Orat. Deus, qui cónspicis. ut supra.

Ad Primam, Ant. Semen cécidit * in terram bonam, et áttulit fructum in patiéntia.

Ad Absol. Capituli Lect. br. Dóminus autem. 44.

Ad Tertiam, Ant. Qui verbum Dei rétinent, * corde perfécto et óptimo, fructum áfferunt in patiéntia.

Capit. Fratres, Libénter. ut supra.

℟. br. Inclína cor. 300.

Ad Sextam, Ant. Semen cécidit * in terram bonam, et áttulit fructum, áliud centésimum, et áliud sexagésimum.

Capit. 2. Cor. 11. 25. Ter virgis cæsus sum, semel lapidátus sum, ter naufrágium feci, nocte et die in profúndo maris fui.

℟. br. In ætérnum Dómine 300.

Ad Nonam, Antiph. Si vere, fratres, * dívites esse cúpitis, veras divítias amáte.

Capit. 2. Cor. 12. 9. Libénter ígitur gloriábor in infirmitátibus meis, ut inhábitet in me virtus Christi.

℟. br. Clamávi in toto. 300.

Ad Vesp. Ant. et Psal. Dixit Dóminus, cum reliq. de Domin. 189.

Capit. Fratres, Libénter. 301.

Hymn. Lucis Creátor. ℣. Dirigátur. 193.

Ad Magnif. Antiph. Vobis datum est * nosse mystérium regni Dei: céteris autem in parábolis, dixit Jesus discípulis suis.

Oratio. Deus, qui cónspicis. ut supra 301.

FERIA SECUNDA.

Ad Magnif. Antiph. Si culmen veri honóris quæritis * ad illam cœléstem pátriam quantócyus properáte.

FERIA TERTIA.

Ad Magnif. Antiph. Semen est verbum Dei* sator autem Christus: omnis qui invenit eum, manébit in ætérnum.

FERIA QUARTA.

Ad Magnif. Antiph. Quod autem cécidit * in terram bonam, hi sunt, qui in corde bono et óptimo fructum áfferunt in patiéntia.

Si prædictæ Añæ ad Magnif. non potuerint dici in præcedentibus Feriis; et in sequenti Feria v. occurrat fieri Officium de Feria, dicatur ultima ex iis prætermissa: alioquin, expletis omnibus, sumantur de Psalt. quod semper fit, quando propriæ non habentur.

—

SABBATO
ante Quinquagesimam.
Ad Vesperas.
Capit. 1.Cor. 13.1.
Fratres, Si linguis hóminum loquar et Angelórum, charitátem autem non hábeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens.
Hymn. Jam sol recédit.
℣. Vespertína. 219.
Ad Magnif. Antiphona.
Pater fidei nostræ * Abraham summus, óbtulit holocáustum super altáre pro filio.
Oratio.
Preces nostras, quæsumus Dómine, cleménter exáudi: atque a peccatórum vinculis absolútos, ab omni nos adversitáte custódi. Per Dóminum nostrum.
DOMINICA
In Quinquagesima.
Ad Matut. Invitator. et alia ut in Dom. Septuages. 299.
Ad Laudes, Antiphona.
Secúndum multitúdinem * miseratiónum tuárum, Dómine, dele iniquitátem meam.
Psalm. Miserére. 86.
Antiph. Deus meus es tu, * et confitébor tibi: Deus meus es tu, et exaltábo te.
Psalm. Confitémini 35.
Ant. Ad te de luce * vígilo, Deus, ut vídeam virtútem tuam.
Psalm. Deus, Deus meus. cum reliquis. 27.
Ant. Hymnum dícite, * et superexaltáte eum in sæcula.
Ant. Omnes Angeli * ejus laudáte Dóminum de cœlis.
Capit. Fratres, Si línguis hóminum, ut sup.
Hym. Ætérne rerũ. 31.
℣. Dómine, refúgium factus es nobis.
℟. A generatióne et progénie.
Ad Benedictus, Antiph.
Ecce ascéndimus Jerosólymam, * et consummabúntur ómnia, quæ scripta sunt de Filio hóminis: tradetur enim géntibus, et illudétur, et conspuétur: et post-

quam flagelláverint, occídent eum, et tértia die resúrget.

Oratio. Preces nostras, ut supra.

Ad Prim. Antiph. Iter faciénte Jesu,* dum appropinquáret Jéricho, cæcus clamábat ad eum, ut lumen recípere mererétur.

Ad Absol. Capit., Lect. br. Dóminus autem 44.

Ad Tertiam, Ant. Transeúnte Dómino, * clamábat cæcus ad eum: Miserére mei, fili David.

Capit. Fratres, Si linguis, ut supra.

R. br. Inclína cor. 300.

Ad Sextam, Antiphona. Et qui præíbant* increpábant eum, ut tacéret: ipse vero multo magis clamábat: Miserére mei, fili David.

Capit. 1. Cor. 13. 8. Cháritas numquam éxcidit: sive prophetíæ evacuabúntur, sive línguæ cessábunt, sive sciéntia destruétur. Ex parte enim cognóscimus, et ex parte prophetámus.

R. br. In ætérnum Dómine. 300.

Ad Nonam. Antiphona. Cæcus magis ac magis clamábat,* ut eum Dóminus illumináret.

Capit. 1. Cor. 13. 13. Nunc autem manent fides, spes, cháritas, tria hæc: major autem horũ est cháritas.

R. br. Clamávi in toto. 300.

Ad Vesp. Ant. et Psal. Dixit Dóminus, cum relíquis de Domin. 189.

Capit. Fratres, Si linguis, ut supra.

Hymn. Lucis Creátor.

℣. Dirigátur, 192.

Ad Magníficat, Antiph. Stans autem Jesus * jussit cæcum addúci ad se, et ait illi: Quid vis, ut fáciam tibi? Dómine, ut vídeam. Et Jesus ait illi: Réspice, fides tua te salvum fecit. Et conféstim vidit, et sequebátur illum, magníficans Deum.

Oratio. Preces nostras.

FERIA SECUNDA.

Ad Magnificat, Antiph. Et qui præibant* increpábant eum, ut tacéret: ipse vero multo magis clamábat : Miserére mei, fili David.

FERIA TERTIA.

Ad Magnificat, Antiph. Miserére mei, * fili David. Quid vis, ut fáciam tibi? Dñe, ut vídeam.

FERIA QUARTA CINERUM

In hac, et sequentibus Feriis usq. ad Vesp. Sabbati, Hymni, Capit. et alia omn. dicuntur ut in Psalt. per Annum, exceptis Aũis ad Bened. et Magnificat, et post Laud., Hor., Vesp., et Complet. dicunt. Preces flex. genib. ut in Psalter.

Hodie ante Matut. in Choro dicunt. Psalmi Graduales.

Ad Laudes, et Horas omnia, ut in Psalterio.

Ad Benedictus, Antiph. Cum jejunátis, * nolíte fieri sicut hypócritæ, tristes.

Deinde dicuntur Prec. flex. genib. 90. Et similiter ad omn. Horas, ut in Psalt. 56.

Oratio.

Præsta, Dómine, fidélibus tuis: ut jejuniórum veneránda solémnia et cóngrua pietáte suscípiant, et secúra devotióne percúrrant. Per Dóminum.

Hodie et duobus seq. diebus dicunt. Vesp. hora consueta: Sabb. vero, et deinceps usq. ad Pascha dicunt. ante comestionem tam in Festis, quam in Fer., exceptis Dominicis, in quibus dicuntur hora consueta.

Ad Magnificat, Antiph. Thesaurizáte vobis * thesáuros in cœlo, ubi nec ærúgo, nec tínea demolítur.

Deinde dicuntur Preces. 197.

Oratio.

Inclinántes se, Dómine, majestáti tuæ propitiátus inténde: ut qui divino múnere sunt refécti, cœléstibus sem-

per nutriántur auxíliis. Per Dóminum.

FERIA QUINTA.

Ad Benedictus, Antiph. Dómine, * puer meus jacet paralyticus in domo, et male torquétur. Amen dico tibi, ego véniam, et curábo eum.

Oratio.

Deus, qui culpa offénderis, pœniténtia placáris: preces pópuli tui supplicántis propítius réspice; et flagélla tuæ iracundiæ, quæ pro peccátis nostris merémur, avérte. Per Dóminum.

Ad Magnif., Ant. Dómine * non sum dignus, ut intres sub tectum meum; sed tantum dic verbo, et sanábitur puer meus.

Oratio.

Parce, Dómine, parce pópulo tuo: ut dignis flagellatiónibus castigátus, in tua miseratióne respíret. Per Dóminum.

—

FERIA SEXTA.

Ad Benedict. Antiph. Cum facis eleemósynã, * nésciat sinístra tua quid fáciat déxtera tua.

Oratio.

Inchoáta jejúnia, quæsumus Dómine, benígno favóre prosequere: ut observántiam, quam corporáliter exhibémus, méntibus etiã sincéris exercére valeámus. Per Dóminum.

Hodie post Laud. dic. Psal. Pœnitentiáles.

Ad Magnificat, Antiph. Tu autem cum oráveris, *intra in cubículum tuum: et clauso óstio ora Patrem tuum.

Oratio.

Tuére, Dñe, pópulum tuum, et ab ómnibus peccátis cleménter emúnda: quia nulla ei nocébit advérsitas, si nulla ei dominétur iníquitas. Per Dóminum.

SABBATO.

Ad Benedict. Ant. Me étenim * de die in diem quærunt, et scire vias meas volunt.

Oratio.

Adésto, Dómine, supplicatiónibus nostris, et concéde: ut hoc solémne jejúnium, quod animábus, corporibúsque curándis salúbriter institútum est, devóto servítio celebrémus. Per Dóminum.

SABBATO PRIMO
in Quadragesima.
Ad Vesp.

Cap. 2. Cor. 6. 1.

Fratres, Hortámur vos, ne in vácuum grátiam Dei recipiátis. Ait enim: Témpore accépto exaudívi te, et in die salútis adjúvi te.

Hymnus.

Audi, benígne Cónditor,
Nostras preces cum flétibus,
In hoc sacro jejúnio.
Fusas quadragenário.
Scrutátor alme córdiũ,
Infirma tu scis vírium.
Ad te revérsis éxhibe
Remissiónis grátiam.
Multum quidem peccávimus,
Sed parce confiténtibus:
Ad nóminis láudem tui,
Confer medélam lánguidis.
Concéde nostrum cónteri
Corpus per abstinéntiam,
Culpæ ut relínquant pábulum
Jejúna corda críminũ.
Præsta beáta Trínitas,
Concéde simplex Unitas;
Ut fructuósa sint tuis
Jejuniórum múnera.
Amen.

℣. Angelis suis Deus mandávit de te.
℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Ad Magnif. Antiph.

Tunc invocábis, * et Dóminus exáudiet; clamábis, et dicet: Ecce adsum.

Oratio.

Deus, qui Ecclésiam tuam ánnua Quadragesimáli observatióne purificas: præsta famíliæ tuæ; ut quod a te obtinére abstinéndo nítitur, hoc bonis opéribus exequátur. Per Dũm.

DOMINICA I.
in Quadragesima.
AD MATUTINUM

Invitat. Non sit vobis vanum mane súrgere ante lucem: * Quia promísit Dóminus corónam vigilántibus.

Quod dicitur in Dominicis tantum usque ad Dominicam Passionis.

Psalmus. Venite. 2.

Hymnus.

Ex more docti mystico
Servémus hoc jejúnium.
Deno dierum círculo
Ducto quater notíssimo.

Lex et Prophétæ prímitus
Hoc prætulérunt, póstmodum
Christus sacrávit, ómnium
Rex atque Factor témporum.

Utámur ergo párcius
Verbis, cibis, et pótibus,
Somno, jocis, et árctius
Perstémus in custódia.

Vitémus autem nóxia,
Quæ súbruunt mentes vagas,
Nullúmque demus cállidi
Hostis locum tyránnidi.

Flectámus iram víndicem,
Plorémus ante Júdicem,
Clamémus ore súpplici,
Dicámus omnes cérnui:

Nostris malis offéndimus
Tuam, Deus, cleméntiam,
Effúnde nobis désuper
Remíssor indulgéntiam.

Meménto quod sumus tui,
Licet cadúci plásmatis,
Ne des honórem nóminis
Tui, precámur, álteri.

Laxa malum quod fécimus,
Auge bonum, quod póscimus,
Placére quo tandem tibi
Possímus hic, et perpétim.

Præsta beáta Trínitas,
Concéde simplex Unitas;
Ut fructuósa sint tuis
Jejuniórum múnera.
Amen.

Antiphonæ, Psal. et ℣℣. Nocturnor. de Psalt. per annum 5, et tempore Quadrag.

Ad Laudes, Antiph.

Cor mundum * crea in me Deus, et spíritum rectum ínnova in viscéribus meis.

Psalm. Miserére. 86.

Antiph. O Dómine * salvum me fac: o Dómine bene prosperáre.

Psal. Confitémini Dómino. 35.

Ant. Sic benedícam te * in vita mea, Dómine: et in nómine tuo levábo manus meas.

Psal. Deus, Deus meus. cum reliquis 27.

Ant. In spíritu humilitátis, * et in ánimo contríto suscipiámur, Dómine, a te: et sic fiat sacrifícium nostrum, ut a te suscipiátur hódie, et pláceat tibi Dómine Deus.

Ant. Laudáte Deum * cœli cœlórum, et aquæ omnes.

Capit. Fratres, Hortámur, ut supra.

Hymnus.

O Sol salútis, íntimis
Jesu refúlge méntibus.
Dum nocte pulsa grátior
Orbi dies renáscitur.
Dans tempus acceptábile,
Da, lacrymárum rívulis
Laváre cordis víctimā,
Quam læta adúrat Cháritas.
Quo fonte manávit nefas,
Fluent perénnes lácrymæ,
Si virga pœniténtiæ
Cordis rigórem cónterat.
Dies venit, dies tua,
In qua reflórent ómnia:
Lætémur et nos in viam
Tua redúcti déxtera.
Te prona mundi máchina,
Clemens adóret Trínitas,
Et nos novi per grátiā,
Novum canámus cánticum. Amen.

℣. Angelis suis Deus mandávit de te.

℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Ad Bened. Antiphona. Ductus est Jesus * in desértum a Spíritu, ut tentarétur a diábolo: et cum jejunásset quadragínta diebus, et quadragínta nóctibus, póstea esúriit.

Orat. Deus, qui Ecclésiam tuam. 308.

Ad Prim., Ant. Jesus autem * cum jejunásset quadragínta diébus, et quadragínta nóctibus, póstea esúriit.

Psal. Deus in nómine tuo, cum Dñus regnavit. et rel. ut in Psalterio 34. in omnib. Dominicis usque ad Pascha. Capit. Regi sæculórum. 40. Ad Absolut. Capit. Lect. br. Quærite Dóminum. ut in Psalt. 44. Et dicitur in Domínicis, et Feriis usque ad Domin. Passionis exclusive.

Ad Tertiam, Antiph. Tunc assúmpsit * eum diábolus in sanctam civitátem, et státuit eum supra pinnáculum templi, et dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deórsum.

Capit. Fratres, Hortámur, ut supra.

℟. breve. Ipse liberávit me, * De láqueo venántium. Ipse. ℣. Et a verbo áspero. De láqueo. Glória. Ipse. ℣. Scápulis suis obumbrábit tibi. ℟. Et sub pennis ejus sperábis.

Ad Sextam, Antiphona. Non in solo pane * vivit homo, sed in omni verbo, quod procédit de ore Dei.

Capitul. 2. Cor. 6. 2.

Ecce nunc tempus acceptábile, ecce nunc dies salútis. Némini dantes ullam offensiónem, ut non vituperétur ministérium nostrum.

℟. br. Scápulis suis, * Obumbrábit tibi. Scápulis. ℣. Et sub pennis ejus sperábis. Obumbrábit. Glória. Scápulis. ℣. Scuto circúmdabit te véritas ejus

℟. Non timébis a timóre noctúrno.

Ad Nonam, Antiphona. Dóminum Deum tuum* adorábis, et illi soli sérvies.

Capit. 2. Cor. 6. 9.

Ut castigáti, et non mortificáti: quasi tristes, semper autem gaudéntes: sicut egéntes, multos autem locupletántes: tamquam nihil habéntes, et ómnia possidéntes.

℟. br. Scuto circúmdabit te, * Véritas ejus. Scuto. ℣. Non timébis a timóre noctúrno. Véritas. Glória. Scuto.

℣. Angelis suis Deus mandávit de te.

℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Ad Vesp. Antiphona et Psalm. Dixit Dóminus, cum rel. de Dóminic. 189. Cap. Fratres, Hortámur. 308. Hymn. Audi, benígne. ℣. Angelis suis, ut supra in Vesp. Sabb. 308. Ad Magnif. Antiphona. Ecce nunc tempus* acceptábile, ecce nunc dies salútis: in his ergo diebus exhibeámus nosmetípsos sicut Dei minístros in multa patiéntia, in jejúniis, in vigiliis, et in charitáte non ficta.

Orat. Deus, qui Ecclésiam tuam. 308.

Hymni, ℣℣. et ℟℟. brevia supradicta dicuntur in Dominicis, et Fer. usq. ad Dominic. Passionis exclusive.

Post Vesp. diei dicunt. Vesp. Defunctor.

FERIA SECUNDA.

Ad Matutinum, Invitator. de Psalt. Hymn. Ex more. 309.

Anæ, et Psal. Nocturn. de Psalt. 69.

Et sic dicitur in aliis etiam sequentib. Feriis.

Ad Laudes, Antiph. et Psal. Miserére, cum reliq. de Psalt. 86.

Capitulum. Isaiæ 58. 1.

Clama, ne cesses, quasi tuba exálta vocem tuam, et annúntia pópulo meo scélera eó-

rum, et dómui Jacob peccáta eórum.
Hymnus. O sol salútis. ℣. Angelis suis. 310.
Ad Benedictus, Antiph. Veníte benedícti * Patris mei, percípite regnum, quod vobis parátum est ab orígine mundi.
Deinde dicuntur Preces 90.

Oratio.

Convérte nos Deus salutáris noster: et ut nobis jejúnium Quadragesimále profíciat, mentes nostras cœléstibus ínstrue disciplínis. Per Dóminum nostrum.
Post Laud. dicitur Officium Defunctorum.
Ad Primam. Ant. Vivo ego. 45. Capitul. Pacem et veritátem. cum reliquis, ut in Psalt. 50.
Ad Absolut. Capit. Quærite Dominum. 44.
Ad Tertiam. Ant. Advenérunt nobis. 53.
Capitul. Convertímini. ℟. br. Ipse liberábit. 57. Deinde Preces 56.
Ad Sextam. Ant. Commendémus 59.
Capitul. Derelínquat ímpius.
℟. br. Scápulis suis. 63.
Deinde preces 62.
Ad Nonam. Ant. Per arma justítiæ. 64.
Capit. Frange esuriénti.
℟. br. Scuto circúmdabit. 68.
Deinde preces 67.
Ad Vesp. Ant. Inclinávit. Psal. Diléxi, cum reliq. de Psalter. 194.
Capitul. Joelis 2. 17.
Inter vestíbulum et altáre plorábunt sacerdótes minístri Dómini, et dicent: Parce, Dómine, parce pópulo tuo: et ne des hæreditátem tuam in oppróbrium, ut domiméntur eis natiónes.
Hymn. Audi benígne.
℣. Angelis suis. 308.
Antiph. et Capitul. supradicta dicuntur in feriali Officio usq. ad Domin. Passionis.
Ad Magnif. Antiph. Quod uni * ex mínimis meis fecístis, mihi fecístis, dicit Dóminus.
Deinde dic. Prec. 197.

Oratio.

Absólve, quæsumus Dómine, nostrórum víncula peccatórum: et quidquid pro eis merémur, propitiátus avérte. Per Dóminum.

FERIA TERTIA.

Ad Benedictus, Ant. Intrávit Jesus * in templum Dei, et ejiciébat omnes vendéntes, et eméntes, et mensas nummulariórum, et cáthedras vendéntium colúmbas evértit.

Oratio.

Réspice, Dómine, famíliam tuam, et præsta; ut apud te mens nostra tuo desidério fúlgeat, quæ se carnis maceratióne castígat. Per Dóminum.

Ad Magnif. Antiph. Scriptum est enim, * quia domus mea, domus oratiónis est cunctis Géntibus; vos autem fecístis illam spelúncam latrónum: et erat quotídie docens in templo.

Oratio.

Ascéndant ad te, Dómine, preces nostræ: et ab Ecclésia tua cunctam repélle nequítiam. Per Dñum.

FERIA QUARTA.

Quatuor Temporum. Hodie dicunt. Psalm. Gradual.

Ad Benedictus, Antiph. Generátio * hæc prava et pervérsa signum quærit: et signum non dábitur ei, nisi signum Jonæ Prophétæ.

Oratio.

Preces nostras, quæsumus Dómine, cleménter exáudi: et contra cuncta nobis adversántia déxteram tuæ majestátis exténde. Per Dóminum.

Ad Magnificat, Antiph. Sicut fuit Jonas * in ventre ceti tribus diébus, et tribus nóctibus, ita erit Fílius hóminis in corde terræ.

Oratio.

Mentes nostras, quæsumus Dómine, lúmine tuæ claritátis il-

lústra: ut vidére possímus; quæ agénda sunt, et quæ recta sunt ágere valeámus. Per Dóminū.

FERIA QUINTA.

Ad Benedictus, Antiph. Egréssus Jesus * secéssit in partes Tyri et Sidónis: et ecce múlier Chananæa a fínibus illis egréssa, clamábat dicens : Miserére mei fili David.

Oratio.

Devotiónem pópuli tui, quæsumus Dómine, benignus inténde: ut qui per abstinéntiam macerántur in córpore, per fructum boni óperis reficiántur in mente. Per Dóminum.

Ad Magnificat, Antiph. O múlier, * magna est fides tua: fiat tibi sicut petiísti.

Oratio.

Da, quæsumus Dómine, pópulis Christiánis, et quæ profiténtur agnóscere; et cœléste munus dilígere, quod frequéntant. Per Dóminum.

FERIA SEXTA

Quatuor Temporum.

Ad Benedictus, Ant. Angelus Dómini, * descendébat de cœlo, et movebátur aqua, et sanabátur unus.

Oratio

Esto Dómine, propítius plebi tuæ : et quam tibi facis esse devótam, benígno réfove miserátus auxílio. Per Dóminum.

Hodie dic. Ps. Pœnit.

Ad Magnificat, Antiph. Qui me sanum fecit, * ille mihi præcépit: Tolle grabátum tuum, et ámbula in pace.

Oratio.

Exáudi nos miséricors Deus : et méntibus nostris grátiæ tuæ lumen osténde. Per Dóminum.

SABBATO

Quatuor Temporum.

Ad Benedictus, Ant. Assúmpsit Jesus * discípulos suos, et ascéndit in montem, et transfigurátus est ante eos.

—

Oratio.

Pópulum tuum, quæsumus Dómine propítius réspice : atque ab eo flagélla tuæ iracúndiæ cleménter avérte. Per Dóminum.

Ad Vesperas.

Càpit. 1. Thess. 4. 1.

Fratres, Rogámus vos, et obsecrámus in Dño Jesu: ut quemádmodum accepístis a nobis quómodo vos opórteat ambuláre, et placére Deo: sic et ambulétis, ut abundétis magis.

Hymn. Audi benígne.

℣. Angelis suis. 308.

Ad Magníf. Antiph. Visiónem, quam vidístis, * némini dixéritis, donec a mórtuis resúrgat Fílius hóminis.

Oratio.

Deus, qui cónspicis omni nos virtúte destítui: intérius, exteriúsque custódi : ut ab ómnibus adversitátibus muniámur in córpore, et a pravis cogitatiónibus mundémur in mente. Per Dóminum.

DOMINICA II.

in Quadragesima.

Ad Matutinum. Invitat. Hymn. et rel. ut in 1.ª Dominica. 309.

Ad Laudes, Antiphona.

Dómine, * lábia mea apéries, et os meū annuntiábit láudem tuam.

Psal. Miserére 86.

Ant. Déxtera Dómini * fecit virtútem: déxtera Dómini exaltávit me.

Psal. Confitémini 35.

Ant. Factus est * adjútor meus Deus meus.

Psal. Deus, Deus meus, cum reliquis 27.

Ant. Trium puerórum* cantémus hymnum, quem cantábant in camíno ignis, benedicéntes Dóminum.

Ant. Státuit ea * in ætérnum, et in sæculum sæculi: præcéptum pósuit, et non præteríbit.

Capitul. Fratres, Rogámus. ut supra.

Hymn. O sol salútis.

℣. Angelis suis. 310.

Ad Benedictus, Ant. Assúmpsit Jesus * disci-

pulos suos, et ascéndit in montem, et transfigurátus est ante eos.
Orat. Deus, qui cónspicis. ut supra.
Ad Prim. omn. ut in I. Domin. praeter Ant. Dómine, * bonum est nos hic esse: si vis, faciámus hic tria tabernácula: Tibi unum, Moysi unum, et Elíæ unum.
Ad Tertiam, Antiph. Dómine, * bonum est, ut ad Primam.
Cap. Fratres, Rogámus vos, ut supra.
℟. br. Ipse liberávit me.
℣. Scápulis suis 311.
Ad Sextam, Antiph. Faciámus hic * tria tabernácula: Tibi unum, Moysi unum, et Elíæ unum.
Cap. 1. Thess. 4. 3.
Hæc est enim volúntas Dei, sanctificátio vestra: ut abstineátis vos a fornicatióne, ut sciat unusquísque vestrum vas suum possidére in sanctificatióne, et honóre.
℟. br. Scápulis suis.
℣. Scuto circúmdabit. 311.
Ad Nonam, Antiphona, Visiónem, quam vidístis, * némini dixéritis, donec a mórtuis resúrgat Fílius hóminis.
Capit. 1. Thess. 4. 7.
Non enim vocávit nos Deus in immundítiam, sed in sanctificatiónem in Christo Jesu Dómino nostro.
℟. br. Scuto circúmdabit.
℣. Angelis suis Deus 312
Ad Vesp. Ant. et Psal. Dixit Dóminus, cum reliquis de Dom. 189.
Cap. Fratres, Rogámus, ut supra.
Hym. Audi, benígne.
℣. Angelis suis. 308.
Ad Magnificat, Antiph. Visiónem, quam vidístis, * némini dixéritis, donec a mórtuis resúrgat Fílius hóminis.
Orat. Deus, qui cónspicis, ut supra.
Deinde in Choro dicuntur Vesperæ Defunct.

FERIA SECUNDA

Ad Benedictus, Antiph. Ego princípium, * qui et loquor vobis.

Deinde dic. Prec. 90.

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut família tua, quæ se, affligéndo carnem, ab aliméntis ábstinet; sectándo justítiam, a culpa jejúnet. Per Dñum.

Hodie dic. Off. Defunct.

Ad Magnificat, Antiph. Qui me misit, mecum est, * et non relíquit me solum: quia, quæ plácita sunt ei, fácio semper.

Deinde dicunt. Prec. 197

Oratio.

Adésto supplicatiónibus nostris, omnípotens Deus, et quibus fidúciam sperándæ pietátis indúlges, consuétæ misericórdiæ tríbue benígnus efféctum. Per Dóminum.

FERIA TERTIA

Ad Benedictus, Antiph. Unus est * enim magíster vester, qui in cœlis est, Christus Dñus.

Oratio.

Pérfice, quæsumus, Dómine, benígnus in nobis observántiæ sanctæ subsídium: ut, quæ te auctóre faciénda cognóvimus, te operánte impleámus. Per Dóminum.

Ad Magnif. Antiphona Omnes autem * vos fratres estis: et patrem nolíte vocáre vobis super terram: unus est enim Pater vester, qui in cœlis est: nec vocémini magístri: quia Magíster vester unus est Christus.

Oratio.

Propitiáre, Dómine, supplicatiónibus nostris, et animárum nostrárum medére languóribus: ut, remissióne percépta, in tua semper benedictióne lætémur. Per Dñum.

FERIA QUARTA

Hodie dicuntur Psalmi Graduales.

Ad Benedictus, Antiph. Ecce ascéndimus * Jerosólymam: et Filius

hóminis tradétur ad crucifigéndum.

Oratio.

Pópulum tuum, quæsumus Dómine, propítius réspice : et quos ab escis carnálibus præcipis abstinére, a nóxiis quoque vítiis cessáre concéde. Per Dñum.

Ad Magnif. Antiphona. Tradétur enim Géntibus * ad illudéndum, et flagellándum, et crucifigéndum.

Oratio.

Deus innocéntiæ restitútor et amátor, dírige ad te tuórum corda servórum : ut, spíritus tui fervóre concépto, et in fide inveniántur stábiles, et in ópere efficáces. Per Dom.

FERIA QUINTA

Ad Benedictus, Antiph. Fili, recordáre, * quia recepísti bona in vita tua, et Lázarus simíliter mala.

Oratio.

Præsta nobis, quæsumus Dómine, auxílium grátiæ tuæ : ut jejúniis, et oratiónibus conveniénter inténti, liberémur ab hóstibus mentis, et córporis. Per Dóminum.

Ad Magnificat, Antiph. Dives ille * guttam aquæ pétiit, qui micas panis Lázaro negávit.

Oratio.

Adésto, Dómine, fámulis tuis, et perpétuam benignitátem largíre poscéntibus: ut iis, qui te auctóre, et gubernatóre gloriántur, et congregáta restáures, et restáurata consérves. Per Dñum.

FERIA SEXTA

Ad Benedictus, Antiph. Malos male perdet, * et víneam suam locábit áliis agrícolis, qui reddant ei fructum tempóribus suis.

Oratio.

Da quæsumus omnípotens Deus, ut sacro nos purificánte jejúnio, sincéris méntibus ad sancta ventúra fácias pervenire. Per Dóminum.

Hodie dicuntur Psalm. Pœnit.

Ad Magnificat, Antiph. Quæréntes eum tenére* timuérunt turbam, quia sicut Prophétam eum habébant.

Oratio.

Da, quæsumus Dómine, pópulo tuo salútem mentis, et córporis: ut bonis opéribus inhæréndo, tuæ semper virtútis mereátur protectióne deféndi. Per Dóminum.

SABBATO

Ad Benedictus, Antiph. Vadam ad patrem meum, * et dicam ei: Pater, fac me sicut unum ex mercenáriis tuis.

Oratio.

Da, quæsumus Dómine, nostris effectum jejúniis salutárem, ut castigátio carnis assúmpta, ad nostrárum vegetatiónem tránseat animárum. Per Dñum.

Ad Vesperas.

Cap. Ephes. 5. 1.

Fratres, Estóte imitatóres Dei, sicut filii charíssimi: et ambuláte in dilectióne, sicut et Christus diléxit nos, et trádidit semetipsum pro nobis oblatiónem, et hóstiam Deo in odórem suavitátis.

Hymn. Audi benígne.

℣. Angelis suis, ut supra 308.

Ad Magnificat, Antiph. Dixit autem pater ad servos suos: Cito proférte stolam primam, et indúite illum, et date ánnulum in manu ejus, et calceaménta in pédibus ejus.

Oratio.

Quæsumus omnípotens Deus, vota humílium respice: atque ad defensiónem nostrā, déxteram tuæ majestátis exténde. Per Dóminum.

DOMINICA III.

in Quadragesima.

Ad Matutinum. Invitator. Hymn. etc. ut in 1. Dominica. 309.

Ad Laudes. Antiph.

Fac benígne * in bona voluntáte tua, ut

ædificéntur, Dñe, muri Jerúsalem.
Psal. Miserere. 86.
Ant. Dóminus* mihi adjútor est, non timébo quid fáciat mihi homo.
Psal. Confitémini. 35.
Ant. Deus misereátur nostri, * et benedícat nos.
Psal. Deus, Deus meus, cum réliquis 27.
Ant. Vim virtútis suæ* oblítus est ignis, ut púeri tui liberaréntur illæsi.
Ant. Sol, et luna * laudáte Deum: quia exaltátum est nomen ejus solíus.
Capitul. Fratres, Estóte, ut supra.
Hymnus. O sol salútis.
℣. Angelis suis 310.
Ad Benedictus, Antiph. Cum fortis armátus * custódit átrium suum, in pace sunt ómnia, quæ póssidet.
Oratio. Quæsumus, omnípotens Deus. ut supra. 320.
Ad Primam omnia, ut in 1, Domin. præter Ant. Et cum ejecísset Jesus * dæmónium, locútus est mutus, et admirátæ sunt turbæ.
Ad Tertiam, Antiph. Si in dígito Dei * ejicio dæmónia, profécto pervénit in vos regnum Dei.
Cap. Fratres, Estóte imitatóres Dei.
℟. br. Ipse liberávit me.
℣. Scápulis suis. 311.
Ad Sextam, Antiphona Qui non cólligit mecum,* dispérgit: et qui non est mecum, contra me est.
Capit. Ephes. 5. 5.
Hoc enim scitóte intelligéntes, quod omnis fornicátor, aut immúndus, aut avárus, quod est idolórum sérvitus, non habet hæreditátem in regno Christi, et Dei.
℟. br. Scápulis suis.
℣. Scuto circumdábit. 311.
Ad Nonam, Antiphona Cum immúndus spíritus * exíerit ab hómi-

ne, ámbulat per loca inaquósa, quærens réquiem, et non ínvenit.
Capit. Ephes. 5. 8.
Erátis enim aliquándo ténebræ, nunc autem lux in Dómino. Ut filii lucis ambuláte: fructus enim lucis est in omni bonitáte, et justítia, et veritáte.
℟. br. Scuto circúmdabit.
℣. Angelis suis. 312.
Ad Vesp. Ant. et Psal. Dixit Dóminus, cum reliquis de Domin. 189.
Cap. Fratres, Estóte imitatóres. 320.
Hymn. Audi, benígne Cónditor.
℣. Angelis suis Deus. 308.
Ad Magnificat Antiph. Extóllens vocem* quædam múlier de turba, dixit: Beátus venter qui te portávit, et úbera quæ suxísti. At Jesus ait illi: Quinímo beáti qui áudiunt verbum Dei, et custódiunt illud.
Oratio. Quæsumus, omnipotens, ut supra.
Post Vesp. diei dicuntur Vesperæ Defunctorum.

FERIA SECUNDA.

Ad Benedictus, Antiph. Amen dico vobis, *quia nemo Prophéta accéptus est in pátria sua.
Deinde dic. Prec. 90.
Oratio.
Córdibus nostris, quæsumus Dómine, grátiam tuam benígnus infúnde: ut, sicut ab escis carnálibus abstinémus; ita sensus quoque nostros a nóxiis retrahámus excéssibus. Per Dóminum.
Hodie dic. Off. Defunct.
Ad Magnificat. Antiph. Jesus autem tránsiens per médium illórum ibat.
Deinde dicuntur Preces. 197.
Oratio.
Subvéniat nobis, Dómine, misericórdia tua: ut ab imminéntibus peccatórum nostrórum perículis, te mereámur protegénte

éripi, te liberánte salvári. Per Dóminum.

FERIA TERTIA.

Ad Benedictus, Antiph. Si duo ex vobis * consénserint super terram: de omni re, quamcúmque petíerint, fiet illis a Patre meo, dicit Dóminus.

Oratio.

Exáudi nos omnípotens, et miséricors Deus: et continéntiæ salutáris propítius nobis dona concéde. Per Dóminum.

Ad Magnificat, Antiph. Ubi duo, vel tres, * congregáti fúerint in nómine meo, in médio eórum sum, dicit Dñus.

Oratio.

Tua nos, Dómine, protectióne defénde: et ab omni semper iniquitáte custódi. Per Dóminum.

FERIA QUARTA.

Hodie dic. Psal. Grad.

Ad Benedictus Antiph. Audíte et intellígite * traditiónes, quas Dóminus dedit nobis.

Oratio.

Præsta nobis, quæsumus Dómine: ut salutáribus jejúniis erudíti, a nóxiis quoque vítiis abstinéntes, propitiatiónem tuam facílius impetrémus. Per Dóminum.

Ad Magnificat, Antiph. Non lotis mánibus * manducáre, non coínquinat hóminem.

Oratio.

Concéde, quæsumus, omnípotens Deus, ut qui protectiónis tuæ grátiam quærimus, liberáti a malis ómnibus, secúra tibi mente serviámus. Per Dñum.

FERIA QUINTA.

Ad Benedictus, Antiph. Exíbant autem dæmónia * a multis clamántia, et dicéntia, quia tu es Christus Fílius Dei: et íncrepans non sinébat ea loqui, quia sciébant ipsum esse Christum.

Oratio.

Magníficet te, Dómine, sanctórum tuórum Cosmæ, et Damiá-

ni beáta solémnitas: qua et illis glóriă sempitérnam, et opem nobis ineffábili providéntia contulísti. Per Dóminum.

Ad Magnificat, Antiph. Omnes, qui habébant infírmos,* ducébant illos ad Jesum, et sanabántur.

Oratio.

Subjéctum tibi pópulum, quæsumus Dómine, propitiátio cœléstis amplíficet: et tuis semper fáciat servíre mandátis. Per Dóminū.

FERIA SEXTA.

Ad Benedictus, Antiph. Aquam, quam ego dédero, * si quis biberit ex ea, non sitiet in ætérnum.

Oratio.

Jejúnia nostra, quæsumus Dómine, benígno favóre proséquere: ut sicut ab aliméntis abstinémus in córpore, ita a vítiis jejunémus in mente. Per Dóminum.

Hodie dic. Ps. Pœnit.

Ad Magnificat, Antiph. Dómine,*ut vídeo, Prophéta es tu: patres nostri in monte hoc adoravérunt.

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut qui in tua protectióne confídimus, cuncta nobis adversántia, te adjuvánte, vincámus. Per Dóm.

SABBATO.

Ad Benedictus, Antiph. Inclinávit se Jesus, * et scribébat in terra: Si quis sine peccato est, mittat in eam lápidem.

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut qui se, affligéndo carnem, ab aliméntis ábstinent: sectándo justítiam, a culpa jejúnent. Per Dóminum.

Ad Vesperas.

Capit. Gal. 4. 22.

Fratres, Scriptū est: quóniam Abraham duos filios habuit: unum de ancilla, et unum de libera. Sed qui de ancílla, secúndum

carnem natus est: qui autem de libera, per repromissiónem: quæ sunt per allegoríam dicta.

Hymn. Audi, benigne. ℣. Angelis suis. 308.

Ad Magnificat, Antiph. Nemo te condemnávit, múlier? * Nemo Dómine. Nec ego te condemnábo: jam ámplius noli peccáre.

Oratio.

Concéde, quæsumus, omnípotens Deus: ut qui ex mérito nostræ actiónis affligimur, tuæ grátiæ consolatióne respirémus. Per Dóminum.

DOMINICA IV.
in Quadragesima.

Ad Matutinum. Invitator. Hymn. etc. ut in 1ª Dom. 308.

Ad Laudes, Antiphona. Tunc acceptábis * sacrifícium justítiæ, si avérteris fáciem tuam a peccátis meis.

Psalm. Miserére mei, Deus. 86.

Antiph. Bonum est * sperare in Dómino, quam speráre in princípibus.

Psalm. Confitémini 35.

Antiph. Benedícat nos Deus, * Deus noster, benedícat nos Deus.

Psalm. Deus, Deus meus, cum reliquis. 27.

Antiph. Potens es, Dómine, * erípere nos de manu forti: líbera nos, Deus noster.

Antiph. Reges terræ, * et omnes pópuli laudáte Deum.

Capit. Fratres, Scriptum est, ut supra.

Hymnus. O sol salútis.
℣. Angelis suis. 310.

Ad Benedictus, Antiph. Cum sublevásset óculos * Jesus, et vidísset máximam multitúdinem veniéntem ad se, dixit ad Philíppum: Unde emémus panes, ut mandúcent hi? Hoc autem dicébat tentans eum: ipse enim sciébat, quid esset factúrus.

Orat. Concéde quæsumus, ut supra.

Ad Primam. Omnia ut in i. Dominica, præter

Ant. Accépit ergo Jesus * panes, et cum grátias egisset, distríbuit discumbéntibus.

Ad Tertiam. Antiph. De quinque pánibus, * et duóbus píscibus satiávit Dóminus quinque míllia hóminum.

Capitul. Fratres, Scriptum est, ut supra.

℟. br. Ipse liberávit me.
℣. Scápulis suis 311.

Ad Sextam, Antiphona. Satiávit Dóminus * quinque míllia hóminū de quinque pánibus, et duóbus píscibus.

Capit. Galat. 4. 27.
Lætáre stérilis, quæ non paris: erúmpe, et clama, quæ non párturis: quia multi filii desértæ, magis quam ejus, quæ habet virum.

℟. br. Scápulis suis.
℣. Scuto circúmdabit 311.

Ad Nonam, Antíphona. Illi ergo * hómines cum vidíssent, quod fécerat Jesus signum, intra se dicébant: quia hic est vere Prophéta, qui ventúrus est in mundum.

Capit. Gal. 4. 31.
Itaque, fratres, non sumus ancillæ filii, sed líberæ: qua libertáte Christus nos liberávit.

℟. br. Scuto circúmdabit.
℣. Angelis suis. 312.

Ad Vesperas, Antiph. et Psalm. Dixit Dóminus, cum reliquis 189.

Capitul. Fratres, Scriptum est, ut supra.

Hymnus. Audi benígne Cónditor.

℣. Angelis suis. 308.

Ad Magnificat, Antiph. Súbiit ergo * in montem Jesus, et ibi sedébat cum discípulis suis.

Oratio. Concéde quæsumus, ut supra.

Post Vesp. diei dicuntur Vesp. Defunctor.

FERIA SECUNDA.

Ad Benedictus, Antiph. Auférte ista hinc, * dicit Dóminus: et nolíte fácere domū Patris mei, domum negotiatiónis.

Deinde dic. Prec. 90.

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut observatiónes sacras ánnua devotióne recoléntes et córpore tibi placeámus, et mente. Per Dóminum.

Hodie dic. Offic. Def.

Ad Magnificat, Antiph.

Sólvite templum hoc, * dicit Dóminus: et post triduũ reædificábo illud: hoc autem dicébat de templo córporis sui.

Deinde dic Prec, 197.

Oratio.

Deprecatiónem nostram, quæsumus Dómine, benígnus exáudi: et quibus supplicándi præstas afféctum, tríbue defensiónis auxilium. Per Dóminum.

FERIA TERTIA.

Ad Benedictus, Antiph.

Quid me quæritis * interfícere, hóminem qui vera locútus sum vobis?

Oratio.

Sacræ nobis, quæsumus Dómine, observatiónis jejúnia et piæ conversatiónis augméntum, et tuæ propitiatiónis contínuum præstent auxílium. Per Dóminum.

Ad Magnificat. Antiph.

Nemo in eum misit manum: * quia nondum vénerat hora ejus.

Oratio.

Miserére, Dómine, pópulo tuo: et contínuis tribulatiónibus laborántem, propítius respiráre concéde. Per Dóminum.

FERIA QUARTA.

Hodie dic. Psal. Grad.

Ad Benedictus, Antiph.

Rabbi, quid peccávit* homo iste, quod cæcus natus est? Respóndit Jesus, et dixit: Neque hic peccávit, neque paréntes ejus: sed ut manifeséntur ópera Dei in illo.

Oratio.

Deus, qui et justis præmia meritórum, et peccatóribus per jejúnium véniam præbes: miserére supplícibus tuis; ut reátus nostri

confessio indulgéntiam váleat percípere delictórum. Per Dóminum.

Ad Magnificat, Antiph. Ille homo, * qui dícitur Jesus, lutum fecit ex sputo, et linívit óculos meos, et modo vídeo.

Oratio.

Páteant áures misericórdiæ tuæ, Dómine, précibus supplicántium: et ut peténtibus desideráta concédas, fac eos, quæ tibi sunt plácita, postuláre. Per Dóminum.

FERIA QUINTA.

Ad Benedictus, Antiph. Ibat Jesus * in civitátem, quæ vocátur Naim: et ecce defúnctus efferebátur filius únicus matris suæ.

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut quos jejúnia votíva castígant, ipsa quoque devótio sancta lætíficet; ut terrénis afféctibus mitigátis, facílius cœléstia capiámus. Per Dóminum.

Ad Magnificat, Antiph. Prophéta magnus * surréxit in nobis, et quia Deus visitávit plebem suam.

Oratio.

Pópuli tui Deus institútor et rector, peccáta, quibus impugnátur, expélle: ut semper tibi plácitus, et tuo munímine sit secúrus. Per Dóminum.

FERIA SEXTA.

Ad Benedictus, Antiph. Lázarus amícus noster * dormit: eámus, et a somno excitémus eum.

Oratio.

Deus, qui ineffabílibus mundum rénovas sacraméntis: præsta quæsumus; ut Ecclésia tua et ætérnis profíciat institútis, et temporálibus non destituátur auxíliis. Per Dñum.

Hodie dic. Ps. Pœnit.

Ad Magnificat, Antiph. Dómine, * si fuísses hic, Lázarus non esset mórtuus: ecce jam fœtet quatriduánus in monuménto.

Oratio.

Da nobis, quæsumus omnipotens Deus: ut, qui infirmitátis nostræ cónscii de tua virtúte confídimus, sub tua semper pietáte gaudeámus. Per Dóminum.

SABBATO

Ad Benedictus, Antiph. Qui séquitur me, * non ámbulat in ténebris: sed habébit lumen vitæ, dicit Dóminus.

Oratio.

Fiat, Dómine quæsumus, per grátiam tuam fructuósus nostræ devotiónis afféctus: quia tunc nobis próderunt suscépta jejúnia, si tuæ sint plácita pietáti. Per Dóminum.

SABBATO

ante Domin. Passionis.

Ad Vesperas.

Capit. Hebr. 9. 11. Fratres, Christus assístens Póntifex futurórum bonórum, per ámplius et perféctius tabernáculum non manufáctum, id est, non hujus creatiónis: neque per sánguinem hircórum, aut vitulórum, sed per próprium sánguinem introívit semel in sancta, ætérna redemptióne invénta.

Hymnus.

Vexilla Regis pródeunt,
Fulget Crucis mystérium,
Qua vita mortem pértulit,
Et morte vitam prótulit.

Quæ vulneráta lánceæ
Mucróne diro, críminum
Ut nos laváret sórdibus,
Manávit unda et sánguine.

Impléta sunt, quæ cóncinit
David fidéli cármine,
Dicéndo natiónibus:
Regnávit a ligno Deus.

Arbor decóra et fúlgida,
Ornáta Regis púrpura,
Elécta digno stípite
Tam sancta membra tángere.

Beáta, cujus bráchiis

Prétium pepéndit sæculi,
Statéra facta córporis,
Tulítque prædam tártari.
O Crux, ave, spes única,
Hoc Passiónis témpore
Piis adáuge grátiam,
Reísque dele crímina.
Te, fons salútis Trínitas,
Colláudet omnis spíritus:
Quibus Crucis victóriã
Largíris, adde præmium.
Amen.

℣. Eripe me, Dómine, ab hómine malo.
℟. A viro iníquo éripe me.

Ad Magníficat, Antiph. Ego sum, qui testimónium* perhibeo de meipso: et testimónium pérhibet de me, qui misit me Pater.

Oratio.

Quæsumus, omnípotens Deus, famíliam tuam propítius réspice: ut te largiénte, regátur in córpore, et te servánte, custodiátur in mente. Per Dóminum.

Ab hoc Sabb. usq. ad Fer. ii. post Oct. Pent. non fiunt comm. consuetæ de Cruce, de S. Maria, et aliæ in Psalt. positæ.

Ad Complet. in ℟. br. non dic. Glória Patri in Off. feriali usq. ad Fer. v. in Cœna Domini.

DOMINICA
DE PASSIONE
Ad Matutinum.

Invitator. Hódie si vocem Dómini audiéritis,* Nolíte obduráre corda vestra.

Psal. Veníte 2.

Hoc Invitatorium dicitur usque ad Feriam v. in Cœna Domini, etiam in Feriali Officio.

In Psalmo, Hódie si vocem, omittitur, et repetitur a Choro Invitator. deinde sequitur, Sicut in exacerbatióne.

In fine hujus Psalmi non dicitur Gloria Patri, hoc tempore Passionis, nisi in Festis: sed repetitur Invitatorium ut alias, in fine. Quod,

etiam servatur in ℟℟. ad Matutinum et in ℟℟. brevibus Horarum, ubi similiter repetitur Responsorium.

Hymnus.

Pange lingua gloriósi
Láuream certáminis,
Et super Crucis trophæo
Dic triúmphum nóbilem:
Quáliter Redémptor orbis
Immolátus vícerit.

De Paréntis protoplásti
Fráude Factor cóndolens,
Quando pomi noxiális
In necem morsu ruit:
Ipse lignum tunc notávit,
Damna ligni ut sólveret.

Hoc opus nostræ salútis
Ordo depopósceral,
Multifórmis proditóris
Ars ut artem fálleret,
Et medélam ferret inde,
Hostis unde læserat.

Quando venit ergo sacri
Plenitúdo témporis,
Missus est ab arce Patris
Natus, orbis Cónditor:
Atque ventre Virgináli
Carne amíctus pródiit.

Vagit infans inter arcta
Cónditus præsépia:
Membra pannis involúta
Virgo Mater álligat
Et Dei manus, pedésque
Stricta cingit fáscia.

Sempitérna sit beátæ
Trinitáti glória,
Æqua Patri, Filióque,
Par decus Paráclito:
Unius Trinique nomen
Láudet univérsitas.
Amen.

Ad Nocturnos, omnia ut in Psalterio. ℣. Erue a framea, et alii ℣℣. ibidē temp. Pass. 15. 21. 24.

AD LAUDES.

Ant. Vide, Dñe, * afflictiónem meam, quóniam eréctus est inimícus meus.

Psal. Miserére mei 8.

Ant. In tribulatióne * invocávi Dóminum, et exaudívit me in latitúdine.

Psal. Confitémini. 35.

Ant. Judicásti, Dómine, * cáusam ánimæ meæ: defénsor vitæ meæ, Dómine Deus meus.

Psal. Deus, Deus meus, cum reliquis 27.

Ant. Pópule meus, * quid feci tibi, aut quid moléstus fui? respónde mihi.

Ant. Numquid rédditur * pro bono malum, quia fodérunt fóveam ánimæ meæ?

Capit. Fratres, Christus assístens Póntifex, ut supra.

Hymnus.

Lustra sex qui jam perégit.
Tempus implens córporis,
Sponte líbera Redémptor
Passióni déditus,
Agnus in Crucis levátur
Immolándus stípite.

Felle potus ecce lánguet:
Spina, clavi, láncea
Mite corpus perforárunt,
Unda manat et cruor;
Terra, pontus, astra, mundus,
Quo lavántur flúmine!

Crux fidélis, inter omnes
Arbor una nóbilis:
Sylva talem nulla profert
Fronde, flore, gérmine:
Dulce ferrum, dulce lignum,
Dulce pondus sústinent.

Flecte ramos arbor alta,
Tensa laxa víscera,
Et rigor lentéscat ille,
Quem dedit natívitas;
Et supérni membra Regis
Tende miti stípite.

Sola digna tu fuísti
Ferre mundi víctimã;
Atque portum præparáre
Arca mundo náufrago,
Quam sacer cruor perúnxit,
Fusus Agni córpore.

Sempitérna sit beátæ
Trinitáti glória,
Æqua Patri, Filióque,
Par decus Paráclito:
Unius Trinique nomen

Láudet univérsitas. Amen.

℣. Eripe me de inimícis meis, Deus meus.

℟. Et ab insurgéntibus in me líbera me.

Ad Benedictus, Antiph. Dicébat Jesus * turbis Judæórum, et princípibus sacerdótum: Qui ex Deo est, verba Dei áudit: proptérea vos non audítis, quia ex Deo non estis.

Oratio. Quæsumus, omnípotens. ut supra.

Ad Primam, Antiph. Ego dæmónium non hábeo, * sed honorífico Patrem meum, dicit Dóminus.

Capitul. Regi sæculórum. 40.

℟. br. Christe Fili Dei vivi, * Miserére nobis. Christe.

℣. Qui sedes ad déxteram Patris. Miserére nobis. Repetitur Christe Fili Dei vivi, miserére nobis.

℣. Exúrge Christe.

℟. Et libera nos.

Ad Absolut. Capituli. Lectio br. Fáciem meam., ut in Psalt. 44.

Et dic. in Domínicis, et Feriis usq. ad Fer. v. in Cœna Domini excl.

Ad Tertiam, Antiph. Ego glóriam meam non quæro: * est qui quærat, et júdicet.

Capit. Fratres, Christus assistens. 329.

℟. br. Erue a frámea, * Deus, ánimam meam. Erue.

℣. Et de manu canis únicam meam. Deus. Erue a frámea.

℣. De ore leónis líbera me, Dómine.

℟. Et a córnibus unicórnium humilitátem meam.

Ad Sextam, Antiph. Amen, amen dico vobis: * si quis sermónem meum serváverit, mortem non gustábit in ætérnum.

Capit. Hebr. 9. 13.

Si enim sánguis hircórum et taurórum, et cinis vitulæ aspérsus inquinátos sanctíficat ad emundatiónem

carnis: quanto magis sánguis Christi, qui per Spíritum sanctum semetípsum óbtulit immaculátum Deo, emundábit consciéntiam nostram ab opéribus mórtuis, ad serviéndum Deo vivénti?

℟. br. De ore leónis, * Líbera me, Dómine. De ore leónis.

℣. Et a córnibus unicórnium humilitátem meam. Líbera. De ore leónis.

℣. Ne perdas cum ímpiis, Deus, ánimam meam.

℟. Et cum viris sánguinum vitam meam.

Ad Nonam, Antiphona.

Tulérunt lápides Judæi, * ut jácerent in eum: Jesus autem abscóndit se, et exívit de templo.

Capit. Hebr. 9. 15.

Et ídeo novi Testamenti mediátor est: ut morte intercedénte, in redemptiónem eárum prævaricatiónum, quæ erant sub prióri Testaménto, repromissiónem accípiant, qui vocáti sunt, ætérnæ hæreditátis in Christo Jesu Dómino nostro.

℟. br. Ne perdas cum ímpiis, * Deus, ánimam meam. Ne perdas.

℣. Et cum viris sánguinum vitam meam. Deus, ánimam meam. Ne perdas.

℣. Eripe me, Dómine ab hómine malo.

℟. A viro iníquo éripe me.

Ad Vesp. Ant. et Psal. Dixit Dóminus, cum reliq. de Domin. 189.

Cap. Fratres, Christus assístens. 329.

Hymn. Vexílla.

℣. Eripe me. 329.

Ad Magnificat, Antiph.

Abraham pater vester* exultávit, ut vidéret diem meum: vidit, et gavísus est.

Orat. Quæsumus, omnípotens Deus. 330.

Hymni, ℣℣. et ℟℟. brevia suprad. dicuntur etiam in Domin. Palmar. et in feriali Officio

usque ad Fer. iv. maj. Hebdom.
Post Vesp. diei dic, Vesp. Defunct.

FERIA SECUNDA.

Ad Matutinum. Invitator. et Hymnus. 330. Añæ, et Psalmi huius Feriæ: **Dñus illuminátio 70.** ℣. **Erue a frámea.**

Ad Laudes, Antiph. et Psal. **Miserére mei,** cum reliquis de Psalt. **86.**

Capitul. **Jer. 11. 19.**

Veníte, mittámus lignum in panem ejus, et eradámus eum de terra vivéntium, et nomen ejus non memorétur ámplius.

Hymnus. **Lustra sex.**

℣. **Eripe me. 332.**

Ad Benedictus, Antiph. **In die magno * festivitátis stabat Jesus, et clamábat dicens: Si quis sitit, véniat ad me, et bibat.**

Deinde dic. Prec. **90.**

Oratio.

Sanctífica quæsumus, Dómine, nostra jejúnia: et cunctárum nobis indulgéntiã propítius largíre culpárum. Per Dóminum.

Hodie dic. Off. Def.

Ad Primam. Antiph. **Líbera me Dómine.**

Capit. **Pacem et veritátem,** cum reliquis **50.**

Ad Absolution. Capit. Lect. br. **Fáciem meam non averti. 44.**

Ad Tertiam. Antiph. **Judicásti Dómine 53.**

Capit. **Domine, omnes qui te derelinquunt 58.**

℟. br. **Erue a frámea 58.**

Deinde preces **56.**

Ad Sextam. Antiph. **Pópule meus. 59.**

Capitul. **Confundántur. 63.**

℟. br. **De ore leónis 63.**

Dein. Preces **62.**

Ad Nonam. Antiph. **Numquid rédditur. 64.**

Capitul. **Recordáre 68.**

℟. br. **Ne perdas cum ímpiis 68.**

Dein. Preces. **67.**

Ad Vesperas. Añæ. et Psal. de Fer. ii. **194.**

Capitul. **Jer. 11. 20.**

Tu autem, Dómine Sábaoth, qui júdi-

cas juste, et probas renes et corda, videam ultiónem tuam ex eis: tibi enim revelávi cáusam meam, Dómine Deus meus.

Hymn. Vexílla Regis. ℣. Eripe me Dómine. 329.

Ad Magnificat, Antiph. Si quis sitit,* véniat ad me, et bibat: et de ventre ejus fluent aquæ vivæ, dicit Dóminus. Deinde dic. Prec. 90.

Oratio.

Da, quæsumus Dómine, pópulo tuo salútem mentis et córporis; ut bonis opéribus inhæréndo, tua semper mereátur protectióne deféndi. Per Dóminum.

Capit. prædicta dic. in feriali Offic. usque ad Fer. iv. maj. Hebd. Anæ vero per Hor. usq. ad Domin. in Palmis.

FERIA TERTIA.

Ad Benedictus, Antiph. Tempus meũ * nondum advénit, tempus autem vestram semper est parátum.

Oratio.

Nostra tibi, Dómine, quæsumus, sint accépta jejúnia: quæ nos et expiándo grátia tua dignos efficiant, et ad remédia perdúcant ætérna. Per Dóminum.

Ad Magnificat, Antiph. Vos ascéndite * ad diem festum hunc: ego autem non ascéndam, quia tempus meum nondum advénit. Oratio.

Da nobis, quæsumus, Dómine, perseverántem in tua voluntáte famulátum: ut in diébus nostris et mérito, et número pópulus tibi sérviens augeátur. Per Dóminum.

FERIA QUARTA.

Hodie dic. Psal. Grad.

Ad Benedictus, Antiph. Oves meæ * vocem meam áudiunt: et ego Dóminus agnósco eas.

Oratio.

Sanctificáto hoc jejúnio, Deus, tuórum corda fidélium miserátor illústra: et quibus devotiónis præstas affé-

ctum, præbe supplicántibus pium benígnus audítum. Per Dóminū.

Ad Magnificat, Antiph.

Multa bona ópera* operátus sum vobis: propter quod opus vultis me occídere?

Oratio.

Adésto supplicatiónibus nostris, omnípotens Deus: et quibus fidúciam sperándæ pietátis indúlges, consuétæ misericórdiæ tríbue benígnus effectum. Per Dóminum.

FERIA QUINTA.

Ad Benedictus, Antiph.

Magíster dicit: * Tempus meum prope est, apud te fácio Pascha cum discípulis meis.

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut dígnitas conditiónis humánæ per immoderántiam sauciáta, medicinális parsimóniæ stúdio reformétur. Per Dóminum.

Ad Magnificat, Antiph.

Desidério desiderávi * hoc Pascha manducáre vobíscum, ántequam pátiar.

Oratio.

Esto, quæsumus, Dómine, propítius plebi tuæ: ut quæ tibi non placent respuéntes, tuórum pótius repleántur delectatiónibus mandatórum. Per Dóminum.

FERIA SEXTA.

Ad Benedictus, Antiph.

Appropinquábat * áutem dies festus Judæórum: et quærébant príncipes sacerdótum quómodo Jesum interfícerent, sed timébant plebem.

Oratio.

Córdibus nostris, quæsumus Dómine, grátiam tuam benígnus infúnde: ut peccáta nostra castigatióne voluntária cohibéntes, temporáliter pótius macerémur, quam suppliciis deputémur ætérnis. Per Dóminum.

Hodie dicunt. Ps. Pœnit.

Ad Magnif., Ant. Príncipes sacerdótum * con-

sílium fecérunt, ut Jesum occíderent: dicébant autem: Non in die festo, ne forte tumúltus fíeret in pópulo.

Oratio.

Concéde, quæsumus, omnípotens Deus: ut, qui protectiónis tuæ grátiam quærimus, liberáti a malis ómnibus, secúra tibi mente serviámus. Per Dóminum.

SABBATO.

Ad Benedict., Ant. Clarífica me Pater, * apud temetípsum claritáte, quam hábui, priúsquam mundus fíeret.

Oratio.

Profíciat, quæsumus, Dómine, plebs tibi dicáta piæ devotiónis affectu: ut sacris actiónibus erudíta, quanto majestáti tuæ fit grátior, tanto donis potióribus augeátur. Per Dóminum.

Ad Vesperas.

Capit. Philip. 2. 5. Fratres, Hoc enim sentite in vobis, quod et in Christo Jesu: qui cum in forma Dei esset, non rapínam arbitrátus est esse se æquálem Deo: sed semetípsum exinanívit, formam servi accípiens, in similitúdinem hóminum factus, et hábitu invéntus, ut homo.

Hymn. Vexilla.

℣. Eripe me, Dñe. 329.

Ad Magnificat, Antiph. Pater juste, * mundus te non cognóvit: ego autem novi te, quia tu me misísti.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui humáno géneri, ad imitándum humilitátis exémplum, Salvatórem nostrum carnem súmere, et crucem subíre fecísti: concéde propítius; ut et patiéntiæ ipsíus habére documénta, et resurrectiónis consórtia mereámur. Per eúmdem Dominum.

DOMINICA

IN PALMIS.

Ad Matutinum Invitator. et Hymn., ut in

Dominica Passionis 330.
Ad Laudes, Antiphona.
Dóminus Deus * auxiliátor meus: et ídeo non sum confúsus.
Psal. Miserére mei. 86.
Antiph. Circumdántes* circumdedérunt me: et in nómine Dómini vindicábor in eis.
Psal. Confitémini Dómino. 35.
Antiph. Júdica cáusam meam: * defénde, quia potens es, Dómine.
Psal. Deus, Deus meus, cum reliquis. 27.
Antiph. Cum Angelis * et púeris fidéles inveniámur, triumphatóri mortis clamántes: Hosánna in excélsis.
Ant. Confundántur, * qui me persequúntur, et non confúndar ego, Dómine Deus meus.
Capitul. Fratres, Hoc enim sentíte, ut supra.
Hymnus. Lustra sex.
℣. Eripe me. 332.
Ad Benedictus, Antiph. Turba multa, * quæ convénerat ad diem féstum, clamábat Dómino: Benedíctus qui venit in nómine Dómini, Hosánna in excélsis.
Orat. Omnipotens sempitérne Deus, ut supra.
Ad Primam, Antiphona. Púeri Hebræórum* tolléntes ramos olivárum obviavérunt Dómino, clamántes, et dicéntes: Hosánna in excélsis.
Ad Tertiam, Antiph. Púeri Hebræórum * vestiménta prosternébant in via, et clamábant, dicéntes: Hosánna filio David: Benedíctus qui venit in nómine Dómini.
Capitul. Fratres, Hoc enim sentíte, ut supra.
℟. br. Erue a frámea, 333.
Ad Sextam, Antiph. Tibi revelávi * cáusam meam, defénsor vitæ meæ, Dómine Deus meus.
Capitul. Philip. 2. 8.
Humiliávit semetípsum factus obédiens usque ad mortem, mortem autem Crucis. Propter quod et Deus

exaltávit illum, et donávit illi nomen, quod est super omne nomen.
R. br. De ore leónis, 334.
Ad Nonam. Antiphona.
Invocábo * nomen tuū, Dómine: ne avértas fáciem tuam a clamóre meo.
Capit. Philip. 2. 10.
In nómine Jesu omne genuflectátur cœléstium, terréstrium, et infernórum: et omnis língua confiteátur, quia Dóminus Jesus Christus in glória est Dei Patris.
R. br. Ne perdas cum impiis. 334.
Ad Vesperas, Antiph. et Ps. Dixit Dóminus, cum rel. de Dom. 189.
Capitul. Fratres, Hoc enim sentíte. 338.
Hymnus. Vexilla.
V. Eripe me. 329.
Ad Magnificat, Antiph. Scriptum est enim: * Percútiam Pastórem, et disperséntur oves gregis: postquam autem resurréxero, præcédam vos in Galilæam: ibi me vidébitis, dicit Dóminus.
Orat. Omnipotens sempitérne Deus. 338.
Ab hac die usq. ad Oct. Paschæ, si occurrat aliquod Festum ix. Lect., transfertur post Oct. Trium vero Lectionum a Fer. v. in Cœna Domini, usq. ad Feriam iii. Paschæ nulla fit commemoratio.

FERIA SECUNDA.

Ad Matutin. Invitator. Hymn., et alia ut in præced. Hebd. 335.
Ad Laudes, et per Hor. Antiphona.
Fáciem meam * non avérti ab increpántibus, et conspuéntibus in me.
Psalmi de Laudib. Feriæ ii. 86.
Ant. Frámea suscitáre* advérsus eos, qui dispérgunt gregem meū.
Ant. Appendérunt * mercédem meam trigínta argénteis: quibus appretiátus sum ab eis.
Ant. Inundavérunt aquæ * super caput me-

um: dixi, Périi: invocábo nomen tuum, Dómine Deus.

Ant. Lábia insurgéntium, * et cogitatiónes eórum vide Dómine.

Cap. Veníte, mittámus, 335.

Hym. Lustra sex.

℣. Eripe me. 332.

Ad Benedictus. Antiph. Clarífica me, Pater, * apud temetípsum claritáte, quam hábui priúsquam mundus fíeret.

Deinde Preces. 90.

Oratio.

Da, quæsumus, omnípotens Deus: ut qui in tot advérsis ex nostra infirmitáte defícimus; intercedénte unigéniti Fílii tui passióne respirémus: Qui tecum vivit, et regnat.

Ad Primam, et alias Horas dicunt. Añæ de Laud. et post Psal. Deus in nómine tuo dic. Psal. Domini est terra 45.

Capitul. Pacem et veritátem. 50.

In ℟. br. non dic. Gloria Patri. Prece flexis génibus cum ℣. Eripe me. 51.

Ad Tertiam, Antiph. Frámea suscitáre.

Capitul. Dómine, omnes qui, 58.

℟. br. Erue a frámea, Deinde Preces, 56.

Ad Sextam, Antiph. Appendérunt.

Capitul. Confundántur, 63.

℟. br. De ore leónis 63.

Deinde Preces, 62.

Ad Nonam. Antiph. Lábia insurgéntium.

Capit. Recordáre, 68.

℟. Ne perdas, 68.

Deinde Preces, 67.

Ad Vesp. Añæ et Psal. Fer. ii. ut in Psalt. 194.

Capit. Tu autem, Dómine Sábaoth. 335.

Hymn. Vexílla Regis.

℣. Eripe me, Dómine. 329.

Ad Magnificat. Antiph. Non habéres * in me potestátem, nisi désuper tibi datum fuísset.

Deinde Prec. 197.

Oratio.

Adjuva nos, Deus salutáris noster, et ad benefícia recolénda,

quibus nos instauráre dignátus es, tribue veníre gaudéntes. Per Dóm.

FERIA TERTIA.

Ad Laudes, et per Hor.

Antiphona.

Vide, Dómine, * et considera, quoniã tríbulor: velóciter exáudi me.

Psalmi de Feria iii. ad Laud. ut in Psalt. 106.

Ant. Discérne cáusam meam, * Dómine, ab hómine iníquo, et dolóso éripe me.

Ant. Dum tribulárer,* clamávi ad Dóminum de ventre ínferi, et exaudívit me.

Ant. Domine, vim pátior, * respónde pro me: quia néscio quid dicam inimícis meis.

Ant. Dixérunt ímpii: * Opprimámus virum justũ, quóniam contrárius est opéribus nostris.

Capit. Veníte, mittámus lignum. 335.

Hymnus. Lustra sex.

℣. Eripe me 332.

Ad Benedictus, Antiph. Ante diem festum * Paschæ sciens Jesus, quia venit hora ejus, cum dilexísset suos, in finem diléxit eos.

Deinde Prec. 90.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, da nobis ita Domínicæ Passiónis sacraménta perágere: ut indulgéntiam percípere mereámur. Per eúmdem Dóminum.

Ad Primam, et alias Horas dicunt. Añæ de Laud. et post Psal. Deus in nomine tuo dicitur Psal. Ad te Dómine levavi 46.

Capitula, ℟℟. brevia, et Preces ut heri.

Ad Vesp. Añæ, et Psal. Fer. iii. ut in Psalt. 198.

Capit. Tu autem Dñe Sabaoth. 335.

Hymnus Vexilla Regis.

℣. Eripe me, Dómine. 329.

Ad Magnificat, Antiph. Potestátem hábeo * ponéndi ánimam meam, et iterũ suméndi eam.

Deinde Preces, 197.

—

Oratio.

Tua nos misericórdia, Deus, et ab omni subreptióne vetustátis expúrget: et capáces sanctæ novitátis effíciat. Per Dóminum.

FERIA QUARTA.

Ad Laudes et per Hor.

Antiphona.

Líbera me * de sanguínibus, Deus Deus meus: et exultábit língua mea justítiam tuam.

Psalmi de Feria iv. in Laudibus. 121.

Antiph. Contumélias, * et terróres passus sum ab eis: et Dóminus mecum est tamquam bellátor fortis.

Antiph. Ipsi vero * in vanum quæsiérunt ánimam meam, introíbunt in inferióra terræ.

Antiph. Omnes inimíci mei * audiérunt malum meum: Dómine, lætáti sunt, quóniam tu fecísti.

Ant. Alliga, Dómine, * in vínculis natiónes Géntium, et reges eárum in compédibus.

Capit. Veníte, mittámus lignum. 335.

Hymnus. Lustra sex.

℣. Eripe me, 332.

Ad Benedictus, Antiph. Simon dormis? non potuísti una hora vigiláre mecum?

Deinde Prec. 90.

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut, qui nostris excéssibus incessánter afflígimur, per unigéniti Fílii tui passiónem liberémur: Qui tecum vivit.

Ad Primam, et alias Horas dicunt. Añæ de Laud. et post Psal. Deus in nómine tuo dicitur Psal. Judíca me Dómine. 47.

Capit. ℟℟. brevia, et Preces ut heri.

Ad Vesp. Anæ, et Psal. Fer. iv. ut in Psalt. 201.

Capit. Tu autem Dñe Sabaoth. 335.

Hymnus Vexílla Regis.

℣. Eripe me Dómine. 329.

Ad Magnificat. Antiph. **Ancilla dixit Petro: * Vere tu ex illis es; nam et loquéla tua manifé-stum te facit.**

Deinde Prec. **197.**

Oratio.

Réspice, quæsumus, Dómine, super hanc famíliam tuam, pro qua Dóminus noster Jesus Christus non dubitávit mánibus tradi nocéntium, et Crucis subíre torméntum: Qui tecum vivit.

Tribus seq. diebus, dicto secreto **Pater noster, Ave Maria,** et ad Matutinum et in principio Primæ, **Credo,** omnibus aliis prætermissis, absolute incipitur Officium ad Matut., et ad Vesp. ab Ant. primi Psalmi, et Añæ duplicantur, sicut in Festo duplici.

In fine Psalmorum non dic. **Glória Patri,** per omn. Horas.

—

FERIA QUINTA

IN COENA DOMINI.

Ad Laudes, Antiphona. **Justificéris, Dómine, in sermónibus tuis, et vincas cum judicáris.**

Psalm. **Miserére mei, Deus. 86.**

Antiph. **Dóminus tamquam ovis ad víctimam ductus est, et non apéruit os suum.**

Psalm. **Dómine, refúgium. 143.**

Ant. **Contrítum est cor meum in médio mei, contremuérunt ómnia ossa mea.**

Psal. **Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo. 27.**

Ant. **Exhortátus es in virtúte tua, et in refectióne sancta tua, Dñe.**

Cantic. **Cantémus Dómino. 144.**

Ant. **Oblátus est, quia ipse vóluit, et peccata nostra ipse portávit.**

Psal. **Laudáte Dóminum de cœlis. 29.**

Capitul. et Hymn. non dicuntur.

℣. **Homo pacis meæ, in quo sperávi.**

℟. Qui edébat panes meos, ampliávit advérsum me supplantatiónem.

Ad Benedictus, Antiph. Tráditor autem dedit eis signum, dicens: Quem osculátus fúero, ipse est, tenéte eum.

Repetita Ant. post Benedictus, dicitur ℣. Christus factus est pro nobis obédiens usque ad mortem.

Secunda nocte addit. Mortem autem Crucis. Tertia nocte additur. Propter quod et Deus exaltávit illum, et dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Et sic dicitur etiam per omnes Horas diei.

Cum incipitur ℣. Christus factus est, omnes genuflectunt; et eo finito, dicitur Pater noster totum sub silentio: postea Psalm. Miserére mei 86. aliquantulum altius: quo finito, sine Oremus, dicitur simili voce.

—

Oratio.

Réspice, quæsumus Dñe, super hanc famíliam tuam, pro qua Dóminus noster Jesus Christus non dubitávit mánibus tradi nocéntium, et crucis subíre torméntum. Sed Qui tecū, dicit. sub silentio.

AD HORAS

Prima, Tertia, Sexta, et Nona, dictis secreto Pater noster, Ave Maria et ad Primam Credo, absolute inchoantur a Psal. consuetis, qui ad Primam sunt ut in Festis: quibus finitis, dic. ℣. Christus factus est pro nobis, etc. flexis genibus: et dic. secreto Pater noster. Psal. Miserére, 86. Oratio. Réspice, quæsumus, sicut in Laudibus.

In hoc triduo non annuntiatur aliquid de Martyrol. nec dic. Pretiósa.

AD VESPERAS.

Vesperæ, dicto secreto Pater noster, Ave Maria, inchoantur absol.

ab Antiph. sine cantu.
Antiph. **Cálicem salutáris accípiam, et nomen Dómini invocábo.**
Psalm. **Crédidi. 194.**
Antiph. **Cum his, qui odérunt pacem, eram pacíficus: dum loquébar illis, impugnábant me gratis.**
Psalm. **Ad Dóminum, cum tribulárer 195.**
Ant. **Ab homínibus iníquis líbera me, Dñe.**
Psalm. **Eripe me, Dómine, 212.**
Ant. **Custódi me a láqueo, quem statuérunt mihi, et a scándalis operántium iniquitátẽ.**
Psalm. **Dómine clamávi ad te. 212.**
Ant. **Considerábam ad déxteram, et vidébam: et non erat, qui cognósceret me.**
Psalm. **Voce mea. 213.**
Capit., Hymn., et ℣. non dicuntur in hoc triduo.
Ad Magníficat, Antiph. **Cœnántibus autem illis, accépit Jesus panem, et benedíxit, ac fregit, dedítque discípulis suis.** ℣. **Christus factus est**, cum rel., ut supra in Laudibus **345.**
Ad Complet. non dic., **Jube domne,** nec **Lect. brev.** nec **Adjutórium,** neque Orat. Dñica.: sed facta Confessione et Absolutione incipitur a Psalmo **Cum invocárem.** Dictis Psalmis dicitur, **Nunc dimíttis.**
Deinde ℣. **Christus factus est,** cum reliquis, ut supra ad Laudes.
Sic terminantur omnes Horæ in hoc triduo usq. ad Vesp. Sabb. sancti.

FERIA SEXTA
IN PARASCEVE.

Ad Laudes, Antiphona.
Próprio Fílio suo non pepércit Deus, sed pro nobis ómnibus trádidit illum.
Psalm. **Miserére mei, Deus. 86.**
Ant. **Anxiátus est supe me spíritus meus; in me turbátum est cor meum.**
Psalm. **Dómine, exáudi oratiónem meam, áuribus. 160.**

Antiph. Ait latro ad latrónem: Nos quidem digna factis recípimus, hic autem quid fecit? Meménto mei, Dómine, dum véneris in regnum tuum.

Psalm. Deus, Deus meus. 27.

Antiph. Cum conturbáta fúerit ánima mea, Dómine, misericórdiæ memor eris.

Cantic. Dómine, audívi. 161.

Antiph. Meménto mei, Dómine, dum véneris in regnum tuum.

Psalm. Laudáte Dóminum de cœlis. 29.

℣. Collocávit me in obscúris.

℟. Sicut mórtüos sæculi.

Ad Benedictus, Antiph. Posuérunt super caput ejus causam ipsius scriptam: Jesus Nazarénus, Rex Judæórum.

℣. Cristus factus est pro nobis obédiens usque ad mortem, mortem autem Crucis.

Pater noster, secreto.

Psalm. Miserére mei, Deus. 86.

Orat. Réspice, ut supra. 344.

Ad Vesp. Añæ et Psalmi ex heri Fer. V. dicuntur sine cantu.

Ad Magnificat, Antiph. Cum accepísset acétum, dixit: Consummátum est: et inclináto cápite emísit spíritum.

℣. Christus factus est pro nobis obédiens., et alia ut supra in Laud.

SABBATO SANCTO.

Ad Laudes, Antiphona.

O mors, ero mors tua; morsus tuus ero inférne.

Psalm. Miserére mei, Deus. 86.

Antiph. Plangent eum quasi unigénitum, quia ínnocens Dóminus occísus est.

Psalmus. Júdica me, Deus. 106.

Antiph. Atténdite univérsi pópuli, et vidéte dolórem meum.

Psalm. Deus, Deus meus. 27.

Antiph. A porta ínferi

érue, Dómine, ánimam meam.
Cant. Ego dixi: In dimídio. 106.
Antíph. O vos omnes, qui transítis per viam, atténdite et vidéte, si est dolor sicut dolor meus.
Psalm. Laudáte Dóminum de cœlis. 29.
℣. Caro mea requiéscet in spe.
℟. Et non dabis sanctum tuum vidére corruptiónem.
Ad Benedictus, Antiph. Mulíeres sedéntes ad monuméntum lamentabántur flentes Dñum.
℣. Christus factus est pro nobis obédiens usque ad mortem, mortem autem Crucis: propter quod et Deus exaltávit illum, et dedit illi nomen, quod est super omne nomen.
Pater noster. secreto.
Psalm. Miserére. 86.
Orat. Réspice, quæsumus Dómine. 344.
Et sic dic. usq. ad Nonā. Dictis Horis ut supra, 344. dicit Missa ut in Ordinario: et facta Commun. Sacerdotis, statim pro Vesp. dicitur.
Antiph. Allelúja, allelúja, allelúja.
Psalm. Laudáte Dóminum omnes. 195.
Et repetitur. Antiph. Allelúja, allelúja, allel.
Capit., Hymnus, et ℣. non dicuntur.
Ad Magnificat. Antiph. Véspere autem Sábbatí, quæ lucéscit in prima Sábbati, venit María Magdaléne, et áltera María vidére sepúlchrum, allelúja.
Cantic. Magníficat. 193. Glória Patri.
Et repetitur. Ant. Véspere autem Sábbati.
Deinde Sacerdos dicit. Dóminus vobíscum.

Orémus.

Spíritum nobis, Dómine tuæ charitátis infúnde: ut quos Sacraméntis Paschálibus satiásti, tua fácias pietáte concórdes. Per Dóminum nostrum . . . in unitáte ejúsdem Spiritus sancti Deus, etc.

Deinde. Dñus vobiscũ.
Postea Diaconus dic.
Ite missa est, allel., all.
℟. Deo grátias, all. all.
Extra Chorum, dicto Pater noster, et Ave María, Vesp. inchoantur absolute ab Ant. Allelúja cum rel. ut supra, et loco. Ite missa est, allelúja, allel., dicitur
℣. Benedicámus Dómino, allelúja, allelúja.
℟. Deo grátias, allelúja, allelúja.
Deinde additur Pater noster, et nihil aliud.
Ad Complet. Jube domne. Lectio brevis Fratres, sóbrii estóte.
℣. Adjutórium nostrum
Pater noster.
Et facta Confessione et Absolutione dicitur.
℣. Convérte nos, Deus.
℣. Deus in adjutórium.
Glória Patri etc. Et amplius non dicitur Laus tibi, Dómine, Rex ætérnæ glóriæ; sed ejus loco deinceps dic., Allelúja.
Deinde sine Añá dicunt. Psal. consueti. Hymn. Capit. et ℟. br. non dicuntur. Ad Nunc dimittis. Ant. Véspere autem Sábbati. ut supra in Vesperis, quæ dicitur ad modum semiduplicis.
Oratio Vísita, quæsumus Dómine, cum reliquis ut in Psalt. 228.
Postea dic. Antiph. Regína cœli, ut in Psalt. 230.
Et non flectuntur genua toto tempore Paschali.



DOMINICA

RESURRECTIONIS

AD MATUTINUM

Pater noster. Ave Maria. Credo.

℣. Dómine labia mea. Gloria Patri. Allelúja.

Invitator. Surréxit Dóminus vere, * Allelúja.

Psal. Venite. 2.

Hymni, et Capitula non dicuntur in aliqua Horarum usq. ad Vesp. Sab. in Albis, nec ℣℣., nisi in Nocturno.

Ad Nocturnum.

Ant. Ego sum qui sum,* et consílium meum non est cum ímpiis, sed in lege Dómini volúntas mea est, allelúja.

Psal. Beátus vir. 5.

Ant. Postulávi * Patrem meum allelúja: dedit mihi Gentes, allelúja, in hæreditátem, allel. Quare fremuérunt. 5.

Ant. Ego dormívi, * et somnum cœpi: et exurréxi, quóniam Dñus suscépit me, allelúja, all.

Psal. Dómine quid multiplicáti, 6.

℣ Surréxit Dóminus de sepúlchro, allelúja.

℟. Qui pro nobis pepéndit in ligno, allel.

Ad Laudes, Antiphona.

Angelus autem Dómini * descéndit de cœlo, et accédens revólvit lápidem, et sedébat super eum, allelúja, all.

Psal. Dóminus regnávit, cum reliquis. 26.

Ant. Et ecce terræmótus* factus est magnus: Angelus enim Dómini descéndit de cœlo, allelúja.

Ant. Erat autem * aspéctus ejus sicut fulgur, vestiménta autem ejus sicut nix, all. all.

Ant. Præ timóre autem ejus * extérriti sunt custódes, et facti sunt velut mórtui, allelúja.

Ant. Respóndens autem Angelus, * dixit muliéribus: Nolíte timére; scio enim quod Jesum quæritis, allel.

Capitulum, Hymnus, et ℣. non dicuntur: sed eorum loco Antiphona.

Hæc dies, quam fecit Dóminus: exultémus, et lætémur in ea.

Ad Benedictus, Antiph. Et valde mane una Sabbatórum véniunt ad monuméntum, orto jam ole, allelúja.

Oratio.

Deus, qui hodiérna die per Unigénitum tuum ætérnitátis nobis áditum, devícta morte, reserásti: vota nostra, quæ præveniéndo aspíras, etiam adjuvándo proséquere. Per eúmdem Dóminum.

℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.
℣. Benedicámus Dómino, allelúja, allelúja.
℟. Deo grátias, allelúja, allelúja.

Sic dicitur in Vesp. et Laud. tantum usque ad Vesp. Sabbati in Albis exclusive.

Ad Primam, Tertiam, Sextam, et Nonam post Deus in adjutórium et Glória Patri, dicuntur Psalmi consueti: ad Primam tamen ut in Festis, scilicet Deus in nómine tuo, 34. Beáti immaculáti, et Retríbue. 36.

Quibus finitis, dic. Ant. Hæc dies. Postea Oratio, quæ ad Primam dicitur, ut in Psalt. Dómine, Deus omnípotens. 42. Pretiósa cum rel., et ad Absol. Capit. Lect. br Si consurrexístis cum Christo., ut in Psalt. 44.

Ad alias autem Horas, post Añam Hæc dies. dic. Oratio, quæ ponit. in Laud.

Ad Vesp. Antiph. **Angelus autem Dómini,** cum rel. de Laud.

Psal. **Dixit Dóminus,** cum reliq. de Dom 489. Et sic. dicit. usque ad Vesp. Sabbati.

Postea Ant. **Hæc dies.**

Ad Magnificat, Antiph.

Et respiciéntes vidérunt revolútum lápidem: erat quippe magnus valde, allelúja.

Orat. **Deus, qui hodiérna die.** ut supra.

Ad Complet. dic. ℣. **Jube domne. Fratres, sóbrii estóte.**

℣. **Adjutórium nostrũ. Pater noster,** et facta Confessione et Absol., post ℣. **Convérte nos Deus.**

℣. **Deus in adjutórium. Glória Patri. Allelúja,** dicuntur. Psal. consueti: quibus finitis, dic.

Allelúja, allelúja, allelúja, allelúja.

Deinde Cant. Simeonis, **Nunc dimíttis. 227.**

Postea Antiphona. **Hæc dies, etc.** Oratio. **Vísita, quæsumus Dñe, 228.**

Prædictus modus Horarum servatur usque ad Vesp. Sabb. in Albis.

FERIA SECUNDA.

Ad Matutinum Invitatorium., Anæ, et Psalmi ad Nocturnum, et ad Laudes, dicuntur ut supra in die Paschae per totam Octavam.

Ad Benedictus, Antiph.

Jesus junxit se discípulis suis in via, et ibat cum illis: óculi autem eórum tenebántur, ne eum agnóscerent: et increpávit eos, dicens: O stulti, et tardi corde ad credéndum in his, quæ locúti sunt Prophétæ! allelúja.

Oratio.

Deus, qui solemnitáte Paschâli, mundo remédia contulísti: pópulum tuum, quæsumus, cœlésti dono proséquere; ut et perféctam libertátem cõnsequi mereátur, et ad vitam profíciat sempitérnam. Per Dóminum.

Ad Magnificat, Antiph.

Qui sunt hi sermónes,

quos confértis ad ínvicem ambulántes, et estis tristes? allelúja.

FERIA TERTIA.

Ad Benedictus, Antiph.

Stetit Jesus in médio discipulórum suórum, et dixit eis: Pax vobis, allelúja, allelúja.

Oratio.

Deus, qui Ecclésiam tuam novo semper fœtu multíplicas: concéde fámulis tuis; ut sacraméntum vivéndo téneant, quod fide percepérunt. Per Dóminũ.

Ad Magnificat, Antiph.

Vidéte manus meas, et pedes meos, quia ego ipse sum, allelúja, all.

FERIA QUARTA.

Ad Benedictus, Antiph.

Míttite in déxteram * navígii rete, et inveniétis, allelúja.

Oratio.

Deus, qui nos resurrectiónis Domínicæ ánnua solemnitáte lætíficas: concéde propítius; ut per temporália festa, quæ ágimus, perveníre ad gáudia ætérna mereámur. Per eúmdem Dóminum.

Ad Magnificat, Antiph.

Dixit Jesus * discípulis suis: Afférte de píscibus, quos prendidístis nunc. Ascéndit autem Simon Petrus, et traxit rete in terram, plenum magnis píscibus, allel.

FERIA QUINTA.

Ad Benedictus, Antiph.

María stabat * ad monuméntum plorans, et vidit duos Angelos in albis sedéntes, et sudárium, quod fúerat super caput Jesu, allel.

Oratio.

Deus, qui diversitátem Géntiũ in confessióne tui nóminis adunásti: da, ut renátis fonte baptísmatis, una sit fides méntium, et píetas actiónum. Per Dóminum.

Ad Magnificat, Antiph.

Tulérunt Dóminũ meum, * et néscio ubi posuérunt eum: si tu sustulísti eum, dícito mihi, allelúja, et ego eum tollam, allelúja.

FERIA SEXTA.

Ad Benedictus, Antiph. Undecim discipuli * in Galilæa vidéntes Dóminum adoravérunt, allelúja.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui Paschále Sacramentum in reconciliatiónis humánæ fœdere contulísti: da méntibus nostris; ut quod professióne celebrámus, imitémur efféctu. Per Dóminum.

Ad Magnificat, Antiph. Data est mihi * omnis potéstas in cœlo, et in terra, allelúja.

SABBATO

IN ALBIS.

Ad Benedictus, Antiph. Currébant duo simul, et ille álius discípulus præcucúrrit cítius Petro, et venit prior ad monuméntum, allel.

Oratio.

Concéde, quæsumus omnípotens Deus: ut qui festa Paschália venerándo égimus, per hæc contíngere ad gáudia ætérna mereámur. Per Dóminum.

Ad Vesp. Offic. fit Duplex. Ant. Allelúja, *allelúja, allelúja.

Psalm. Benedíctus Dóminus Deus meus, cum reliquis de Psalt. 215.

Capit. 1. Joan 5. 4.

Charíssimi, Omne quod natum est ex Deo, vincit mundum: et hæc est victória, quæ vincit mundum, fides nostra.

Hymnus.

Ad régias Agni dapes,
Stolis amícti cándidis
Post tránsitum Maris rubri
Christo canámus Príncipi.
Divína cujus Cháritas
Sacrum propínat sánguinem,
Almíque membra córporis
Amor Sacérdos immolat.
Sparsum cruórem póstibus
Vastátor horret Angelus:

Fugítque divísum mare,
Mergúntur hostes flúctibus.
Jam Pascha nostrum Christus est,
Paschális idem Víctima,
Et pura puris méntibus
Sinceritátis ázyma.
O vera cœli Víctima,
Subjécta cui sunt tártara,
Solúta mortis víncula,
Recépta vitæ præmia.
Victor subáctis ínferis
Trophæa Christus éxplicat,
Cœlóque apérto, súbditum
Regem tenebrárũ trahit.
Ut sis perénne méntibus
Paschále Jesu gáudiũ,
A morte dira críminum
Vitæ renátos líbera.
Deo Patri sit glória,
Et Fílio, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sempitérna sæcula.
Amen.

Sic terminant. omnes Hymni ejusdem metri usque ad Ascensionem, præterquam in Offic. B. Mariæ, et in Hymno S. Crucis ad Vesperas.

℣. Mane nobíscum Dómine, allelúja.
℟. Quóniam advesperáscit, allelúja.

Ad Magnificat, Antiph. Cum esset sero die illa una Sabbatórum, et fores essent cláusæ, ubi erant discípuli congregáti in unum, stetit Jesus in médio, et dixit eis: Pax vobis, allelúja.

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut qui Paschália festa perégimus; hæc, te largiénte, móribus et vita teneámus. Per Dóminum.

℣. Benedicámus Dómino, deinceps dicitur sine Allelúja.

Complet. dicitur ut in Psalter., omissis précibus; et loco Antiph. Miserére, dicitur Antiph. Allelúja, allelúja, allelúja: et in fine Antiph. Salva nos, addit. Allel. Sic dicitur usque ad

Dom. Trinitatis exclusive: et quando non est Dupl., nec infra Oct. dicuntur Preces ut in Psalterio. 41.

Ad ℟℟. brev., et ℣℣. per omnes Horas jungitur Allelúja usq. ad Sabbat. post Pentecost. præterquam in ℣. ad preces Primæ, et Completorii, quando dicuntur. Et quandocumque Allel. jungitur ℟. brevi, duplicatur: sed in ℣℣. dicitur semel.

DOMINICA
IN ALBIS.

In Octava Paschæ.
Duplex.

AD MATUTINUM

Invitator. Surréxit Dóminus vere,* Allelúja, Psal. Veníte. 2.

Hymnus.

Rex sempitérne cælitum,
Rerum Creátor ómnium,
Æquális ante sæcula
Semper Parénti Fílius.

Nascénte qui múndo Faber
Imáginem vúltus tui
Tradens Adámo, nóbilem
Limo jugásti spíritum.

Cum livor et fraus dæmonis,
Fœdásset humánum genus,
Tu carne amíctus, pérditam
Formam refórmas Artifex.

Qui natus olim e Vírgine
Nunc e sepúlchro násceris
Tecúmque nos a mórtuis
Júbes sepúltos súrgere.

Qui pástor ætérnus gregem
Aqua lávas baptísmatis:
Hæc est lavácrum méntium:
Hæc est sepúlchrum críminum.

Nobis diu qui débitæ
Redémptor affíxus Cruci,
Nostræ dedísti pródigus
Prétium salútis sánguinem.

Ut sis perénne méntibus

Pascháte Jesu gáudium,
A mórte dira críminum
Vitæ renátos líbera.
Deo Patri sit glória,
Et Filio, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sempitérna sæcula.
Amen.

In i. Nocturno

Ant. Allelúja, Lapis revolútus est, allelúja, ab óstio monuménti, allelúja, allelúja.

Psalmi de Dominica, ut in Psalt. 5, qui dicuntur in quolibet Nocturno sub una Aña.

℣. Surréxit Dóminus de sepúlchro, allelúja.

℟. Qui pro nobis pepéndit in ligno, allel.

In ii. Nocturno.

Ant. Allelúja, Quem quæris múlier? allelúja: vivéntem cum mórtuis? allel. allel.

Psal. Consérva me Dómine, cum reliquis in Psalterio 15.

℣. Surréxit Dóminus vere, allelúja

℟. Et apparuit Simóni, allelúja.

—

In iii. Nocturno.

Ant. Allelúja, Noli flere María, allelúja: resurréxit Dóminus, all., all.

Ps. Cœli enárrant. cum reliquis in Psalterio 21.

℣. Gavísi sunt discípuli, allelúja.

℟. Viso Dómino, allel.

AD LAUDES.

Antiphona.

Allelúja, allel., allel., allel., allel., allel., allelúja, allel., allel.

Psal. Dóminus regnávit. Jubiláte. Deus, Deus meus. 26.

Ant. Surréxit Christus de sepúlchro, qui liberávit tres púeros de camíno ignis ardéntis, allelúja.

Cant. Benedícite. 28.

Ant. Allel., allel., allel.

Psalm. Laudáte Dóminum de cœlis. 29.

Capit. Charíssimi, 354.

Hymnus.

Auróra cœlum púrpurat,
Æther resúltat láudibus,
Mundus triúmphans júbilat,

Horrens avérnus ínfremit.
Rex ille dum fortíssimus
De mortis inférno specu
Patrum Senátum líberum
Edúcit ad vitæ jubar.
Cujus sepúlchrum plúrimo
Custóde signábat lapis,
Victor triúmphat, et suo
Mortem sepúlchro fúnerat.
Sat fúneri, sat lácrymis,
Sat est datum dolóribus:
Surréxit extínctor necis,
Clamat corúscans Angelus.
Ut sis perénne méntibus
Paschále Jesu gáudium,
A morte dira críminum
Vitæ renátos líbera.
Deo Patri sit glória,
Et Filio, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sempitérna sæcula. Amen.

℣. In resurrectióne tua, Christe, allelúja.
℟. Cœli, et terra læténtur, allelúja.

Ad Benedictus, Antiph. Cum esset sero die illa.

Oratio Præsta, quæsumus, ut sup. in Vesp.

Ad Primam Hymnus. Jam lucis. 34.

Ant. Allelúja, * allel. allel. allel.

Psalm. Deus in nómine tuo. 34. Beáti immaculáti. Retribue, et Quicúmque. 36.

Prædicti Psal. dicuntur Dominicis diebus usque ad Ascensionem.

Capitul. Regi sæculórum. 40.

℟. br. Christe, Fili Dei vivi, miserére nobis, * Allelúja, allel. Christe.
℣. Qui surrexisti a mórtuis. Allelújá, allelúja. Glória Patri. Christe.
℣. Exúrge Christe, ádjuva nos, allelúja.
℟. Et libera nos propter nomen tuum, allelúja.

Et sic dic. ℟. br. usq. ad Ascens. etiam in festis Sanctorum. Et quando non est Duplex, aut infra Oct. dicuntur

Preces de Dominica, ut in Psalt. 41.

Ad Absolut. Capit. Lectio br. Si consurrexistis, ut in Psalt. 44.

Ad Tertiam, Antiph. Allelúja * allel. allel. allel.

Capit. Charíssimi, Omne, ut supra, 354.

℟. br. Surréxit Dóminus de sepúlchro, * Allelúja, allel. Surréxit. ℣. Qui pro nobis pepéndit in ligno. Allel. allel. Glória Patri. Surréxit.

℣. Surréxit Dóminus vere, allelúja.

℟. Et appáruit Simóni, allelúja.

Ad Sextam. Antiph. Allelúja,* allelúja, allelúja, allelúja.

Capit. 1. Joan. 5. 5.

Quis est autem, qui vincit mundum, nisi qui credit, quóniam Jesus est Fílius Dei? Hic est, qui venit per aquam, et sánguinem, Jesus Christus, non in aqua solum, sed in aqua, et sánguine.

℟. br. Surréxit Dóminus vere, * Allelúja, allelúja. Surréxit. ℣. Et appáruit Simóni. Allelúja, allelúja. Glória Patri. Surréxit.

℣. Gavísi sunt discípuli, allelúja.

℟. Viso Dómino, allel.

Ad Nonam. Antiph. Allelúja * allelúja, allelúja, allelúja.

Capit. 1. Joan. 5. 9.

Si testimónium hóminum accípimus, testimónium Dei majus est: quóniam hoc est testimónium Dei, quod majus est, quóniam testificátus est de Filio suo. Qui credit in Fílium Dei, habet testimónium Dei in se.

℟. br. Gavísi sunt discípuli, * Allelúja, allelúja. Gavísi. ℣. Viso Dómino. Allelúja, allelúja. Gl. Patri. Gavísi.

℣. Mane nobíscum Dómine, allelúja.

℟. Quóniam advesperáscit, allelúja.

Ad Vesperas, Antiph. Allelúja, allelúja, allel.

Psal. Dixit Dóminus,

cum reliq. de Dom. 189. qui sub una tantum Antiphona dicuntur. Capit. Charissimi. Hymn. Ad regias Agni, dapes, ut supra in Vesperis Sabbati 354.

℣. Mane nobíscum Dómine, allelúja.

℟. Quóniam advesperáscit, allelúja.

Ad Magnificat, Antiph. Post dies octo, jánuis clausis, ingréssus Dóminus dixit eis: Pax vobis, allelúja, allelúja.

Orat. Præsta, quæsumus. 355.

Hymni, ℣℣. et ℟℟. br. hujus Dominicæ dicuntur usque ad Ascens. etiam in feriali Officio.

FERIA SECUNDA.

Ad Matutinum. *

Invitator. Alleluja, allelúja, * Allelúja.

Psal. Venite 2.

Hymn. Rex sempitérne, 356.

Antiphona Allelúja.

Psalmi de feria ii. in Psalt. Dóminus illuminatio. 70.

Psalmi Feriales Nocturni, et Vesperar., dicuntur sub prima Ant. Allelúja usque ad Ascensionem.

℣. Surrexit Dóminus de sepulchro, allelúja.

℟. Qui pro nobis pepéndit in ligno, allelúja.

AD LAUDES.

Ant. Allelúja. Psal. Dóminus regnávit. cum reliquis Ant. et Psalmis, ut heri. 357.

Capitul. Rom. 6. 9.

Christus resúrgens ex mórtuis jam non móritur, mors illi ultra non dominábitur. Quod enim mórtuus est peccáto, mórtuus est semel: quod autem vivit, vivit Deo.

Hymnus. Auróra. ℣. In resurrectióne. 357.

Ad Benedictus, Antiph. Surgens Jesus * mane prima Sábbati, appáruit primo Maríæ Magdalénæ, de qua ejécerat septem dæmónia, allelúja.

Deinde dicitur Orat. Dñicæ præteritæ. Præsta quæsumus. 355.

Postea fit commem. de Cruce : quæ comm. quotid. fit in Laudibus, et Vesperis usque ad Ascensionem, tam in Off. de Tempore, quam de Sanctis, nisi sit Dupl. aut infra Octav. Aliæ comm. de S. Maria, de Apostolis, et de Pace non dicunt. temp. Pasch.

In Laud. Ant. de Cruce. Crucifixus surréxit a mórtuis, et redémit nos, allelúja, allelúja. ℣. Dícite in natiónibus, allelúja. ℟. Quia Dóminus regnávit a ligno, allelúja.

Oratio.

Deus, qui pro nobis Filium tuum Crucis patíbulum subíre voluísti, ut inimíci a nobis expélleres potestátem : concéde nobis fámulis tuis; ut resurrectiónis grátiam consequámur. Per eúmdem Dóminum.

In Vesp. Antiphona Crucem sanctam súbiit, qui inférnum confrégit, accínctus est poténtia, surréxit die tértia, allelúja.

℣. et Oratio ut supra. In feriali Off. Prima dic. sicut in Festis Simplicibus toto temp. Pasch. Psalmi Horar. dicuntur cum quatuor Allelúja. Capitul. Primæ. Regi sæculórum 40. ℟. br. ut heri 358. Preces de Dóminica, ut in Psalt. 41.

Ad alias Horas Añæ Capitula, et Versic. ut in Psalt. in propr. locis: scilicet.

Ad Tertiam Antiph. Allelúja, All. All. All. Capit. Christus resurgens. ℟. br. Surréxit Dñus. 58.

Ad Sextam Antiphona Allelúja, All. All. All. Capit. Christus resurréxit. ℟. br. Surréxit Dóminus vere. 63.

Ad Nonam Antiphona Allelúja, All. All. All. Capit. Christus semel. ℟. br. Gavísi sunt. 69.

Ad Vesperas, Antiph. Alleluja, * alleluja, allelúja.

Psal. Diléxi, cum reliquis de Psalt. 194. sub una Antiph. Allelúja.
Capit. Christus resúrgens, ut supra.
Hymn. Ad régias Agni.
℣. Mane nobiscum 354.
Ad Magnificat, Antiph. Pax vobis, * ego sum, allelúja: nolíte timére, allelúja.
Invitatorium Capit. et ℟℟. br. supra citata dicuntur in feriali Off. usq. ad Ascensionem.

FERIA TERTIA.

Ad Benedictus, Antiph. Præcédam vos * in Galilæam: ibi me vidébitis, sicut dixi vobis, allelúja, allelúja.
Ad Magnificat, Antiph. Mitte manum tuam, * et cognósce loca clavórum, allelúja: et noli esse incrédulus, sed fidélis, allelúja.

FERIA QUARTA.

Ad Benedictus, Antiph. Ego sum vitis vera, * allelúja: et vos pálmites veri, allelúja.
Ad Magnif. Antiphona. Quia vidísti me, * Thoma, credidísti: beáti qui non vidérunt, et credidérunt, allelúja.

FERIA QUINTA.

Ad Benedictus, Antiph. Ardens est cor meum; * desídero vidére Dóminum meum: quæro, et non invénio, ubi posuérunt eum, all. all.
Ad Magnificat, Antiph. Nisi dígitum meum * in fixúras clavórum, et manum meam in latus ejus, et dixi: Dóminus meus, et Deus meus, allelúja.

FERIA SEXTA.

Ad Benedictus, Antiph. Venérunt ad monuméntum * María Magdaléne, et áltera María vidére sepúlchrum, all.
Ad Vesp. nisi occurrat Fest. ix. Lect. a Capit. fit de S. Maria.

SABBATO.

Ad Vesperas. Antiph. Allelúja, * allel. allel.
Psal. Benedíctus, cum reliquis. 215.
Capit. 1. Petri 2. 21.
Charíssimi, Christus passus est pro no-

bis, vobis relínquens exémplum, ut sequámini vestígia ejus. Qui peccátum non fecit, nec invéntus est dolus in ore ejus.

Hymnus. Ad régias. ℣. Mane nobíscum 354.

Ad Magnificat, Antiph. Ego sum pastor óvium:* ego sum via, véritas, et vita: ego sum pastor bonus, et cognósco oves meas, et cognóscunt me meæ, allelúja, allel.

Oratio.

Deus, qui in Fílii tui humilitáte jacéntem mundum erexísti: fidélibus tuis perpétuā concéde lætítiam, ut, quos perpétuæ mortis eripuísti cásibus, gáudiis fácias pérfrui sempitérnis. Per eúmdem Dóminum.

Deinde fit comm. de Cruce, ut supra. 361.

DOMINICA II.

post Pascha.

Ad Matut. Invitator., Hymn., Anæ et ℣℣. ut in Dñica præced. sed ritu semiduplici. 356.

Ad Laud. Ant. Allel. etc. Psal. Dóminus, regnávit, cum reliq. Antiph. et Psalm. de Psalt. 26.

Cap. Charíssimi, Christus passus est, ut supra.

Hymn. Auróra cœlum. ℣. In resurrectióne tua. 357.

Ad Benedictus, Antiph. Ego sum pastor óvium.

Oratio. Deus, qui in Fílii tui, etc. ut supra.

Commem. de Cruc. 361.

AD TERTIAM.

Ant. Allelúja, Allel, Allel. Allel.

Capitulum. Charíssimi, Christus passus est, ut supra.

℟. br. Surréxit Dominus 359.

AD SEXTAM.

Ant. Allelúja, Allel. Allel. Allel.

Capit. 1. Petri 2. 23.

Tradébat autem judicánti se injúste: qui peccáta nostra ipse pértulit in córpore suo super lignum, ut peccátis mórtui, justítiæ vivámus: cujus livóre sanáti sumus.

℟. br. Surréxit Dóminus vere. 359.

AD NONAM.

Ant. Allelúja, All. All. All.

Capit. 1. Petri. 2. Erátis enim sicut oves errántes; sed convérsi estis nunc ad pastórem, et epíscopũ animárum vestrárum.

℟. br. Gavísi sunt. 359.

Ad Vesperas Antiph. Allelúja. All. All.

Psal. Dixit Dóminus, cum rel. de Domin. 189.

Cap. Charíssimi, Christus. 362.

Hymn. Ad régias Agni.

℣. Mane nobíscũ. 354.

Ad Magnificat, Antiph. Ego sum pastor bonus,* qui pasco oves meas, et pro óvibus meis pono ánimam meam, all.

Orat. Deus, qui in Fílii tui, ut supra.

Commemor. de Cruce. 361.

FERIA SECUNDA.

Ad Benedictus, Antiph. Eúntes in mundum, * allelúja: docéte omnes Gentes, allelúja.

Ad Magnificat, Antiph. Pastor bonus * ánimam suam ponit pro óvibus suis, allelúja.

FERIA TERTIA.

Ad Benedictus, Antiph. Eúntes in mundum, * docéte omnes Gentes, baptizántes eos in nómine Patris, et Fílii, et Spíritus sancti, allel.

Ad Magnificat, Antiph. Mercénarius autem, * cujus non sunt oves própriæ, videt lupum veniéntem, et dimíttit oves, et fugit, et lupus rapit, et dispérgit oves, allelúja.

FERIA QUARTA.

Ad Benedictus, Antiph. Ite, nuntiáte frátribus meis, * allelúja: ut eant in Galilæam, allelúja: ibi me vidébunt, allelúja, allelúja, allelúja.

Ad Magnificat. Antiph. Sicut novit me Pater, * et ego cognósco Patrem, et ánimam meam pono pro óvibus meis, allelúja.

—

FERIA QUINTA.

Ad Benedictus, Antiph. Tu solus peregrínus es, * et non audísti de Jesu, quómodo tradidérunt eum in damnatiónem mortis? allel.

Ad Magnificat Antiph. Alias oves hábeo, * quæ non sunt ex hoc ovíli: et illas opórtet me addúcere, et vocem meam áudient: et fiet unum ovile, et unus pastor, allelúja.

FERIA SEXTA.

Ad Benedictus Antiph. Nonne sic opórtuit pati * Christum, et ita intráre in glóriam suam? allelúja.

Ad Vesp. nisi occurrat Festum ix. Lect. a Capit. fit de S. María.

SABBATO.

Ad Vesperas

Cap. 1. Petri. 2. 11. Charíssimi, Obsecro vos tamquam ádvenas, et peregrínos abstinére vos a carnálibus desidériis, quæ mílitant advérsus ánimam.

Hym. Ad régias Agni. ℣. Mane nobíscum 354.

Ad Magnificat, Antiph. Módicum, et non vidébitis me, * dicit Dóminus: íterum módicum, et vidébitis me, quia vado ad Patrem, all. all.

Oratio.

Deus, qui errántibus, ut in viam possint redíre justítiæ, veritátis tuæ lumen osténdis: da cunctis, qui Christiána professióne censéntur et illa respúere, quæ huic inimíca sunt nómini, et ea quæ sunt apta, sectári. Per Dóm.

Commem. de Cruce 361.

DOMINICA III.

post Pascha.

Ad Matut. Invitator. et Hymn., ut in Dom. in Albis. 356.

Ad Laudes, Antiphona Allelúja * all., all., etc. Psal. Dóminus regnávit, cum rel. Antiph. et Psal. de Psalt. 26.

Capit. Charíssimi, Obsecro vos, ut supra.

Hymn. Auróra cœlum.

℣. In resurrectióne. 357.

Ad Benedictus, Antiph. Módicum, ut in Vesp. Or. Deus, qui errántibus, ut supra. 365.

Ad Tertiam. Ant. Allelúja, All. All. All.

Capit. Charissimi, Obsecro, ut supra.

℟. br. Surréxit Dñus. 58.

Ad Sextam, Antiphona. Allelúja, All. All. All.

Capit. 1. Petri. 2.

Subjécti ígitur estóte omni humánæ creatúræ propter Deum, sive regi, quasi præcelléntí; sive dúcibus, tamquam ab eo missis ad vindíctam malefactórum, laudem vero bonórum.

℟. br. Surréxit Dóminus vere. 63.

Ad Nonam. Antiphona. Allelúja, All. All. All.

Capit. 1. Petri. 2. 18.

Servi, súbditi estóte in omni timóre dóminis, non tantúm bonis et modéstis, sed étiam dyscolis. Hæc est enim grátia in Christo Jesu Dómino nostro.

℟. br. Gavísi sunt. 69.

Ad Vesperas, Antiph. Allelúja. All. All.

Psalm. Dixit Dóminus, cum reliquis, 189.

Capit. Charíssimi, Obsecro vos. 365.

Hymn. Ad régias Agni.

℣. Mane nobiscum Dómine. 354.

Ad Magnificat, Antiph. Amen dico vobis, *quia plorábitis, et flébitis vos: mundus autem gaudébit, vos vero contristabímini: sed tristítia vestra vertétur in gáudium, allelúja.

Orat. Deus, qui errántibus, ut supra.

Commemor. de Cruce. 361.

FERIA SECUNDA.

Ad Benedictus, Antiph. Et incípiens a Móyse, *et ómnibus Prophétis, interpretabátur illis Scriptúras, quæ de ipso erant, allelúja.

Orat. Domin. præced.

Ad Magnif. Antiph. Tristítia vestra* vertétur in gáudium, allelúja: et gáudium ve-

strum nemo tollet a vobis, allelúja, allelúja.

FERIA TERTIA.

Ad Benedictus, Antiph. Et coegérunt illum, * dicéntes: Mane nobíscū Dómine, quóniam advesperáscit, allelúja.

Ad Magnificat, Antiph. Tristítia implévit cor * vestrum: et gáudium vestrum nemo tollet a vobis, allelúja; allel.

FERIA QUARTA.

Ad Benedictus, Antiph. Mane nobíscum, * quóniam advesperáscit, et inclináta est jam dies, allelúja.

Ad Magnificat, Antiph. Tristítia vestra, * allelúja, vertétur in gáudium, allelúja.

FERIA QUINTA.

Ad Benedictus, Antiph. Et intrávit cum illis, * et factum est, dum recúmberet cum illis, accépit panem, et benedíxit, ac fregit, et porrigébat illis, all. all.

Ad Magnificat, Antiph. Amen, amen dico vobis, * íterum vidébo vos, et gaudébit cor vestrum, et gáudium vestrum nemo tollet a vobis, allelúja.

FERIA SEXTA.

Ad Benedict. Antiph. Cognovérunt Dóminum Jesum, * alleluja, in fractióne panis, allelúja.

Ad Vesp. nisi occurrat Fest. ix. Lect. a Capit. fit de S. Maria.

SABBATO

Ad Vesperas.

Capitul. Jac. 1. 17.

Charíssimi, Omne datum óptimum, et omne donum perféctū desúrsum est, descéndens a Patre lúminum, apud quē non est transmutátio, nec vicissitúdinis obumbrátio.

Hymnus. Ad régias.

℣. Mane nobíscum 354.

Ad Magnificat, Antiph. Vado ad eum, * qui misit me: et nemo ex vobis intérrogat me: Quo vadis? allelúja, allelúja.

Oratio.

Deus, qui fidélium mentes uníus éfficis voluntátis: da pó-

pulis tuis id amáre, quod præcipis, id desideráre, quod promíttis; ut inter mundánas varietátes ibi nostra fixa sint corda, ubi vera sunt gáudia. Per Dóminum.

Commem. de Cruce 361.

DOMINICA IV.

post Pascha.

Ad Matutin. Invitator. Hymn. et alia, ut in Dom. in Albis. 356.

Ad Laudes, Antiphona. Allelúja. All. All. etc.

Psal. Dóminus regnávit, cum reliquis Ant. et Psalmis de Psalt. 26.

Capit. Charíssimi, Omne datum, ut supra.

Hymn. Auróra cœlum.

℣. In resurrectióne, 357.

Ad Benedictus, Antiph. Vado ad eum, ut supra.

Oratio. Deus, qui fidélium, ut supra.

Commem. de Cruce 361.

Ad Tertiam, Ant. Allelúja, All. All. All.

Capitul. Charíssimi, Omne, etc.

℟. br. Surréxit Dóminus. 58.

Ad Sextam. Ant. Allelúja, All. All. All.

Capít. Jac. 1. 19.

Scitis, fratres mei dilectíssimi. Sit autem omnis homo velox ad audiéndum, tardus autem ad loquéndum, et tardus ad iram. Ira enim viri justítiam Dei non operátur.

℟. br. Surréxit Dóminus vere. 63.

Ad Nonam. Ant. Allelúja, All. All. All.

Capit. Jac. 1. 21.

Propter quod abjiciéntes omnem immundítiam, et abundántiam malítiæ, in mansuetúdine suscípite ínsitum verbum, quod potest salváre ánimas vestras.

℟. br. Gavísi. 69.

Ad Vesperas. Antiph. Allelúja. All. All.

Psalm. Dixit Dóminus, cum reliquis de Domínica. 189.

Capit. Charíssimi, Omne datum. ut supra.

Hymn. Ad régias Agni, dapes.

℣. Mane nobiscum. 354.
Ad Magnificat, Antiph. Vado ad eum,* qui misit me: sed quia hæc locútus sum vobis, tristitia implévit cor vestrum, allelúja.
Oratio. Deus, qui fidélium mentes, ut sup.
Commemor. de Cruce. 361.

FERIA SECUNDA.

Ad Benedictus, Antiph. Nonne cor nostrum * ardens erat in nobis de Jesu, dum loquerétur nobis in via? allelúja.
Ad Magnif. Antiphona. Ego veritátem dico vobis: * éxpedit vobis, ut ego vadam: si enim non abíero, Paráclitus non véniet ad vos, allelúja.

FERIA TERTIA.

Ad Benedictus, Antiph. Pax vobis, * ego sum, allel: nolíte timére, all.
Ad Magnificat, Antiph. Cum vénerit Paráclitus * Spíritus veritátis, ille árguet mundum de peccáto, et de justítia, et de judício, all.

—

FERIA QUARTA.

Ad Benedictus, Antiph. Spíritus* carnem, et ossa non habet, sicut me vidétis habére: jam crédite, allelúja.
Ad Magnificat, Antiph. Adhuc multa hábeo * vobis dícere, sed non potéstis portáre modo: cum autem vénerit ille Spíritus veritátis, docébit vos omnem veritátem, allelúja.

FERIA QUINTA.

Ad Benedictus, Antiph. Obtulérunt discípuli, * Dómino partem piscis assi, et favum mellis, allelúja, allelúja.
Ad Magnificat, Antiph. Non enim loquétur * a semetípso: sed quæcúmque áudiet, loquétur: et quæ ventúra sunt, annuntiábit vobis, allelúja.

FERIA SEXTA.

Ad Benedictus, Antiph. Isti sunt sermónes, * quos dicébam vobis, cum essem vobíscum, allelúja, allelúja.
Ad Vesp. nisi occurr.

Fest. ix Lect., a Capit. fit de S. Maria.

SABBATO.

Ad Vesperas.

Capitul. Jac. 1. 22.

Charíssimi, Estóte factóres verbi, et non auditóres tantum, falléntes vosmetípsos. Quia si quis audítor est verbi, et non factor, hic comparábitur viro considéranti vultum nativitátis suæ in spéculo: considerávit enim se, et ábiit, et statim oblítus est qualis fúerit.

Hym. Ad régias.

℣. Mane nobíscum. 354.

Ad Magnificat, Antiph. Usque modo * non petístis quidquam in nómine meo: pétite, et accipiétis, allelúja.

Oratio.

Deus, a quo bona cuncta procédunt, largíre supplícibus tuis, ut cogitémus, te inspiránte, quæ recta sunt; et te gubernánte éadem faciámus. Per Dóminum.

Commem. de Cruce. 361.

DOMINICA V.

post Pascha.

Ad Matut. Invitator. Hymn. et alia ut in Dom. in Albis. 356.

Ad Laudes, Antiphona. Allelúja, * all., all., etc.

Psal. Dóminus regnávit, cum rel. de Psalt. 26.

Capit. Charíssimi, Estóte factóres, ut supra.

Hymn. Auróra cœlum.

℣. In resurrectióne 357.

Ad Benedictus, Antiph. Usque modo.

Oratio. Deus, a quo bona, ut supra.

Ad Tertiam, Antiph. Allelúja, * all. all. all.

Capítul. Charíssimi, Estóte.

℟. br. Surréxit Dóminus. 359.

Ad Sextam, Antiphona. Allelúja, * all. all. all.

Capitulum. Jac. 1. 25.

Qui autem perspéxerit in legem perféctam libertátis, et permánserit in ea, non audítor obliviósus factus, sed factor óperis: hic beátus in facto suo erit.

℟. br. Surréxit Dóminus vere 359.

Ad Nonam. Antiph. Allelúja,* all. all. all.

Capitul. Jac. 1. 27.

Relígio munda, et immaculáta apud Deum, et Patrem hæc est: Visitáre pupíllos, et víduas in tribulatióne eórum, et immaculátum se custodíre, ab hoc sæculo.

℟. br. Gavísi sunt. 359.

℣. Mane nobíscum.

Ad Vesperas, Antiph. Allelúja, * all., all.

Psalm. Dixit Dóminus, cum reliquis de Domínica, 189.

Capit. Charíssimi. 370.

Hymn. Ad régias Agni.

℣. Mane nobíscũ. 354.

Ad Magníficat, Antiph. Pétite, * et accipiétis, ut gáudium vestrum sit plenum: ipse enim Pater amat vos, quia vos me amástis, et credidístis, allelúja.

Orat. Deus, a quo. 370.

FERIA SECUNDA.

in Rogationibus.

Si hodie occurr. Fest. ix. Lect. fit de eo, cum comm. de Fer. ad Laud. tant. ut sequitur.

Ad Benedictus, Antiph. Pétite, * et accipiétis: quærite, et inveniétis: pulsáte, et aperiétur vobis, allelúja.

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut qui in afflictióne nostra de tua pietáte confídimus, contra advérsa ómnia, tua semper protectióne muniámur. Per Dóminum.

Hæc Oratio dicitur ad Laudes, et per Horas, præter Vesperas, et hodie tantum. Duabus vero sequentibus Feriis dicitur Oratio Dominicæ præcedentis, Deus, a quo bona 370.

Hoc triduo qui non intersunt Processionibus Rogationum, privatim post Laud. dicant Litanias cum suis Precibus, et Orationibus sine Psalmis Pœnitentialib.

Ad Magnificat. Antiph. Ipse enim Pater * amat

vos, quia vos me amástis, et credidístis, all. Oratio. Deus, a quo bona. 370.

FERIA TERTIA.
in Rogationibus.

Ad Benedictus, Antiph.

Oportébat * pati Christum, et resúrgere a mórtuis, allelúja.

Oratio. Deus, a quo bona. 370.

Ad Magnificat, Antiph.

Exívi a Patre, * et veni in mundum: íterum relínquo mundum, et vado ad Patrem, allelúja.

FERIA QUARTA.
in Rogationibus.
Vigilia Ascensionis.

Si hodie occurr. Fest. fx. Lect. fit de eo, cum comm. Vigiliæ ad Laud. ut sequitur.

Ad Benedictus, Antiph.

Pater, venit hora, * clarífica Fílium tuum claritáte, quam hábui, priúsquam mundus esset apud te, allel.

Oratio. Deus, a quo bona. 370.



IN

ASCENSIONE DOMINI

IN I. VESPERIS

Ant. Viri Galilæi, cum rel. de Laudibus. Psal. Dixit Dñs, cum rel. de Domin, 189. et loco ult. Psalm. Laudáte Dóminum omnes Gente. 195.

Capit. Act. 1. 1.

Primum quidem sermónem feci de ómnibus, o Theóphile, quæ cœpit Jesus fácere, et docére, usque in diem, qua præcípiens Apóstolis per Spíritum sanctum, quos elégit, assúmptus est.

Hymnus.

Salútis humánæ Sator,
Jesu volúptas córdium,
Orbis redémpti Cónditor,
Et casta lux amántium:

Qua victus es cleméntia,
Ut nostra ferres crímina?
Mortem subíres ínnocens,
A morte nos ut tólleres?

Perrúmpis inférnum chaos,
Vinctis caténas détrahis;
Victor triúmpho nóbili
Ad déxteram Patris sedes.

Te cogat indulgéntia,
Ut damna nostra sárcias,
Tuíque vultus cómpotes
Dites beáto lúmine.

Tu Dux ad astra, et sémita,
Sis meta nostris córdibus,

Sis lacrymárum gáudium,
Sis dulce vitæ præmiū.
Amen.

In aliis Hymnis ejusdem metri usq. ad Pentecost., in fine dicitur;

Jesu, tibi sit glória,
Qui victor in cœlum redis,
Cum Patre, et almo Spíritu,
In sempitérna sæcula.
Amen.

℣. Ascéndit Deus in jubilatióne, allelúja.
℟. Et Dóminus in voce tubæ, allelúja.

Ad Magnificat, Antiph. Pater, manifestávi nomen tuum homínibus, quos dedísti mihi: nunc autem pro eis rogo, non pro mundo, quia ad te vénio, allelúja.

Oratio.

Concéde, quæsumus, omnípotens Deus: ut qui hodiérna die Unigénitum tuum Redemptórem nostrum ad cœlos ascendísse crédimus; ipsi quoque mente in cœléstibus habitémus. Per eúmdem.

AD MATUTINUM

Invitat. Allelúja, Christum Dóminum ascendéntem in cœlum,* Veníte, adorémus, allel.

Psalmus. Venite. 2.

Hymnus.

Ætérne Rex Altíssime,
Redémptor et fidélium,
Cui mors perémpta détulit
Summæ triúmphum glóriæ.

Ascéndis orbes síderum,
Quo te vocábat cælitus
Colláta, non humánitus,
Rerum potéstas ómniū.

Ut trina rerum máchina,
Cæléstium, terréstriū,
Et inferórum cóndita,
Flectat genu jam súbdita.

Trémunt vidéntes Angeli
Versam vicem mortálium
Peccat caro, mundat caro
Regnat Deus Dei caro.

Sis ipse nostrum gáudium,
Manens olympo præmium,
Mundi regis qui fábricam,
Mundána vincens gáudia.
Hinc te precántes quæsumus,
Ignósce culpis ómnibus,
Et corda sursum súbleva
Ad te supérna grátia.
Ut cum repénte cœperis
Claráre nube Júdicis,
Pœnas repéllas débitas,
Reddas corónas pérditas.
Jesu, tibi sit glória,
Qui victor in cælum redis,
Cum Patre et almo Spírito
In sempitérna sæcula. Amen.

In i. Nocturno.

Ant. Eleváta est * magnificéntia tua super cœlos, Deus, allel.
Psalm. Dómine Dóminus noster 8.
Ant. Dóminus in templo * sancto suo, Dóminus in cœlo, allelúja.
Psal. In Dómino confído. 11.
Ant. A summo cœlo * egréssio ejus, et occúrsus ejus usque ad summum ejus, allelúja.
Ps. Cœli enárrant 21.
℣. Ascéndit Deus in jubilatióne, allel.
℟. Et Dóminus in voce tubæ, allel.

In ii. Nocturno.

Ant. Exaltáre, Dómine, * in virtúte tua: cantábimus, et psallémus, allel.
Ps. Dómine in virtúte tua. 23.
Ant. Exaltábo te, * Dómine, quóniam suscepísti me, allel.
Ps. Exaltábo te, Dómine, quóniam. 72.
Ant. Ascéndit Deus* in jubilatióne, et Dóminus in voce tubæ, all.
Ps. Omnes Gentes. 100.
℣. Ascéndens Christus in altum, allel.
℟. Captívam duxit captivitátem, allel.

In iii. Nocturno.

Ant. Nimis exaltátus

est, * allelúja, super omnes Deos, allel.
Ps. Dóminus regnavit, exúltet. 159.
Ant. Dóminus in Sion* allelúja, magnus, et excelsus, allel.
Psal. Dóminus regnávit, irascántur. 165.
Ant. Dóminus in cœlo* allelúja, parávit sedem suam, allel.
Psalm. Benedic anima mea .... et omnia 169.
℣. Ascéndo ad Patrem meum, et Patrem vestrum, allel.
℟. Deum meum, et Deum vestrum, allel.

AD LAUDES

et per Horas Antiph.

Viri Galilæi, * quid aspícitis in cœlum? Hic Jesus, qui assúmptus est a vobis in cœlum, sic véniet, allel.
Psal. Dóminus regnávit, cum reliq. 26.
Antiph. Cumque intueréntur* in cœlum eúntem illum, dixérunt, all.
Antiph. Elevátis mánibus * benedíxit eis, et ferebátur in cœlum, all.
Antiph. Exaltáte Regem regum, * et hymnum dícite Deo, allel.
Antiph. Vidéntibus illis * elevátus est, et nubes suscépit eum in cœlo, allelúja.
Cap. Primum quidem.
Hym. Salútis humánæ Sator. 373.
℣. Dóminus in cœlo, all
℟. Parávit sedem suam, allelúja.
Ad Benedictus, Antiph. Ascéndo ad Patrē meum, * et Patrē vestrum; Deum meum, et Deum vestrum, allelúja.
Oratio. Concéde. 374.
Ad Primam in ℟. br. ℣. Qui scandis super sídera, et sic dic. quotidie usq. ad Pentecost.
Ad Absolut. Capit. Lectio brev.: Viri Galilæi, ut infra ad Nonam.
Ad Tertiam, Antiph. Cumque intueréntur.
Cap. Primum quidem.
℟. br. Ascéndit Deus in jubilatióne, * Allelúja, allelúja. Ascéndit.
℣. Et Dóminus in voce tubæ. Allelúja, allelúja.

Glória. Ascéndit.
℣. Ascéndens Christus in altum, allelúja.
℟. Captívam duxit captivitátem, allelúja.
Ad Sextam, Antiphona. Elevátis mánibus.
Capitul. Act. 1. 4.
Et convéscens, præcépit eis ab Jerosólymis ne discéderent, sed expectárent promissiónem Patris, quam audístis (inquit) per os meum: quia Joánnes quidē baptizávit aqua, vos autem baptizabímini Spíritu sancto non post multos hos dies.
℟. br. Ascéndens Christus in altum, * Allelúja, allelúja. Ascéndens.
℣. Captívam duxit captivitátem. All. all. Glória. Ascéndens.
℣. Ascéndo ad Patrem meum, et Patrem vestrum, allelúja.
℟. Deum meum, et Deum vestrum. allelúja.
Ad Nonam, Antiphona. Vidéntibus illis.

—

Capit. Act. 1. 11.
Viri Galilæi, quid statis aspiciéntes in cœlum? Hic Jesus, qui assúmptus est a vobis in cœlum, sic véniet, quemádmodum vidistis eum eúntem in cœlum.
℟. br. Ascéndo ad Patrem meum, et Patrem vestrum,* Allelúja, allelúja. Ascéndo.
℣. Deum meum, et Deum vestrum. All. all. Glória Patri. Ascéndo.
℣. Dóminus in cœlo, all.
℟. Parávit sedem suam, allelúja.
In ii. Vesperis, Ant. Viri Galilæi, cum reliq. de Laud. 376. Psalmi, Capit., et Hymn. ut supra in i. Vesperis. 373.
℣. Dóminus in cœlo, all.
℟. Parávit sedem suā all.
Ad Magnificat Antiph. O Rex gloriæ, Dñe virtútū, qui triumphátor hódie super omnes cœlos ascendísti, ne derelínquas nos órphanos: sed mitte promíssum Patris in nos Spíritum veritátis, allelúja.

Oratio. Concéde. 374.

Infra Oct. Ascensionis usq. ad Pentec. quotidie fit Offic. de Ascens. nisi occurrat Fest. ix. Lect. De Fest. vero trium Lect. fit tant. comm.

SABBATO

Ad Vesperas.

Capit. 1. Pet. 4. 7.

Charíssimi, Estóte prudéntes, et vigiláte in oratiónibus. Ante ómnia autem mútuam in vobismetipsis charitátem contínuam habéntes; quia cháritas óperit multitúdinē peccatórum.

Hymn Salútis humánæ Sator 373.

℣. Dóminus in cœlo, all.
℟. Parávit sedem suam, allelúja.

Ad Magnificat, Antiph. Cum vénerit Paráclitus, * quem ego mittam vobis Spíritum veritátis, qui a Patre procédit, ille testimónium perhibébit de me, allel.

Oratio.

Omnípotens, sempitérne Deus, fac nos tibi semper et devótam gérere voluntátem, et majestáti tuæ sincéro corde servíre. Per Dñm.

Et fit comm. Ascens. Ant. O Rex glóriæ 377.
℣. Ascéndit Deus in jubilatióne, alleluja.
℟. Et Dóminus in voce tubæ, allelúja.

Oratio. Concéde, 374.

DOMINICA

Infra Octav. Ascens.

Totum Officium fit de Ascens. 373. exceptis his, quæ hic habentur propria.

Capit. Charíssimi.

Ad Benedictus, Antiph. Cum vénerit Paráclitus.

Orat. Omnípot. ut sup.

Et fit commemor. de Ascens. Ant. Ascéndo ad Patrem meum, et Patrem vestrum, Deum meum, et Deum vestrū, allelúja.
℣. Ascéndit Deus in jubilatióne, allelúja.
℟. Et Dóminus in voce tubæ, allelúja.

Oratio. Concéde, quæsumus, ut supra 374.

Ad Absolut. Capit. ad

Primam, Lectio br. Si quis lóquitur, ut infra ad Nonam.

Ad Tertiam, Antiph. Cumque intueréntur.

Capit. Charíssimi, 377.

℟. br. Ascéndit Deus. 376.

Ad Sextam, Antiphona. Elevátis mánibus.

Capit. 1. Pet. 4. 9.

Hospitáles ínvicem sine murmuratióne: unusquísque sicut accépit grátiam, in altérutrum illam administrántes, sicut boni dispensatóres multifórmis grátiæ Dei.

℟. br. Ascéndens Christus, 377.

Ad Nonam, Antiphona. Vidéntibus illis.

Capit. 1. Pet. 4. 11.

Si quis lóquitur, quasi sermónes Dei: si quis minístrat, tamquam ex virtúte, quam adminístrat Deus: ut in ómnibus honorificétur Deus per Jesum Christum Dñum nostrum.

℟. br. Ascéndo ad Patrem meum 377.

Ad Magnificat, Antiph. Hæc locútus sum vobis,* ut cum vénerit hora eórum, reminiscámini, quia ego dixi vobis, all.

Oratio. Omnípotens.

Et fit commemor. de Ascensione, Antiphona. O Rex glóriæ, ut supra.

℣. Ascéndit Deus 378.

Oratio. Concéde 374.

FERIA QUARTA.

Ad Vesperas Duplex: omnia ut in primis Vesperis Festi. 373.

In Oct. Ascensionis, omnia sicut in die.

In ii. Vesperis non fit comm. Officii seq. diei.

Duob. seq. dieb. Off. fit sicut inf. Oct. Ascension. exceptis Capitulis Ant. ad Benedict., ad Magnificat, et Oratione, quæ dicunt. de Dom. infra Oct. Ascens., ut supra 378. Et non dicuntur preces ad Primam, et Completorium.

IN FESTO

PENTECOSTES

IN I. VESPERIS

Ant. **Cum compleréntur** ut infr. in Laud. 382.
Psalm. **Dixit Dóminus**, cum rel. de Domin. 189 et loco ult. Psal. **Laudáte Dóminum omnes Gentes.** 195.

Capitulum. Act. 2. 1.

Cum complérentur dies Pentecóstes, erant omnes discipuli páriter in eódem loco: et factus est repénte de cœlo sonus, tanquam adveniéntis spíritus vehementis, et replévit totam domum, ubi erant sedéntes.

Hymnus.

Veni, Creátor Spíritus,
Mentes tuórum visita,
Imple supérna grátia,
Quæ tu creásti, péctora.

Qui díceris Paráclitus,
Altíssimi donum Dei,
Fons vivus, ignis, Cháritas,
Et spiritális únctio.

Tu septifórmis múnere,
Dígitus Paternæ déxteræ,
Tu rite promíssum Patris,
Sermóne ditans gúttura.

Accénde lumen sénsibus,
Infúnde amórem córdibus,
Infirma nostri córporis
Virtúte firmans pérpeti.

Hostem repéllas lóngius,
Pacémque dones prótinus:
Ductóre sic te prævio,
Vitémus omne nóxium.

Per te sciámus da Patrē,
Noscámus atque Filium,
Teque utriúsque Spíritum
Credámus omni témpore.
Deo Patri sit glória,
Et Filio, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sæculórum sæcula. Amen.

Sic terminantur Hym. usq. ad Vesp. Sabb. seq.

℣. Repléti sunt omnes Spíritu sancto, allel.
℟. Et cœpérunt loqui, allelúja.

Ad Magnificat, Antiph. Non vos relínquam órphanos, allelúja: vado, et vénio ad vos, allelúja: et gaudébit cor vestrum, allelúja.

Oratio.

Deus, qui hodiérna die corda fidélium sancti Spíritus illustratióne docuísti: da nobis in eódem Spíritu recta sápere, et de ejus semper consolatióne gaudére. Per Dóminum .... in unitate ejúsdem Spír.

DOMINICA PENTECOSTES.

AD MATUTINUM

Allelúja, Spíritus Dómini replévit orbem terrárum: *Veníte, adorémus, allelúja.

Ps. Venite exultemus 2.

Hymnus.

Jam Christus astra ascénderat,
Revérsus unde vénerat,
Patris fruéndum múnere,
Sanctum datúrus Spíritum.
Solémnis urgébat dies,
Quo mystico septémplici
Orbis volútus sépties,
Signat beáta témpora.
Cum lucis hora tértia
Repénte mundum íntonat
Apóstolis orántibus
Deum veníre núntiat.
De Patris ergo lúmine
Decórus ignis almus est:
Qui fida Christi péctora
Calóre verbi cómpleat.
Impléta gáudent víscera
Affláta sancto Spíritu,
Vocésque divérsas sonant

Fantur Dei magnália.
Notíque cunctis Géntibus
Græcis, Latínis, Bárbaris
Simúlque demirántibus,
Línguis loquúntur ómnium.
Judæa tunc incrédula,
Vesána torvo spíritu,
Madére musto sóbrios
Christi fidélesíncrepat.
Sed éditis miráculis
Occúrrit, et docet Petrus,
Falsum profári pérfidos
Joéle teste cómprobans.
Deo Patri sit glória,
Et Fílio, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sæculórum sæcula.
Amen.

Ad Nocturnum, Antiph. Factus est repente * de cælo sonus adveniéntis Spíritus veheméntis, allelúja, allelúja.
Psal. Magnus Dóminus 101.
Antiph. Confirma hoc Deus,*quod operátus es in nobis: a templo sancto tuo quod est in Jerúsalem, allelúja, allel.
Psalm. Exurgat Deus. 118.
Antiph. Emítte Spíritum tuum, et creabúntur, et renovábis fáciem terræ, allelúja, allel.
Psalm. Bénedic ánima mea... Dñe Deus. 171.
℣. Spíritus Dómini replévit orbem terrárum, allelúja.
℟. Et hoc quod cóntinet ómnia, sciéntiam habet vocis, allelúja.
Ad Laud. et per Hor.

Antiphona.

Cum compleréntur * dies Pentecóstes, erant omnes páriter in eódem loco, allelúja.
Psal. Dóminus regnávit. cum rel. 26.
Antiph. Spíritus Dómini * replévit orbem terrárum, allelúja.
Antiph. Repléti sunt omnes * Spíritu sancto, et cœpérunt loqui, all. allel.
Antiph. Fontes, * et ómnia, quæ movéntur in aquis, hymnum dícite Deo, allel.

Antiph. Loquebántur * váriis linguis Apóstoli magnália Dei, allelúja, allel. allel.

Capit. Cum compleréntur, ut supra.

Hymnus:

Beáta nobis gáudia
Anni redúxit órbita,
Cum Spíritus Paráclitus
Illápsus est Apóstolis.

Ignis vibránte lúmine
Linguæ figúram détulit,
Verbis ut essent próflui,
Et charitáte férvidi.

Línguis loquúntur ómnium,
Turbæ pavent Gentílium:
Musto madére députant,
Quos Spíritus repléverat.

Patráta sunt hæc mystice,
Paschæ perácto témpore,
Sacro diérum círculo,
Quo lege fit remíssio.

Te nunc, Deus piíssime,
Vultu precámur cérnuo,
Illápsa nobis cœlitus
Largíre dona Spíritus.

Dudum sacráta péctora
Tua replésti grátia:
Dimítte nostra crímina,
Et da quiéta témpora.

Deo Patri sit glória,
Et Filio, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sæculórum sæcula.
Amen.

℣. Repléti sunt omnes Spíritu sancto, allel.
℟. Et cœpérunt loqui, allel.

Ad Benedictus, Antiph. Accípite Spíritum sanctum: quorum remiséritis peccáta, remittúntur eis, allel.

Oratio. Deus, qui hodiérna die, ut supra.

Ad Primam in ℟. br. ℣. Qui sedes ad déxteram Patris.

Ad Tertiam.

Hymnus. Veni, Creátor Spíritus, ut supra in Vesp. 380. qui dicitur ad Tert. per totam Octav. loco Hymni, Nunc sancte.

Ant. Spíritus Dómini.
Capit. Cum compleréntur. 380.
℟. br. Spíritus Dómini replévit orbem terrárum, * Allelúja, allel. Spíritus.
℣. Et hoc, quod cóntinet ómnia, sciéntiam habet vocis. Allel. all. Glória. Spíritus.
℣. Spíritus Paráclitus, allel.
℟. Docébit vos ómnia, allel.

Ad Sextam, Antiph. Repléti sunt omnes.

Capit. Act. 2. 6.

Facta autem hac voce, convénit multitúdo, et mente confúsa est: quóniam audiébat unusquisque língua sua illos loquéntes.
℟. br. Spíritus Paráclitus, * Allelúja, allel. Spíritus.
℣. Docébit vos ómnia. Allelúja, allel. Glória Patri. Spíritus.
℣. Repléti sunt omnes Spíritu sancto, allel.
℟. Et cœpérunt loqui, allel.

Ad Nonam, Antiph. Loquebántur.

Capit. Act. 2. 11.

Judæi quoque, et Prosélyti, Cretes, et Arabes: audívimus eos loquéntes nostris línguis magnália Dei.
℟. br. Repléti sunt omnes Spíritu sancto, * Allel. allel. Et cœperunt loqui. Allel. allel. Glória Patri. Repléti.
℣. Loquebántur váriis línguis Apóstoli, allelúja.
℟. Magnália Dei, allel.

In ii. Vesperis, Antiph. Cum compleréntur, ut in Laudib. 382.
Psalmi de Dominica 189 qui dicuntur quotidie per Octavam.
Capit. Cum compleréntur. 380.
Hymnus. Veni, Creátor Spíritus, ùt supra 380.
℣. Loquebántur váriis línguis Apóstoli, allel.
℟. Magnália Dei, alleluja.

Ad Magníficat, Antiph. Hódie compléti sunt

dies Pentecóstes, allelúja: hodie Spíritus sanctus in igne discípulis appáruit, et tríbuit eis charísmatum dona: misit eos in univérsum mundum prædicáre, et testificári: qui credíderit, et baptizátus fúerit, salvus erit, allel.

Orátio. Deus, qui hodiérna die, ut supra.

Infra Oct. Pentec. fit Off. sicut in die, except. Añis ad Bened., et Magnif., et Oratiónibus.

FERIA SECUNDA

Ad Benedictus, Antiph. Sic Deus diléxit mundum, ut Fílium suum Unigénitum daret: ut omnis, qui credit in ipsum, non péreat, sed hábeat vitam ætérnam, allel.

Orátio.

Deus, qui Apóstolis tuis sanctum dedísti Spíritum: concéde plebi tuæ piæ petitiónis efféctum: ut quibus dedísti fidem, largiáris et pacem. Per Dóminum ...... in unitáte ejusdem Spíritus.

Ad Magnificat, Antiph. Si quis díligit me, sermónem meum servábit: et Pater meus díliget eum, et ad eum veniémus, et mansiónem apud eum faciémus, allel.

FERIA TERTIA

Ad Benedictus, Antiph. Ego sum óstium, dicit Dóminus: per me si quis introíerit, salvábitur, et páscua invéniet, allel.

Orátio.

Adsit nobis, quæsumus Dómine, virtus Spíritus sancti: quæ et corda nostra cleménter expúrget, et ab ómnibus tueátur advérsis. Per Dóminum.... in unitáte ejúsdem.

Ad Magnificat, Antiph. Pacem relínquo vobis, pacem meam do vobis: non quómodo mundus dat, ego do vobis, all.

—

FERIA QUARTA

Quatuor Temporum

Ad Benedictus, Antiph. Ego sum panis vivus * dicit Dóminus, qui de cœlo descéndi, allel., allel. Oratio.

Mentes nostras quæsumus Dómine, Paráclitus, qui a te procédit, illúminet: et indúcat in omnem, sicut tuus promísit Filius, veritátem: Qui tecum... in unitáte ejúsdem Spír.

Ad Magnificat, Antiph. Ego sum panis vivus, * qui de cœlo descéndi: si quis manducáverit ex hoc pane, vivet in ætérnum: et panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita, allel.

FERIA QUINTA

Ad Benedictus, Antiph. Convocátis Jesus * duódecim discípulis suis, dedit illis virtútem, et potestátem super ómnia dæmónia, et ut languóres curárent: et misit illos prædicáre regnum Dei, et sanáre infírmos, allel.

Oratio. Deus, qui hodiérna die. 381.

Ad Magnificat, Antiph. Spíritus, * qui a Patre procédit, allelúja: ille me clarificábit, all. all.

FERIA SEXTA

Quatuor Temporum.

Ad Benedictus, Antiph. Dixit Jesus: * Ut sciátis autem, quia Fílius hóminis habet potestátem in terra dimitténdi peccáta, ait paralytico: Tibi dico, surge: tolle lectum tuum, et vade in domum tuam, allel.

Oratio.

Da, quæsumus, Ecclésiæ tuæ, miséricors Deus: ut sancto Spíritu congregáta, hostíli nullátenus incursióne turbétur. Per Dóminum...... in unitáte ejúsdem Spiritus.

Ad Magnificat, Antiph. Paráclitus autem * Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nómine meo, ille vos docébit ómnia, et súggeret vobis ómnia, quæcúmque díxero vobis, allel.

SABBATO

Quatuor Temporum.

Ad Benedictus, Antiph. **Cháritas Dei * diffúsa est in córdibus nostris per inhabitántem Spíritum ejus in nobis, all.**

Oratio.

Méntibus nostris, quæsumus Dómine, Spíritum sanctum benígnus infúnde: cujus et sapiéntia cónditi sumus, et providéntia gubernámur. Per Dóminum ...... in unitáte ejúsdem Spíritus.

Post Nonam, celebrata Missa, terminatur tempus Paschale.



IN FESTO

SS. TRINITATIS

IN I. VESPERIS.

Ant. Glória tibi, Trínitas, ut infra ad Laud. Ps. Dixit Dñus, cum rel. de Dom. 189, et loco ultimi, Psal. Laudáte Dóminum omnes Gentes. 195.

Capit. Rom. 11. 33.

O altitúdo divitiárum sapiéntiæ, et sciéntiæ Dei : quam incomprehensibília sunt judícia ejus, et investigábiles viæ ejus!

Hymnus.

Jam sol recédit ígneus:
Tu lux perénnis Unitas,
Nostris, beáta Trínitas,
Infúnde amórem córdibus.

Te mane láudum cármine,
Te deprecámur véspere;
Dignéris, ut Te súpplices
Laudémus inter Cœlites.

Patri, simúlque Fílio,
Tibíque, sancte Spíritus,
Sicut fuit, sit júgiter
Sæclum per omne glória. Amen.

℣. Benedicámus Patrem et Fílium cum sancto Spíritu.
℟. Laudémus, et superexaltémus eum in sæcula.

Ad Magníficat, Antiph. Grátias tibi Deus, grátias tibi, vera et una Trínitas, una et summa Déitas, sancta et una Unitas.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui dedísti fámulis tuis, in confessióne veræ fidei ætérnæ Trinitátis gló-

riam agnóscere, et in poténtia majestátis adoráre Unitátem: quæsumus; ut ejúsdem fidei firmitáte ab ómnibus semper muniámur advérsis. Per Dóminum.

Et fit comm. Domin. i. post Pent. ut sequitur.

Ant. Lóquere, Dómine, quia áudit servus tuus.

℣. Vespertína orátio ascéndat ad te, Dómine.

℟. Et descéndat super nos misericórdia tua.

Oratio.

Deus in te sperántium fortitúdo, adésto propítius invocatiónibus nostris: et quia sine te nihil potest mortális infírmitas, præsta auxílium grátiæ tuæ; ut in exequéndis mandátis tuis et voluntáte tibi, et actióne placeámus. Per Dóm.

AD MATUTINUM

Invitator. Deum verum, unum in Trinitáte, et Trinitátem in Unitáte.* Veníte adorémus.

Psalmus. Venite. 2.

Hymnus.

Summæ Parens cleméntiæ,
Mundi regis qui máchinam
Unius et substántiæ,
Trinúsque persónis Deus.
Da déxteram surgéntibus,
Exúrgat ut mens sóbria,
Flagrans et in láudem Dei
Grates rependat débitas.
Deo Patri sit glória,
Natóque Patris único,
Cum Spíritu Paráclito,
In sempitérna sæcula.
Amen.

In ii. Nocturno.

Ps. Omnes Gentes 100.

Ps. Deus judícium tuum. 129.

Ad Laud. et per Hor.

Antiphona.

Glória tibi Trínitas * æquális, una Déitas, et ante ómnia sæcula, et nunc, et in perpétuum.

Psal. Dóminus regnávit, cum reliquis 26.

Ant. Laus, et perénnis glória * Deo Patri, et Fílio, sancto simul Pa-

ráclito, in sæculórum sæcula.

Ant. Glória láudis * résonet in ore ómnium Patri, genitæque Proli, Spirítui sancto páriter resúltet láude perénni.

Ant. Laus Deo Patri, parilíque Proli, et tibi sancte stúdio perénni Spíritus, nostro résonet ab ore omne per ævum.

Ant. Ex quo ómnia, * per quem ómnia, in quo ómnia: ipsi glória in sæcula.

Cap. O altitúdo, ut supr.

Hymnus.

Tu Trinitátis Unitas,
Orbem poténter quæ regis,
Atténde láudis cánticum,
Quod excubántes psállimus.
Ortus refúlget lúcifer,
Præítque solem núntius,
Cadunt tenébræ nóctiū,
Lux sancta nos illúminet.
Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Nunc, et per omne sæculum. Amen.

℣. Benedicámus Patrem. 388.

Ad Benedictus, Antiph. Benedícta sit sancta, creátrix, et gubernátrix ómnium, sancta et indivídua Trínitas, nunc et semper, et per infiníta sæcula sæculórum.

Orat. Omnípotens sempitérne Deus, ut supra.

Et fit comm. Domin.

Ant. Estóte ergo misericórdes, sicut et Pater vester misericors est, dicit Dóminus.

℣. Dóminus regnávit, decórem índuit.

℟. Induit Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se virtúte.

Orat. Deus in te sperántium, ut supra.

Ad Primam, Psalm. ut in Festo Duplici, cum Symb. S. Athanasii. 38.

Ad Tertiam, Antiph. Laus et perénnis glória.

Cap. O altitúdo. 388.

℟. br. Benedicámus

Patrem, et Filium, * Cúm sancto Spíritu. Benedicámus.

℣. Laudémus, et superexaltémus eum in sæcula. Cum sancto. Glória Patri. Benedicámus.

℣. Benedíctus es Dómine, in firmaménto cœli.

℟. Et laudábilis, et gloriósus in sæcula.

Ad Sextam, Antiph. Glória láudis.

Capit. 2. Cor. 13.13.

Grátia Dómini nostri Jesu Christi, et cháritas Dei, et communicátio sancti Spíritus sit cum ómnibus vobis. Amen.

℟. br. Benedíctus es, Dómine, * In firmaménto cœli. Benedíctus.

℣. Et laudábilis, et gloriósus in sæcula. In firmaménto. Glória. Benedíctus.

℣. Verbo Dómini cœli firmáti sunt.

℟. Et spíritu oris ejus, omnis virtus eórum.

Ad Nonam, Antiph. Ex quo ómnia.

Capit. 1. Joan. 5.7.

Tres sunt, qui testimónium dant in cœlo: Pater, Verbum, et Spíritus sanctus: et hi tres unum sunt.

℟. br. Verbo Dómini, * Cœli firmáti sunt. Verbo

℣. Et spíritu oris ejus, omnis virtus eórum. Cœli. Glória Patri. Verbo. ℣. Sit nomen Dómini benedíctum.

℟. Ex hoc nunc, et usque in sæculum.

In ii. Vesperis, Antiph. Glória tibi, Trínitas; cum rel. de Laud. 389.

Psal. Dixit Dóminus, cū rel. de Domin. 189.

Cap. O altitúdo.

Hymnus. Jam sol recédit. 388.

℣. Benedíctus es Dómine, in firmaménto cœli.

℟. Et laudábilis, et gloriósus in sæcula.

Ad Magnificat, Antiph. Te Deum Patrem ingénitum, te Fílium unigénitum, te Spíritum sanctum Paráclitum, sanctam et indivíduam

Trinitátem, toto corde et ore confitémur, laudámus atque benedícimus, tibi glória in sæcula.

Orat. Omnipotens, sempitérne Deus, ut supra.

Pro comm. Dominicæ, Ant. Nolite judicáre, ut non judicémini: in quo enim judício judicavéritis, judicabímini, dicit Dóminus.

℣. Dirigátur, Dómine, orátio mea.

℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Oratio. Deus in te sperántium, ut supra.

FERIA SECUNDA.

Omnia dic. ut in Psalt. cum Orat. præc. Domin. Deus in te sperántium.

FERIA QUINTA.

celebratur Festum SS. Corporis Christi.



IN FESTO

SS. CORPORIS CHRISTI

IN I. VESPERIS

Antiphona.

Sacérdos in ætérnum* Christus Dóminus secúndum órdinē Melchísedech, panem et vinum óbtulit.

Ps. Dixit Dóminus. 189.

Ant. Miserátor Dñus * escam dedit timéntibus se, in memóriam suórum mirabílium.

Psal. Confitébor. 189.

Ant. Cálicem * salutáris accípiam, et sacrificábo hóstiam láudis.

Psal. Crédidi. 194.

Ant. Sicut novéllæ* olivárū, Ecclésiæ filii sint in circúitu mensæ Dñi.

Psal. Beáti omnes, qui timent. 202.

Ant. Qui pacem ponit* fines Ecclésiæ, fruménti ádipe sátiat nos Dóminus.

Psal. Láuda Jerúsalem. 218.

Capit. 1. Cor. 11. 23.

Fratres, Ego enim accépi a Dómino quod et trádidi vobis: quóniam Dóminus Jesus, in qua nocte tradebátur, accépit panem, et grátias agens fregit, et dixit: Accípite, et manducáte: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradétur: hoc fácite in meam commemoratiónem.

Hymnus

Pange, língua, gloriósi
Córporis mystérium,
Sanguinísque pretiósi,
Quem in mundi prétium,
Fructus ventris generósi
Rex effúdit Géntium.

Nobis datus, nobis natus
Ex intácta Vírgine,
Et in mundo conversátus,
Sparso verbi sémine,
Sui moras incolátus
Miro cláusit órdine.
In suprémæ nocte cœnæ
Recúmbens cum frátribus,
Observáta lege plene
Cibis in legálibus,
Cibum turbæ duodénæ
Se dat suis mánibus.
Verbum caro, panem verum
Verbo carnem éfficit,
Fitque sánguis Christi merum,
Et si sensus déficit:
Ad firmándum cor sincérum
Sola fides súfficit.
Tantum ergo Sacraméntum
Venerémur cérnui:
Et antíquum documéntum
Novo cedat rítui:
Præstet fides suppleméntum
Sénsuum deféctui.
Genitóri, Genitóque
Laus, et jubilátio,
Salus, honor, virtus quoque
Sit, et benedíctio:
Procedénti ab utróque
Compar sit laudátio.
Amen.

℣. Panem de cœlo præstitísti eis, allelúja.
℟. Omne delectaméntum in se habéntem, allelúja.

Ad Magnificat, Antiph. O quam suávis est, Dómine, spíritus tuus! qui ut dulcédinem tuam in fílios demonstráres, pane suavíssimo de cœlo præstito, esuriéntes reples bonis, fastidiósos dívites dimíttens inánes!

Oratio.

Deus, qui nobis sub Sacraménto mirábili, passiónis tuæ memóriam reliquísti: tríbue, quæsumus, ita nos Córporis, et Sánguinis tui sacra mystéria venerári; ut redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus. Qui vivis.

Ad Complet. et per Hor. in fine Hymnorum dic. Jesu, tibi sit glória, Qui natus es de Vírgine

Et similiter per totam Octavam.

AD MATUTINUM

Invitatoř. Christum Regem adorémus dominántem Géntibus: * Qui se manducántibus dat spíritus pinguédinem. Psalmus. Venite. 2.

Hymnus.

Sacris solémniis juncta sint gáudia,
Et ex præcórdiis sonent præcónia;
Recédant vétera, nova sint ómnia,
Corda, voces, et ópera.
Noctis recólitur cœna novíssima,
Qua Christus créditur agnum et ázyma
Dedisse frátribus, juxta legítima
Priscis indúlta pátribus.
Post agnum typicum, explétis épulis,
Corpus Domínicum datum discípulis,
Sic totum ómnibus, quod totum síngulis,
Ejus fatémur mánibus.
edit frágilibus córporis férculum,
Dedit et trístibus sánguinis póculum,
Dicens, Accípite quod trado vásculum,
Omnes ex eo bíbite.
Sic sacrifícium istud instítuit,
Cujus offícium commítti vóluit
Solis Presbyteris, quibus sic cóngruit,
Ut sumant, et dent céteris.
Panis Angélicus fit panis hóminum,
Dat panis cælicus figúris términum:
O res mirábilis! mandúcat Dóminum
Páuper, servus, et húmilis.
Te trina Déitas, únaque póscimus,
Sic nos tu vísita, sicut te cólimus.
Per tuas sémitas duc nos quo téndimus,
Ad lucem, quam inhábitas. Amen.

In i. Nocturno, Antiph. Fructum salutíferum *

gustándum dedit Dñus mórtis suæ tempore.
Psal. Beátus vir. 5.
Ant. A fructu fruménti, et vini multiplicáti fidéles in pace Christi requiéscunt.
Psal. Cum invocárem. 224.
Ant. Communióne cálicis, quo Deus ipse súmitur, non vitulórum sánguine congregávit nos Dóminus.
Psal. Consérva. 15.
℣. Panem cœli dedit eis, allelúja.
℟. Panem Angelórum manducávit homo, allelúja.
In ii. Nocturno, Ant. Memor sit Dóminus* sacrifícii nostri, et holocáustum nostrum pingue fiat.
Psal. Exáudiat. 22.
Ant. Parátur * nobis mensa Dómini advérsus omnes qui tribulant nos.
Psal. Dóminus regit. 48.
Ant. In voce exultatiónis * résonent epulántes in mensa Dómini.
Psal. Quemádmodum. 96.
℣. Cibávit illos ex ádipe fruménti, allelúja.
℟. Et de petra, melle saturávit eos, allelúja.
In iii. Nocturno, Ant. Introíbo * ad altáre Dei: sumam Christum, qui rénovat juventútem meam.
Ps. Júdica me Deus. 106.
Ant. Cibávit nos Dóminus* ex ádipe fruménti: et de petra, melle saturávit nos.
Psal. Exultáte Deo. 147.
Ant. Ex altári tuo Dómine * Christum súmimus: in quem cor et caro nostra exúltant.
Psal. Quam diécta 149.
℣. Educas panem de terra, allelúja.
℟. Et vinum lætíficet cor hóminis, allelúja.
Ad Laudes et per Hor.
Antiphona.
Sapiéntia * ædificávit sibi domum, míscuit vinum, et pósuit mensam, allelúja.
Psal. Dóminus regnávit, cum reliquis 26.

Ant. Angelórum esca * nutrivísti pópulum tuum, et panem de cœlo præstitísti eis, allelúja.
Ant. Pínguis est panis * Christi, et præbébit delícias régibus, allelúja.
Ant. Sacerdótes sancti * incénsum, et panes ófferunt Deo, allelúja.
Ant. Vincénti * dabo manna abscónditum, et nomen novum, all.
Capitul. Fratres, Ego enim. 393.

Hymnus.

Verbum supérnum pródiens,
Nec Patris linquens déxteram,
Ad opus suum éxiens,
Venit ad vitæ vésperā.
In mortem a discípulo
Suis tradéndus æmulis,
Prius in vitæ férculo
Se trádidit discípulis.
Quibus sub bina spécie
Carnem dedit, et sánguinem,
Ut dúplicis substántiæ
Totū cibáret hóminem.
Se nascens dedit sócium,
Convéscens in edúlium,
Se móriens in prétium,
Se regnans dat in præmium.
O salutáris hóstia,
Quæ cœli pandis óstiū:
Bella premunt hostília,
Da robur, fer auxíliū.
Uni, trinóque Dómino
Sit sempitérna glória:
Qui vitam sine término
Nobis donet in pátria.
Amen.

℣. Pósuit fines tuos pacem, allelúja.
℟. Et ádipe fruménti sátiat te, allelúja.
Ad Benedíctus, Antiph. Ego sum * panis vivus, qui de cœlo descéndi: si quis manducáverit ex hoc pane, vivet in ætérnum, allelúja.
Orat. Deus, qui nobis sub Sacraménto. 394.
Ad Prim. in ℟. brevi. ℣. Qui natus es de María Vírgine.
Et sic dícitur per totam Octavam.
In ℣℣. Primæ et Complet. non addit. Allelúja, sed in aliis Horis.
Ad Tertiam, Antiph. Angelórum esca.
Capit. Fratres, Ego

enim accépi, ut supra.
℟. br. Panem cœli dedit eis, * Allelúja, allelúja. Panem.
℣. Panem Angelórum manducávit homo. All. all. Glória. Panem.
℣. Cibávit illos ex ádipe fruménti, allel.
℟. Et de petra, melle saturávit eos, allel.
Ad Sextam Antiph. Pínguis est panis.
Capit. 1. Cor. 11. 26.
Quotiescúmque enim manducábitis panē hunc, et cálicem bibétis: mortem Dñi annuntiábitis donec véniat.
℟. br. Cibávit illos ex ádipe fruménti, * Allel. allel. Cibávit.
℣. Et de petra, melle saturávit eos. Allel. all. Glória Patri. Cibávit.
℣. Edúcas panem de terra, allel.
℟. Et vinum lætíficet cor hóminis, allel.
Ad Nonam, Antiph. Vincénti.
Capit. 1. Cor. 11. 27.
Quicúmque manducáverit panem hunc, vel bíberit cálicem Dñi indígne: reus erit Córporis et Sánguinis Dñi.
℟. br. Edúcas panem de terra, * All. all. Edúcas.
℣. Et vinum lætíficet cor hóminis. Allel. allel. Glória. Edúcas.
℣. Pósuit fines tuos pacem, allel.
℟. Et adipe fruménti satiat te, allel.
In ii. Vesp. omnia dicuntur sicut in i. 393.
℣. Panem de cœlo præstitisti eis, allel.
℟. Omne delectaméntum in se habéntem, all.
Ad Magnificat, Antiph. O sacrum convívium, * in quo Christus súmitur: recólitur memória passiónis ejus: mens implétur grátia, et futúræ glóriæ nobis pignus datur, allel.
Oratio. Deus, qui nobis sub Sacraménto mirábili. 394.

SABBATO

Ad Vesperas, Antiph. Sacérdos in ætérnum, cum rel. Ant. et Ps. ut in i. Vesp. Festi, 393.

Capit. 1. Joan. 3. 13. Charíssimi, Nolite mirári, si odit vos mundus. Nos scimus, quóniam transláti sumus de morte ad vitam, quóniam dilígimus fratres.

Hymnus. Pange língua 393.

℣. Cibávit illos ex ádipe fruménti, allel.

℟. Et de petra, melle saturávit eos, allel.

Ad Magnificat, Antiph. Puer Sámuel * ministrábat ante Deum coram Heli, et sermo Dñi erat pretiósus cum eo.

Oratio.

Sancti nóminis tui, Dómine, timórem páriter, et amórem fac nos habére perpétuum: quia nunquam tua gubernatióne destítuis, quos in soliditáte tuæ diléctiónis instítuis. Per Dóminum.

Deinde fit comm. de Oct. Antiph. O sacrum convívium.

℣. Panem de cœlo, ut supra.

Oratio. Deus, qui nobis. 394.

DOMINICA

infra Octav. quæ est ii. post Pentecosten.

Omnia dicunt. de Oct. præter Capitula, Ant. ad Bened. et Magnif., et Orationem quæ hic habentur propria.

Ad Laud. et per Hor. Ant. Sapientia, cum rel. Ant. et Psal. 396.

Capit. Charíssimi.

Hymn. Verbum supérnum. 397.

℣. Panem cœli dedit eis, allel.

℟. Panem Angelórum manducávit homo, all.

Ad Benedictus, Antiph. Homo quidam * fecit cœnam magnam, et vocávit multos: et misit servum suum hora cœnæ dícere invitátis, ut venírent, quia ómnia paráta sunt, allel.

Oratio. Sancti nóminis tui, Dómine, ut supra.

Deinde fit comm. de Octava.

Ant. Ego sum panis.

℣. Pósuit fines 397.

Oratio. Deus, qui nobis. 394.

Ad Prim., ad Absol. Capit. dic. Capit. Nonæ Filioli mei, ut infra.

Ad Tertiam, Antiph. Angelórum esca.

Capit. Charíssimi.

℟. br. Panem cœli.

℣. Cibávit illos. 398.

Ad Sextam, Antiph. Pinguis est panis.

Cap. 1. Joan. 3. 16.

In hoc cognóvimus charitátem Dei, quóniam ille ánimam suā pro nobis pósuit: et nos debémus pro frátribus ánimas pónere.

℟. br. Cibávit illos.

℣. Edúcas panem. 398.

Ad Nonam, Antiph. Vincénti.

Cap. 1. Joan. 3. 18.

Filioli mei, non diligámus verbo, neque língua, sed ópere et veritáte.

℟. br. Edúcas panem.

℣. Posuit fines. 398.

In ii. Vesperis, Antiph. Sacérdos in ætérnum, cum reliq. Ant. et Ps. ut in i. Vesp. Festi 393.

Capit. Charíssimi, Nolíte ut supra.

Hymnus. Pange língua. 393.

℣. Cibávit illos ex ádipe fruménti, allel.

℟. Et de petra, melle saturávit eos, allel.

Ad Magnificat, Antiph. Exi cito in platéas, * et vicos civitátis: et páuperes ac débiles, cæcos et cláudos compélle intráre, ut impleátur domus mea, allel.

Oratio. Sancti nóminis tui, ut supra.

Deinde fit comm. de Oct. Antiph. O sacrum.

℣. Panem de cœlo. 398.

Oratio. Deus, qui nobis sub Sacramento. 394.

FERIA QUARTA

Ad Vesp. omn. ut in i. Vesp. Festi. 393. Et si hac die fuerit Fest. Dupl. in Vesp. fit tant. comm. de eo, nisi fuerit ex solemn. ut dicit. in Rubrica de Comm.

FERIA QUINTA

Oct. Corporis Christi.

Omnia sicut in Festo.

—

ANTIPHONÆ

Dicendae in Sabbatis post Pentec. usque ad Advent.

—

SABBATO
ante Dominicam iii.
post Pentec.
Ad Magnificat, Antiph.
Cognovérunt omnes * a Dan usque Bersabée, quod fidélis Sámuel Prophéta esset Dómini.
Oratio. Protéctor in te sperántium, quæ habetur infra post Ant. ultimæ Hebdom. Novembris cum aliis Orat. usq. ad Advent. 407.
Sabbato ante Dominicam iv. post Pentec.
Ad Magnificat, Antiph.
Præváluit David * in Philisthæum in funda et lápide, in nómine Dñi.
Sabbato ante Dominicam v. post Pentec.
Ad Magnificat, Antiph.
Montes Gélboe * nec ros, nec plúvia véniant super vos: quia in te abjéctus est clypeus Saul: quasi non esset unctus óleo. Quómodo cecidérunt fortes in bello? Jónathas in excélsis interféctus est: Saul, et Jónathas amábiles, et decóri valde in vita sua, in morte quoque non sunt divísi.
Sabbato ante Dominicam vi. post Pentec.
Ad Magnificat Antiph.
Obsecro Dómine, * aufer iniquitátem servi tui, quia insipiénter egi.
Sabbato ante Dominicam vii. post Pentec.
Ad Magnificat, Antiph.
Unxérunt * Salomónem Sadoc sacérdos, et Nathan Prophéta, regem in Gihon, et ascendéntes læti dixérunt: Vivat rex in ætérnum.
Nisi ponenda sit Ant. pro Domin. i. Augusti quia tunc, omissis Ant. de libris Regum, ponuntur de lib. Salomonis:

quod etiam servatur in sequentibus Hebdom.

Sabbato ante Dominicam viii. post Pentec.

Ad Magnificat, Antiph. Exaudísti, * Dómine, oratiónem servi tui, ut ædificárem templum nómini tuo.

Sabbato ante Dominicam ix. post Pentec.

Ad Magnificat, Antiph. Dum tólleret Dóminus* Elíam per túrbinem in cœlum, Eliséus clamábat: Pater mi, currus Israel, et auríga ejus.

Sabbato ante Dominicam x. post Pentec.

Ad Magnificat, Antiph. Fecit Joas* rectum coram Dómino cunctis diébus, quibus dócuit eum Jójada sacérdos.

Sabbato ante Dominicam xi. post Pentec.

Ad Magnificat, Antiph. Obsecro, Dómine,* meménto, quæso, quómodo ambuláverim coram te in veritáte et in corde perfécto: et quod plácitum est coram te, fécerim.

SABBATO

ante Dom. i. Augusti.

Ea autem dic. i. Dom. mensis, quæ est in Kal., vel proximior Kal. illius mensis: ita ut si Kalendæ fuerint ii. iii. et iv. Feria, tunc i. Dominica mensis sit ea, quæ præcedit Kal. Sin autem v. et vi. Feria, vel Sabbato, sit ea quæ sequitur. Et in Sabb. præced. ad Magnific. ponatur Ant. illius historiæ, omissa alia, quæ forte occurreret.

Ad Magnificat, Antiph. Sapiéntia * ædificávit sibi domum, excídit colúmnas septem, súbdidit sibi Gentes, superbórum et sublímium colla, própria virtúte calcávit.

Oratio quæ contingit in ordine aliarum Dominic. ut infra.

Sabbato ante Dominicam ii. Augusti.

Ad Magnificat, Antiph. Ego in altíssimis * hábito: et thronus meus in colúmna nubis.

Sabbato ante Dominicam iii. Augusti.
Ad Magnificat, Antiph. Omnis sapiéntia * a Dómino Deo est, et cum illo fuit semper, et est ante ævum.
Sabbato ante Dominicam iv. Augusti.
Ad Magnificat, Antiph. Sapiéntia clámitat * in platéis: Si quis díligit sapiéntiam, ad me declínet, et eam invéniet: et cum invénerit, beatus erit, si tenúerit eã.
Sabb. ante Dominic. v. Augusti, nisi hæc fuerit propinquior Kal. Septemb.; quia tunc ista omitt., et ponitur Ant. pro i. Domin. Septemb. ut infra.
Ad Magnificat, Antiph. Obsérva, fili, * præcépta patris tui, et ne dimíttas legem matris tuæ, sed liga eam semper in corde tuo.

SABBATO
proximo Kalendis
Septembris.

Ad Magnificat, Antiph. Cum audísset Job * nuntiórum verba, sustínuit patiénter, et ait: Si bona suscépimus de manu Dómini, mala autem quare non sustineámus? In ómnibus his non peccávit Job lábiis suis, neque stultum áliquid contra Deum locútus est.
Sabbato ante Dominicam ii. Septembris.
Ad Magnificat, Antiph. In ómnibus his * non peccávit Job lábiis suis, neque stultum áliquid contra Deum locútus est.
Sabbato ante Dominicam iii. Septembris.
Ad Magnificat, Antiph. Ne reminiscáris, * Dómine, delícta mea, vel paréntum meórum: neque vindíctam sumas de peccátis meis.
Feria iv. Quatuor Temporum Septembris.
Ad Benedictus, Antiph. Hoc genus * dæmoniórum in nullo potest exíre, nisi in oratióne et jejúnio.
Dein. dicuntur Prec. ut in Psalt. 90.

Oratio.

Misericórdiæ tuæ re-médiis, quæsumus Dómine, fragílitas nostra subsístat: ut quæ sua conditióne attéritur, tua cleméntia reparétur. Per Dóminum.

Et dicitur per Horas diei tantum.

Ad Vesp. si fit de Fer. dicuntur. Prec. ferial. 197 cum Orat. Dominicæ præced.

Feria vi. Quatuor Temporum.

Ad Benedictus, Antiph. Múlier, * quæ erat in civitáte peccàtrix, stans retro secus pedes Dómini, lácrymis cœpit rigáre pedes ejus, et capíllis cápitis sui tergébat, et deosculabátur pedes ejus, et unguénto ungébat.

Deinde dicuntur Preces, ut in Psalt. 90.

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut observatiónes sacras ánnua devotióne recoléntes, et córpore tibi placeámus, et mente. Per Dóminum.

Et dicitur per Horas diei tantum.

In Vesp., nisi fiat de Festo ix. Lect. dicunt. Preces ferial., 197. et Oratio. Dom. præced.

SABBATO

Quatuor Temporum.

Ad Benedictus, Antiph. Illumináre, Dómine, * iis, qui in ténebris sedent, et dírige pedes nostros in viam pacis, Deus Israel.

Deinde dicuntur Preces ut in Psalt. 90.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui per continéntiam salutárem corpóribus medéris, et méntibus: majestátem tuam súpplices exorámus; ut pia jejunántium deprecatióne placátus et præséntia nobis subsídia tríbuas, et futúra. Per Dñm.

Et dicitur per Horas diei tantum.

Sabbato ante Domínicam iv. Septembris.

Ad Magnificat, Antiph. Adónai, * Dómine Deus magne, et mirábilis, qui dedísti salutem in manu fœminæ, exáudi preces servórum tuórum.

Sabbato ante Dominicam v. Septembris.

Ad Magnificat, Antiph. Dómine Rex * omnípotens, in ditióne tua cuncta sunt pósita, et non est, qui possit tuæ resístere voluntáti.

SABBATO
ante Dominicam
i. Octobris.

Ad Magnificat, Antiph. Adapériat Dóminus * cor vestrũ in lege sua, et in præcéptis suis, et fáciat pacem Dóminus Deus noster.

Sabbato ante Dominicam ii. Octobris.

Ad Magnificat, Antiph. Refúlsit sol * in clypeos áureos, et resplenduérunt montes ab eis, et fortitúdo Géntium dissipáta est.

Sabbato ante Dominicam iii. Octobris.

Ad Magnificat, Antiph. Lugébat * autem Judam Israel planctu magno, et dicébat: Quómodo cecidísti potens in prælio, qui salvum faciébas pópulum Dómini?

Sabbato ante Dominicam iv. Octobris.

Ad Magnificat, Antiph. Exáudiat Dóminus * oratiónes vestras, et reconciliétur vobis, nec vos déserat in témpore malo Dñus Deus noster.

Sabbato ante Dominicam v. Octobris, nisi sit dimittenda, quia hæc proximior sit Kal. Novembris.

Ad Magnificàt, Antiph. Tua est poténtia * tuum regnum, Dómine, tu es super omnes Gentes: da pacem, Dómine, in diébus nostris.

SABBATO
ante Dominicam
i. Novembris.

Ad Magnificat, Antiph. Vidi Dóminum * sedéntem super sólium excélsum, et plena erat

omnis terra majestáte ejus: et ea, quæ sub ipso erant, replébant templum.

Sabbato ante Dominicam ii. Novembris.

Ad Magnificat, Antiph.

Aspice, Dómine, * quia facta est desoláta cívitas plena divítiis: sedet in tristítia dómina Géntium: non est, qui consolétur eam, nisi tu Deus noster.

Si November habeat tantum quatuor Dominicas, tunc Sabbato ante Dominicam ii. ad Magnificat dicetur Ant. Muro tuo, ut infra: et duobus seq. Sabb. dicantur seq. Antiph.

Sabbato ante Dominicam iii. Novembris.

Ad Magnificat, Antiph.

Muro tuo * inexpugnábili circumcínge nos, Dómine, et armis tuæ poténtiæ prótege nos semper.

Sabbato ante Dominicam iv. Novembris.

Ad Magnificat, Antiph.

Qui cœlórum * cóntines thronum, et abyssos intuéris, Dómine, Rex regum, montes pónderas, terram palmo conclúdis: exáudi nos, Dómine, in gemítibus nostris.

Sabbato ante Dominicam v. Novembris.

Ad Magnificat, Antiph.

Super muros tuos, * Jerúsalem, constítui custódes: tota die, et nocte non tacébunt laudáre nomen Dómini.

Sabbato post ultimam Dominicam Novembr.

Ad Vesp. Ant. cum Psal. de Psalt. 215. Cap. Hym. ℣. Ant. ad Magnif., et Orat. ut in Sabb. ante Dom. prim. Adven. 235.

ORATIONES ET ANTIPHONÆ

IN DOMINICIS

Per ordinem dispositae, a tertia post Pent. usque ad Adventum.

DOMINICA III.
post Pentecosten.

Oratio.

Protéctor in te sperántium Deus, sine quo nihil est válidum, nihil sanctum: multíplica super nos misericórdiam tuam; ut, te rectóre, te duce, sic transeámus per bona temporália, ut non amittámus ætérna. Per Dóminum.

Ad Benedictus, Antiph. Quis ex vobis * homo, qui habet centum oves, et si perdíderit unam ex illis, nonne dimíttit nonagínta novem in desérto, et vadit ad illam, quæ períerat, donec invéniat eam? allelúja.

Ad Magnificat, Antiph. Quæ múlier * habens drachmas decem, et si perdíderit drachmam unam, nonne accéndit lucérnam, et evérrit domum, et quærit diligénter, donec invéniat?

DOMINICA IV.
post Pentecosten.

Oratio.

Da nobis, quæsumus, Dómine, ut et mundi cursus pacífice nobis tuo órdine dirigátur, et Ecclésia tua tranquílla devotióne lætétur. Per Dñum.

Ad Benedictus, Antiph. Ascéndens Jesus * in navim, et sedens docébat turbas, allelúja.

Ad Magnificat, Antiph. Præcéptor, * per totam noctem laborántes nihil cépimus: in verbo autem tuo laxábo rete.

DOMINICA V.
post Pentecosten.
Oratio.

Deus, qui diligéntibus te bona invisibília præparásti: infúnde córdibus nostris tui amóris affectum; ut te in ómnibus, et super ómnia diligéntes, promissiónes tuas quæ omne desidérium súperant, consequámur. Per Dom.

Ad Benedictus, Antiph. Audístis, * quia dictum est antiquis: Non occídes: qui autem occíderit, reus erit judício.

Ad Magnificat, Antiph. Si offers * munus tuum ad altáre, et recordátus fúeris, quia frater tuus habet áliquid advérsus te, relínque ibi munus tuum ante altáre, et vade prius reconciliári fratri tuo: et tunc véniens ófferes munus tuum, allelúja.

DOMINICA VI.
post Pentecosten.
Oratio.

Deus virtútum, cujus est totum, quod est óptimum: ínsere pectóribus nostris amórem tui nóminis, et præsta in nobis religiónis augméntum; ut quæ sunt bona nútrias, ac pietátis stúdio, quæ sunt nutrita, custódias. Per Dóminum.

Ad Magnificat, Antiph. Cum turba multa * esset cum Jesu, nec habérent, quod manducárent, convocátis discípulis, ait illis: Miséreor super turbam; quia ecce jam tríduo sústinent me, nec habent, quod mandúcent, allelúja.

Ad Magnificat, Antiph. Miséreor * super turbam, quia ecce jam tríduo sústinent me, nec habent, quod mandúcent: et, si dimísero eos jejúnos, defícient in via, allelúja.

DOMINICA VII.
post Pentecosten.
Oratio.

Deus, cujus providéntia in sui dispositióne non fállitur: te súpplices exorámus; ut

nóxia cuncta submóveas, et ómnia nobis profutúra concédas. Per Dóminum.

Ad Benedictus, Antiph. Atténdite * a falsis prophétis, qui véniunt ad vos in vestiméntis óvium, intrínsecus autem sunt lupi rapáces: a frúctibus eórum cognoscétis eos, allelúja.

Ad Magnificat, Antiph. Non potest arbor bona * fructus malos fácere, nec arbor mala fructus bonos fácere: omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidétur, et in ignem mittétur, allelúja.

DOMINICA VIII.
post Pentecosten.
Oratio.

Largíre nobis, quæsumus Dómine, semper spíritum cogitándi quæ recta sunt, propítius et agéndi: ut qui sine te esse non póssumus, secúndum te vívere valeámus. Per Dóminum.

Ad Benedictus, Antiph. Ait dóminus villico: * Quid hoc áudio de te? redde ratiónem villicatiónis tuæ, allelúja.

Ad Magnificat, Antiph. Quid fáciam, * quia dóminus meus áufert a me villicatiónem? fódere non váleo, mendicáre erubésco: scio quid fáciam, ut, cum amótus fúero a villicatióne, recípiant me in domus suas.

DOMINICA IX.
post Pentecosten.
Oratio.

Páteant aures misericórdiæ tuæ, Dómine, précibus supplicántium: et ut peténtibus desideráta concédas, fac eos, quæ tibi sunt plácita, postuláre. Per Dóminum.

Ad Benedictus, Antiph. Cum appropinquáret * Dóminus Jerúsalem, videns civitátem, flevit super illam, et dixit: Quia si cognovísses et tu; quia vénient dies in te, et circúmdabunt

te inimíci tui vallo, et circúmdabunt te, coangustábunt te úndique, et ad terram prostérnent te: eo quod non cognovísti tempus visitatiónis tuæ, allelúja.

Ad Magnificat, Antiph. Scriptum est * enim: Quia domus mea, domus oratiónis est cunctis Géntibus: vos autem fecístis illam spelúncam latrónum: et erat quotídie docens in templo.

DOMINICA X.
post Pentecosten.
Oratio.

Deus, qui omnipoténtiam tuam parcéndo maxime, et miserándo maniféstas: multíplica super nos misericórdiam tuam; ut ad tua promíssa curréntes, cœléstium bonórum fácias esse consórtes. Per Dóminum.

Ad Benedictus, Antiph. Stans a longe * publicánus, nolébat óculos ad cœlum leváre, sed percutiébat pectus suũ, dicens: Deus, propítius esto mihi peccatóri.

Ad Magnificat, Antiph. Descéndit * hic justificátus in domum suam ab illo: quia omnis, qui se exáltat, humiliábitur: et qui se humíliat, exaltábitur.

DOMINICA XI.
post Pentecosten.
Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui abundántia pietátis tuæ et mérita súpplicum excédis, et vota: effúnde super nos misericórdiam tuam; ut dimíttas, quæ consciéntia métuit, et adjícias quod orátio non præsúmit. Per Dominum.

Ad Benedictus, Antiph. Cum transísset Dóminus * fines Tyri, surdos fecit audíre, et mutos loqui.

Ad Magnificat, Antiph. Bene ómnia fecit, * et surdos fecit audíre, et mutos loqui.

DOMINICA XII.
post Pentecosten.
Oratio.

Omnípotens, et misé-ricors Deus, de cujus múnere venit, ut tibi a fidélibus tuis digne, et laudabíliter serviátur : tríbue, quæsumus nobis; ut ad promissiónes tuas sine offensióne currámus. Per Dómin.

Ad Benedictus, Antiph. Magíster, * quid faciéndo vitam ætérnam possidébo? At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est? quómodo legis? Díliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo, allelúja.

Ad Magnificat, Antiph. Homo quidam * descendébat ab Jerúsalem in Jéricho, et íncidit in latrónes: qui étiam despoliavérunt eum, et plagis impósitis abiérunt, semivivo relícto.

DOMINICA XIII.
post Pentecosten.
Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, da nobis fídei, spei, et charitátis augméntum : et ut mereámur ássequi, quod promíttis, fac nos amáre, quod præcipis. Per Dóminum.

Ad Benedictus, Antiph. Cum transíret Jesus * quoddam castéllum, occurrérunt ei decem viri leprósi: qui stetérunt a longe, et levavérunt vocem, dicéntes: Jesu præcéptor, miserére nostri.

Ad Magnificat, Antiph. Unus autem ex illis, * ut vidit quod mundátus est, regréssus est cum magna voce magníficans Deum, allelúja.

DOMINICA XIV.
post Pentecosten.
Oratio.

Custódi, Dómine quæsumus, Ecclésiam tuā propitiatióne perpétua: et quia sine te lábitur humána mortálitas, tuis semper auxíliis et abstrahátur a nóxiis, et ad salutária dirigátur. Per Dóminum.

Ad Benedictus, Antiph. Nolíte solíciti esse, * dicéntes: Quid manducábimus, aut quid bibémus? Scit enim Pater vester, quid vobis necésse sit, allelúja.

Ad Magnificat, Antiph. Quærite primum * regnum Dei, et justítiam ejus, et hæc ómnia adjiciéntur vobis, all.

DOMINICA XV.
post Pentecosten.

Oratio.

Ecclésiam tuam, Dómine, miserátio continuáta mundet, et múniat: et quia sine te non potest salva consístere, tuo semper múnere gubernétur. Per Dóminum.

Ad Benedictus, Antiph. Ibat Jesus * in civitátem, quæ vocátur Naim: et ecce defúnctus efferebátur filius únicus matris suæ.

Ad Magnificat, Antiph. Prophéta magnus * surréxit in nobis, et quia Deus visitávit plebem suam.

DOMINICA XVI.
post Pentecosten.

Oratio.

Tua nos, quæsumus Dñe, grátia semper et prævéniat, et sequátur: ac bonis opéribus júgiter præstet esse inténtos. Per Dñum.

Ad Benedictus, Antiph. Cum intráret Jesus * in domũ cujúsdam príncipis Pharisæórum sábbato manducáre panẽ: ecce homo quidam hydrópicus erat ante illum: ipse vero apprehénsum sanávit eũ, ac dimísit.

Ad Magnificat, Antiph. Cum vocátus fúeris * ad núptias, recúmbe in novíssimo loco; ut dicat tibi, qui te invitávit: Amíce, ascénde supérius: et erit tibi glória coram simul discumbéntibus, allelúja.

DOMINICA XVII.
post Pentecosten.

Oratio.

Da, quæsumus Dómine, pópulo tuo diabólica vitáre contágia:

et te solum Deum pura mente sectári. Per Dóminum.

Ad Benedictus, Antiph. Magíster, * quod est mandátum magnum in lege? Ait illi Jesus: Díliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo, allelúja.

Ad Magnificat, Antiph. Quid vobis vidétur * de Christo? cujus fílius est? Dicunt ei omnes: David. Dicit eis Jesus: Quómodo David in spíritu vocat eum Dóminum dicens: Dixit Dóminus Dómino meo, sede a dextris meis?

DOMINICA XVIII.

post Pentecosten.

Oratio.

Dírigat corda nostra, quæsumus Dómine, tuæ miseratiónis operátio: quia tibi sine te placére non póssumus. Per Dóminum.

Ad Benedictus, Antiph. Dixit Dóminus * paralytico: Confíde fili, remittúntur tibi peccáta tua.

Ad Magnificat, Antiph. Tulit ergo paralyticus* lectum suum, in quo jacébat, magníficans Deum: et omnis plebs, ut vidit, dedit láudem Deo.

DOMINICA XIX.

post Pentecosten.

Oratio.

Omnípotens, et miséricors Deus, univérsa nobis adversántia propitiátus exclúde: ut mente, et córpore páriter expedíti, quæ tua sunt, líberis méntibus exequámur. Per Dóminum.

Ad Benedictus, Antiph. Dícite invitátis: * Ecce prándium meum parávi, venite ad núptias, allelúja.

Ad Magnificat, Antiph. Intrávit autem Rex, * ut vidéret discumbéntes: et vidit ibi hóminem non vestítum veste nuptiáli, et ait illi: Amíce, quómodo huc intrásti, non habens vestem nuptiálem?

DOMINICA XX.
post Pentecosten.
Oratio.

Largíre, quæsumus Dómine, fidélibus tuis indulgéntiam placátus, et pacem: ut páriter ab ómnibus mundéntur offénsis, et secúra tibi mente desérviant. Per Dóminum.

Ad Benedictus, Antiph. Erat quidam Régulus,* cujus filius infirmabátur Capharnaum: hic cum audísset, quod Jesus veníret in Galilæam, rogábat eum, ut sanáret filium ejus.

Ad Magnificat, Antiph. Cognóvit autem pater,* quia illa hora erat, in qua dixit Jesus: Fílius tuus vivit; et crédidit ipse, et domus ejus tota.

DOMINICA XXI.
post Pentecosten.
Oratio.

Famíliam tuã, quæsumus Dómine, contínua pietáte custódi: ut a cunctis adversitátibus, te protegénte, sit líbera, et in bonis áctibus tuo nómini sit devóta. Per Dóminum.

Ad Benedictus, Antiph. Dixit autem Dóminus* servo: Redde quod debes. Prócidens autem servus ille rogábat eũ, dicens: Patiéntiam habe in me, et ómnia reddam tibi.

Ad Magnificat, Antiph. Serve nequam,* omne débitum dimísi tibi, quóniam rogásti me: nonne ergo opórtuit et te miseréri consérvi tui, sicut et ego tui misértus sum? allelúja.

DOMINICA XXII.
post Pentecosten.
Oratio.

Deus, refúgium nostrum et virtus: adésto piis Ecclésiæ tuæ précibus, auctor ipse pietátis, et præsta; ut quod fidéliter pétimus, efficáciter consequámur. Per Dóminũ.

Ad Benedictus, Antiph. Magíster,* scimus quia verax es, et viam Dei in veritáte doces, allel.

Ad Magnificat, Antiph. **Réddite ergo, * quæ sunt Cæsaris, Cæsari: et quæ sunt Dei, Deo, allelúja.**

Si sequens Domin. fuerit ult. post Pent. ejus loco ponitur xxiv. ut infra: et Offic. hujus Dom. ponit. in Sabb. præced., non impedito Festo ix. Lect.: alioquin Fer. vi. vel alia similit. non impedita.

DOMINICA XXIII.
post Pentecosten.

Oratio.

Absólve, quæsumus Dómine, tuórum delícta populórum: ut a peccatórum néxibus, quæ pro nostra fragilitáte contráximus, tua benignitáte liberémur. Per Dóminum.

Ad Benedictus, Antiph. **Dicébat enim intra se: * Si tetígero fímbriam vestiménti ejus tantum, salva ero.**

Ad Magnificat, Antiph. **At Jesus convérsus, et videns eam, dixit: Confide, fília, fides tua te salvam fecit, allelúja.**

DOMINICA XXIV.
ultima post Pentecost.

Oratio.

Excita, quæsumus Dómine, tuórum fidélium voluntátes: ut divíni óperis fructum propénsius exequéntes, pietátis tuæ remédia majóra percípiant. Per Dóminum.

Ad Benedictus, Antiph. **Cum vidéritis abominatiónem* desolatiónis, quæ dicta est a Daniéle Prophéta, stantem in loco sancto, qui legit, intélligat.**

Ad Magnificat, Antiph. **Amen dico vobis,* quia non præteríbit generátio hæc, donec ómnia fiant: cœlum et terra transíbunt, verba autẽ mea non transíbunt, dicit Dóminus.**



PROPRIUM

SANCTORUM

FESTA NOVEMBRIS

DIE XXIX. NOVEM.
OMNIUM SANCTORUM TRIUM ORD. S. P. N. FRANCISCI

Duplex ii. Classis.

Omnia ut in die i. Novembris præter sequentia.

In utrisque Vesperis et ad Matutinum.

Hymnus

Placáre, Christe, sérvulis,
Quibus Patris cleméntiam
Tuæ adTribúnal grátiæ
PatrónaVirgo póstulat.
Vos purpuráti Mártyres,
Vos candidáti præmio
Confessiónis éxules,
Vocáte nos in pátriam.
Choréa casta Vírginum,
Et quos erémus íncolas
Transmísit astris, Cœlitum
Locáte nos in sédibus.
Auférte gentem pérfidam
Credéntium de finibus,
Ut unus omnes únicum
Ovíle nos Pastor regat.
Deo Patri sit glória,
Natóque Patris único,
Sancto simul Paráclito,
In sempitérna sæcula.
Amen.

In Vesperis et in Laudibus.

℣. Oráte pro nobis omnes Sancti Ordinis Minórum.
℟. Ut digni etc.

Ad Magnificat. Antiph. Triumphántium Mártyrum victor exér itus,

sanctórum Confessórum sacer convéntus, beatórum Fratrum nóbilis cœtus, Vírgines Dómini, sanctæque Mulíeres, et Seráphici Minórum institúti caltóres omnes, intercédite pro nobis, allelúja.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui Ecclésiam tuam váriis Sanctórum splendóribus semper illústras, prótegis, atque consérvas: concéde propítius; ut beáti Francísci, et Sanctórum Filiórum ejus, quorum ómnium mérita nos sub una tribuísti celebritáte venerári, précibus; et hic ab ómnibus mundémur offénsis, et in futúro glória perfruámur ætérna. Per Dóminum.

Et fit comm. S. Jacobi, Antiphona Hic vir. ℣. Justum 28.*

Oratio. Deus, qui ad animárum.

Deinde Feriæ tant. si venerit in Adventu.

Ad Laudes. Hymnus.

Salútis ætérnæ Dator,
Jesu, redémptis súbveni:
Virgo Parens cleméntiæ,
Dona salútem sérvulis.

Cohors triúmphans Mártyrum,
Almus sacerdótum Chorus,
Et virginális cástitas
Nostros reátus áblu-ant.

Quicúmque in alta síderum
Regnátis áula Príncipes,
Favéte votis súpplicum,
Qui dona cœli flágitant.

Virtus, honor, laus, glória
Deo Patri cum Fílio,
Sancto simul Paráclito,
In sæculórum sæcula. Amen.

℣. Oráte pro nobis, ut in Vesp.

Ad Benedictus, Antiph. Te candidatus Mártyrum exércitus: Te gloriósus Pontíficum cho-

rus: Te beátus Conféssórum cœtus: Te laudábilis Minórum númerus: Te omnes Sancti, et elécti voce confiténtur unánimes, beáta Trínitas, Unus Deus.
Orat. Omnípotens, 417.
Dein. si fuerit in Adv. fit comm. Feriæ.
Si vero non fuerit in Adv. fit comm. Vig. S. Andreæ Ap. cum Ant. et ℣. de Fer. occurr. ut ante Psalter. pagina hoc ¶¶ signo habente.

Oratio.

Quæsumus omnípotens Deus: ut beátus Andréas Apóstolus, cujus prævenímus festivitátem, tuum pro nobis implóret auxílium; ut a nostris reátibus absolúti, a cunctis étiam perículis eruámur.
Postea fit commem. S. Saturnini Mart. Ant. Qui odit. ℣ Justus. 12*.

Oratio.

Deus, qui nos beáti Saturníni Mártyris tui concédis natalítio pérfrui: ejus nos tríbue méritis adjuvári. Per Dóminum.
Ad Primam, ad Absol. Capit. Hi sunt. ut infr. ad Nonam.
Ad Tertiam, Antiph. Et senióres.
Cap. Ecce ego Joánnes. ℟. br. Lætamini. ℣. Exúltent. de Comm. plur. Mart. 20*
Ad Sextam, Antiphona Redemísti nos.
Capitul. Apoc. 7. 4.
Et audívi númerũ signatórum, centum quadragínta quátuor míllia signáti ex omni tribu filiórum Israel.
℟. br. Exúltent.
℣. Justi autem. 20*
Ad Nonam, Ant Hymnus ómnibus Sanctis ejus.
Capitul. Apoc. 7. 14.
Hi sunt, qui venérunt de tribulatióne magna, et lavérunt stolas suas, et dealbavérunt eas in sánguine Agni.
℟. br. Justi autem.
℣. Exultábunt 20*.
Vesperæ de S. Andrea

Apost. cum commem. Omn. Sanct. nisi transferatur, et Fer. si fuerit in Adventu.
Si vero alterum eorum transferatur, tunc in ii. Vesp. Omn. Sanctor.
Ant. Vidi turbam magnam, ut in Laud.
Psal. Dixit Dóminus. 189.
et loco ult. Psal. Crédidi. 194.
Capit. Hymn., et ℣. ut in i. Vesp. 416.
Ad Magnificat, Antiph. O quam gloriósum est regnum, in quo cum Christo gáudent omnes Sancti, amícti stolis albis, sequúntur Agnum quocúmque íerit.
Oratio ut supra. 417.

DIE XXX. NOVEMB.
S. ANDREÆ APOSTOLI
Dupl. ii. classis.

In i. Vesperis, Antiph. Salve crux pretiósa. cum rel. de Laudibus.
Psalm. Dixit Dóminus, cum reliq. de Dominica 189. et loco ult. Psal. Laudáte Dóminum omnes Gentes 195.

Capit. Rom. 10. 10.
Fratres, Corde enim créditur ad justítiam, ore autem conféssio fit ad salútem. Dicit enim Scriptúra: Omnis qui credit in illum, non confundétur.
Hymn. Exúltet orbis.
℣. In omnem terram, ut in Communi Apostolorum. 1*
Ad Magnificat, Antiph. Unus ex duóbus, qui secúti sunt Dóminum, erat Andréas frater Simónis Petri, allelúja.

Oratio.

Majestátem tuam, Dómine, supplíciter exorámus: ut sicut Ecclésiæ tuæ beátus Andréas Apóstolus éxtitit prædicátor, et rector; ita apud te sit pro nobis perpétuus intercéssor. Per Dominum.
Comm. Omn. Sanctor. Ant. O quám gloriósum. ℣. et Or. ut in i. Vesp. Deinde Feriæ, si fuerit in Advent.

—

Ad Laud. et per Horas. Antiphona.

Salve crux pretiósa, * súscipe discípulum ejus, qui pepéndit in te magíster meus Christus.

Psal. Dóminus regnávit, cum réliquis. 26.

Ant. Beátus Andréas * orábat, dicens: Dómine Rex ætérnæ glóriæ, súscipe me pendéntem in patíbulo.

Ant. Andréas Christi fámulus, * dignus Dei Apóstolus, germánus Petri, et in passióne sócius.

Ant. Maximílla * Christo amábilis, tulit corpus Apóstoli, óptimo loco cum aromátibus sepelívit.

Ant. Qui persequebántur justum, * demersísti eos, Dómine, in inférno, et in ligno crucis dux justi fuisti.

Capit. Fratres, Corde.
Hymnus Exúltet. 1 *
℣. Annuntiavérunt. 2. *

Ad Benedictus, Antiph. Concéde nobis hóminem justum, redde nobis * hóminem sanctum, ne interfícias hóminem Deo charum, justum, mansuétum, et pium.

Oratio. Majestátem.

Deinde fit comm. Feriæ, si venerit in Adv.

Ad Tertiam. Antiph. Beátus Andréas.

Capit. Fratres, Corde.
℟. br. In omnem terrã.
℣. Constítues eos. 3*

Ad Sextam, Antiph. Andréas Christi fámulus.

Capit. Rom. 10. 12.

Non enim est distínctio Judæi, et Græci: nam idem Dóminus ómnium, dives in omnes, qui invocant illum. Omnis enim, quicúmque invocáverit nomen Dñi, salvus erit.

℟. br. Constítues eos.
℣. Nimis honoráti. 3*

Ad Nonam, Antiphona. Qui persequebántur justum.

Capitul. Rom. 10. 16.

Isaías enim dicit: Dómine, quis crédidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu, auditus

autem per verbū Christi. Sed dico: Numquid non audiérunt? Et quidem in omnem terram exívit sonus eórum, et in fines orbis terræ verba eórum.

℟. br. Nimis honoráti. ℣. Annuntiavérunt. 3*

In ii. Vesperis, Antiph. Salve crux pretiósa, cum rel. de Laudibus. Psal. Dixit Dóminus. cum rel. ut in ii. Vesp. de Communi Apostol. 3* Capit. Fratres, Corde. Hym. Exúltet orbis. 1* ℣. Annuntiavérunt. 7*

Ad Magnificat, Antiph. Cum pervenísset beátus Andréas ad locum, ubi crux paráta erat, exclamávit, et dixit: O bona Crux, diu desideráta, et jam concupiscénti ánimo præparáta: secúrus et gáudens vénio ad te, ita et tu exúltans suscípias me discípulum ejus, qui pepéndit in te.

Oratio. Majestátem. Deinde fit comm. Feriæ, si venerit in Adv. Post Benedicámus Dómino, (si sequens dies pro Officio nostro generalissimo non sit impedita) dicuntur statim Vesp. Defunct. et hora consueta Matutin. integrum cum Laud. pro Defunct. Fratr. et Soror. etc. ut in Brev. notatur, sine Ps. Lauda in Vesp. et sine De Profundis in fine Laud. Quod Offic. celebrandum est ritu dupl. cum Orat. Deus véniæ largítor. In fine autem dicitur

℣. Animæ eórum, et Animæ ómnium etc. nisi statim sequatur Missa, juxta Rubric.

FESTA DECEMB.

Ante Advent. prima die non impedita dic. Off. Defunct.

DIE II. DECEMBRIS
S. BIBIANÆ Virg. et Martyris.

Semid. Oratio.

Deus ómnium largítor bonórum, qui in fámula tua Bibiána cum virginitátis flore

martyrii palmam conjunxísti: mentes nostras ejus intercessióne tibi charitáte conjúnge; ut amótis perículis, præmia consequámur ætérna. Per Dóminum.

Et fit comm. Feriæ etiam in Laud. si venerit in Adventu.

Vesp. de sequent. cum comm. præced. et Fer.

DIE III. DECEMBRIS

S. FRANCISCI XAVERII Confessoris.

Duplex. Oratio.

Deus, qui Indiárum Gentes beáti Francísci prædicatióne, et miráculis Ecclésiæ tuæ aggregáre voluísti: concéde propítius; ut cujus gloriósa mérita venerámur, virtútum quoque imitémur exémpla. Per Dóminum.

Deinde fit comm. S. Bibianæ, Añ. Veni sponsa. ℣. Diffúsa est. 32*

Orat. Deus ómnium, Et Fer. etiam in Laud.

In ii. Vesp. fit a Capit. de seq. cum commem. præced. et Feriæ, ac S. Barbaræ Virginis et Martyris.

DIE IV. DECEMBRIS

S. PETRI CRYSOLOGI Ep. Conf. et Eccl. Doct.

Duplex.

In Hymn. Méruit suprémos.

Ad Magnificat, Antiph. O Doctor... beáte Petre Chrysóloge. Oratio.

Deus, qui beátum Petrum Chrysólogum Doctórem egrégium divínitus præmonstrátum, ad regéndam, et instruéndam Ecclésiam tuam éligi voluísti: præsta quæsumus: ut quem Doctórem vitæ habúimus in terris, intercessórem habére mereámur in cœlis. Per Dóminum.

Pro commem. S. Francísci Xaverii. Ant. Hic vir. ℣. Justum 28*

Oratio. Deus qui Indiárum, ut supra.

Deinde fit comm. Feriæ, ac S. Barbaræ Virg. et Mart. Ant. Veni sponsa ℣. Spécie tua.

Oratio. Deus, qui inter cétera. 29.*
In Laud. fit commem. Feriæ, ac S. Bárbaræ Virg. et Mart. Ant. Símile est. ℣. Diffúsa. 31*
Oratio ut supra.
In secundis Vesperis fit comm. seq. si de ea fit Officium, et Feriæ, ac S. Sabbæ Abbatis.
Ant. Similábo.
℣. Amávit eum.
Oratio. Intercéssio. 26*

DIE V. DECEMBRIS
B. ELISABETH BONAE Virg. iii. Ord.
Semid. ad libitum
Oratio.

Crescat, Dómine, in nobis Passiónis unigéniti Filii tui afféctus, et Beátæ Elísabeth Vírginis imitatióne, ejus memória in córdibus nostris júgiter augeátur. Per eúmdem Dom.
Comm. Fer. et S. Sabbæ Ab. in Laud. Ant. Euge. ℣. Justum. 27.*
Oratio. Intercéssio. 26.*
Vesperae de sequenti cum comm. præced. ubi de ea fit, et Feriæ.

DIE VI. DECEMBRIS
S. NICOLAI Ep. et Conf.
Duplex. Oratio.

Deus, qui beátum Nicoláum Pontíficem innúmeris decorásti miráculis: tríbue quæsumus; ut ejus méritis et précibus a gehénnæ incéndiis liberémur. Per Dóminum.
Deinde fit commem. B. Elisabeth, si de ea factum sit Of. et Fer. etiam in Laud.
Vesp. a Cap. de seq. comm. præced. et Feriæ.

DIE VII. DECEMBRIS.
S. AMBROSII Ep. Conf. et Eccl. Doct.
Duplex
In Hymn Méruit supr.
Ad Magnificat, Ant. O Doctor.. beáte Ambrósi.
Orat. Deus, qui pópulo tuo, ut in Commu. 25*
Deinde fit commu. S. Nicolai. Ant. Amávit. ℣. Justum 24.* Oratio ut supra. Postea Feriæ, etiam in Laudibus.
Vesper. de Immaculata Conceptione, cum commem. Feriæ tantū.

DIE VIII. DECEMBRIS

IN SOLEMNITATE

IMMACULATÆ CONCEPTIONIS

B. MARIÆ VIRGINIS

Ordinis nostri Seraphici, et totius Regni Neapolis Principalissimae Patronae

Duplex i. classis cum Octava.

IN I. VESPERIS

Antiphona

Sicut lílium inter spinas, sic amíca mea inter fílias Adæ.

Psal. Dixit Dóminus, cum reliq. ut in Festis B. M. V. per annum. 40*

Ant. Tota pulchra es, María, et mácula non est in te.

Ant. Tu glória Jerúsalem, tu lætítia Israel, tu honorificéntia pópuli nostri.

Ant. Vox enim tua dulcis, et fácies illa tua decóra nimis.

Ant. Quæ est ista, quæ ascéndit de desérto, delíciis áffluens, inníxa supra diléctum Fílium?

Capitul. Prov. 8. 17.

Ego diligéntes me, díligo: et qui mane vígilant ad me, invénient me. In viis justítiæ ámbulo, ut ditem diligéntes me. Qui operántur in me non peccábunt. Qui elúcidant me, vitam ætérnam habébunt.

Hym. Ave maris stella. 43*

℣. Immaculáta Concéptio est hódie sanctæ Maríæ Vírginis.

℟. Cujus innocéntia ín-



Conception B.M.V.

A. Festa edit — Dolfino figlio dis.

clyta cunctas lætificat devótas ánimas.

Sed per Annum.

℣. In Conceptióne tua, Virgo, Immaculáta fuísti.

℟. Ora pro nobis Patrem, cujus Filium peperísti.

Ad Magnificat, Antiph. Quam pulchri sunt gressus tui, filia príncipis! Collum tuum, sicut turris ebúrnea, óculi tui divíni, et comæ cápitis tui, sicut púrpura Regis. Quam pulchra es, et quam decóra, charíssima! allelúja.

Oratio.

Deus, qui per immaculátam Vírginis Conceptiónem dignum Filio tuo habitáculum præparásti: quæsumus; ut qui ex morte ejúsdē Filii sui prævísa, eam ab omni labe præservásti; nos quoque mundos, ejus intercessióne, ad te perveníre concédas, Per eúmdem Dóminum.

Et fit comm. Fer. occur.

Ad Completor. et per Hor. dicitur: Jesu tibi sit glória, Qui natus. etiam in festis, et Dominica infra Oct. occ. præterquā in Hymno, Ave maris stella. Quod semper serv. In Hymnis ejusd. metri, quando fit Offic. de B. M. V.

Ad Laudes, et per Hor.

Antiphona.

Domum tuam * decet sanctitúdo, Dómine, in longitúdinem diérum.

Psal. Dóminus regnávit, cum reliq. 26.

Ant. Hæc est domus Dómini * fírmiter ædificáta: bene fundáta est supra firmam petram.

Ant. Fundávit eam * Altíssimus, qui super mária fúndávit eam, et super flúmina præparávit illam.

Ant. Dóminus custódit te ab omni malo, María, custodívit ánimam tuam, intróitum tuum, et éxitum tuum in sæculum.

Ant. Flúminis ímpetus* lætíficat civitátem Dei, sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus.
Capit. Ego diligéntes.
Hymn. O glorióa.53.*
℣. Non accédet ad te malum.
℟. Neque flagéllum appropinquábit tabernáculo tuo.
Ad Benedictus, Antiph. Quam pulchra es, amíca mea, colúmba mea, immaculáta mea! et odor vestimentórum tuórum super ómnia arómata, allelúja.
Orátio. Deus qui per immaculátã, ut supra.
Et fit commem. Feriæ.
Ad Primam in ℟. br. ℣. Qui natus es. et sic dicitur per tot. Octav. etiam in festis, et Domínica infra eam occ.
Ad Tertiam, Antiph. Hæc est domus Dñi.
Capit. Ego diligéntes.
℟. br. Liberásti me Dómine, * Ex ore leónis. Liberásti.
℣. Et a córnibus unicórnium humilitátem meam. Ex ore.
Glória Patri. Liberásti.
℣. Eruísti a frámea, Deus, ánimam meam.
℟. Et manu canis únicam matrem meam.
Ad Sextam, Antiphona. Fundávit eam.
Capit. Ezec. 44. 2.
Porta hæc cláusa erit: non aperiétur, et vir non transíbit per eam, quóniam Dóminus Deus Israel ingréssus est per eam: erítque cláusa Príncipi. Princeps ipse sedébit in ea.
℟. br. Eruísti a frámea, * Deus, ánimam meam. Eruísti.
℣. Et de manu canis únicam matrem meam. Deus.
Glória Patri. Eruísti.
℣. Vere Dóminus est in loco sancto isto, et ego nesciébam.
℟. Non est hic áliud, nisi domus Dei, et porta cœli.
Ad Nonam, Antiphona. Flúminis ímpetus.

Capit. Prov. 8. 34. Beátus homo, qui áudit me, et qui vigilat ad fores meas quotídie, et obsérvat ad postes óstii mei. Qui me invénerit, invéniet vitam, et háuriet salútem a Dómino.

℟. br. Vere Dóminus est in loco sancto isto.* Et ego nesciébam. Vere Dóminus.

℣. Non est hic aliud, nisi domus Dei, et porta cœli. Et ego.

Glória Patri. Vere.

℣. Scalam vidit Jacob, cujus cacúmen cœlum tangébat.

℟. Angelos quoque descendéntes, qui eam lúmine replébant.

In ii. Vesperis. Ant.

Nihil est candóris, nihil est splendóris, nihil est virtútis, quod non resplendeat in Vírgine gloriósa.

Psalmi ut in Festis Beatæ Mariæ Virginis per annum. 40*

Ant. Quæ neque serpéntis persuasióne decépta, nec ejus venenósis afflátibus inféota est.

Ant. Hanc, quam tu déspicis, Manichæe, mater mea est, et de manu mea fabricáta.

Ant. Décuit Vírginem ea puritáte nitére, qua major sub Deo néquit intélligi.

Ant. Hæc est virga, in qua nec nodus originális, nec cortex actuális culpæ fuit.

Capit. Ego diligéntes.

Hymn. Ave maris stella. 43*

℣. Dómine, diléxi decórem domus tuæ.

℟. Et locum habitatiónis glóriæ tuæ.

Ad Magnificat, Antiph. Unica est colúmba mea, una est perfécta mea, una est genitrícis suæ elécta, vidérunt eam ánimæ sanctæ; et immaculátam prædicavérunt, allelúja.

Oratio ut supra.

Et fit commem. Feriæ.

—

DIE IX. DECEMBRIS.
SECUNDA INFRA OCT. IMMAC. CONCEPT.

In Laud. fit comm. Fer. Vesp. de sequenti cum commemorat. Feriæ ac S. Melchiadis Papæ, et Martyris.

DIE X. DECEMBRIS.
TRANSLATIONIS ALMAE DOMUS B. M. V.

Duplex majus.

In i. Vesperis, Antiph. Domum tuam, cum reliquis de Laud. ut infra. Psalm. Dixit Dóminus. cum reliquis ut in Fest. B. M. V. per annum. 40*

Capit. Eccli. 24. 11. In ómnibus réquiem quæsívi, et in hæreditáte Dómini morábor. Tunc præcépit, et dixit mihi Creátor ómnium: et qui creávit me, requiévit in tabernáculo meo.

Hym. Ave maris stella, 43*.

℣. Hæc est Domus Dómini firmiter ædificáta.

℟. Bene fundáta est supra firmam petram.

Ad Magnificat, Antiph. Sanctificávit Dóminus tabernáculum suum: quia hæc est Domus Dei, in qua invocábitur nomen ejus, de quo scriptum est: Et erit nomen meum ibi, dicit Dóminus.

Oratio.

Deus, qui beátæ Maríæ Vírginis Domum per incarnáti Verbi mystérium misericórditer consecrásti, eámque in sinu Ecclésiæ tuæ mirabíliter collocásti: concéde; ut segregáti a tabernáculis peccatórum, digni efficiámur habitatóres Domus sanctæ tuæ. Per eúmdem Dóminum.

Deinde fit comm. Fer. et S. Melchiadis Papæ, et Mart.

Antiph. Iste sanctus.

℣. Glória et honóre.

Orat. Infirmitátem. 11*

AD MATUTINUM.

Invit. Salvatórem mundi in Domo Vírginis de Spíritu sancto concéptum* Veníte adoremus.

Psal. Venite 2.
Hym. Cœléstis urbs Jerúsalem 35*.
Psalmi ut in festis B. M. V. per annum 45*.
Ad Laudes, et per Hor. Antiphona.

Domum tuam, * Dómine, decet sanctitúdo in longitúdine diérum.
Psal. Dóminus regnávit, cum reliq. 26.
Ant. Domus mea, * Domus orationis vocábitur: in ea omnis, qui petit, áccipit: et qui quærit, ínvenit: et pulsánti aperiétur.
Ant. Propter Domum Dómini * Dei nostri quæsivi bona tibi.
Ant. Dómine Deus, exaltásti super terram habitatiónem meam.
Ant. Domum majestátis meæ: * et locum pedum meórum glorificábo.
Capit. In ómnibus réquiem, ut supra.
Hym. Alto ex Olympi, prout in festo Dedicat. Ecclesiæ. 37*
℣. Introíbimus in tabernáculum ejus.
℟. Adorábimus in loco, ubi stetérunt pedes ejus.
Ad Benedictus, Antiph. Ecce tabernáculum Dei cum homínibus, et habitábit cum eis, et ipsi pópulus ejus erunt, et ipse Deus cum eis erit eórum Deus.
Orat. Deus qui beátæ, ut supra.
Et fit commem. Fer. ac S. Melchiadis Papæ, et Mart. Ant. Qui odit.
℣. Justus ut palma 12*
Oratio. Infirmitátem. 11*
Ad Primam in ℟. br. dicitur ℣. Qui natus.
Ad Tertiam, Antiph. Domus mea.
Capit. In ómnibus.
℟. br. Hic Domus Dei est, * Et porta cœli. Hic Domus.
℣. Et vocábitur áula Dei. Et porta.
Glória Patri. Hic.
℣. Dómine, diléxi decórem Domus tuæ.
℟. Et locum habitatiónis glóriæ tuæ.

Ad Sextam, Antiph. Propter Domū Dómini.

Capit. Eccli. 24. 15.

Et sic in Sion firmáta sum, et in civitáte sanctificáta simíliter requiévi, et in Jerúsalem potéstas mea. Et radicávi in pópulo honorificáto, et in parte Dei mei hæréditas illíus, et in plenitúdine sanctórū deténtio mea.

℟. br. Dómine, * Diléxi decórem Domus tuæ. Dómine.

℣. Et locum habitatiónis glóriæ tuæ. Diléxi. Glória. Dómine.

℣. Domum tuam, Dómine, decet sanctitúdo.

℟. In longitúdinē diérū.

Ad Nonam, Antiphona. Domum majestátis.

Capit. Eccli. 24. 19.

In platéis sicut cinnamómum et bálsamū aromatízans odórē dedi: quasi myrrha elécta dedi suavitátem odóris.

℟. br. Domum tuam, Dómine, * Decet sanctitúdo. Domum.

℣. In longitúdinē diérum. Decet. Glória Patri. Domum.

℣. Hic Domus Dei est, et porta cœli.

℟. Et vocábitur áula Dei.

In ii. Vesp. omnia ut in primis præter Añam seq.

Ad Magnificat, Antiph. O quam metuéndus est locus iste! Vere non est hic áliud, nisi Domus Dei, et porta cœli.

Et fit comm. seq. et Feriæ.

DIE XI. DECEMBRIS

S. DAMASI Papae et Confessoris.

Semiduplex.

Ant. Sacérdos, et Póntifex.

℣. Amávit. 22*

Oratio.

Exáudi Dómine, preces nostras: et interveniénte beáto Dámaso Confessóre tuo, atque Pontífice, indulgéntiam nóbis tríbue placátus, et pacem. Pe Dóminum.

Deinde fit comm. Fer.

In Laudibus fit commemoratio Octavæ. Ant. Quám pulchra es. ℣. Non accédet. Orat. de Festo; et Fer. Vesperæ de sequenti cum comm. præced. Oct. ac Feriæ.

DIE XII. DECEMBRIS INVENTIONIS CORPORIS S. P. N. FRANCISCI.

Dupl. majus.

Omnia ut in festo die iv. Octobris, præter ea, quæ sequuntur.

In i. Vesp. Antiphona. Franciscus vir. etc. Capit. Fratres, Mihi áutem absit gloriári.

Hymnus.

Quæ Patris ossa cóntinet
Petámus Urnam súpplices,
Illámque circum débita
Læti canámus cármina.

O divi amóris hóstia:
Christi æmulátor óptime,
Sanctíque templū Spíritus
Adésto nunc psalléntibus.

Pater Minórum páuperum,
Et forma pœniténtiæ,
Meménto, quod simus tui,
Quamvis inértes, filii.

Ne nos ab arce síderum,
Quæso, tuéri désinas,
Et quas ab ore fúndimus
Preces, benígnus éxcipe.

Beáta præsta Trínitas,
Concéde simplex Unitas
Nostri Paréntis árdua
Sequámur ut vestígia.
Amen.

℣. Ora pro nobis.

Ad Magnificat, Antiph. O stupor.

Oratio

Deus, qui pretiósum beáti Patris nostri Francísci Confessóris tui Corpus e ténebris in lucem proférri fecísti: da nobis, quæsumus; ut ejus intercessióne, e nocte peccatórum edú-

cti, gressus nostros in viam pacis, et justitiæ dirigámus. Per Dóminum.

Pro comm. S. Damasi.

Ant. Dum esset summus.

℣. Justum. 24*.

Oratio ut supra. 430.

Deinde fit comm. Oct.

Antiph. Unica est.

℣. Dómine diléxi. 427.

Oratio. Deus, qui per Immaculátam. 425.

Postea feriæ occurr.

AD MATUTINUM.

Hymnus.

Salve repértum máximo
Labóre Corpus inclyti
Patris, sibi quod stígmate
Confórme Christus réddidit.

Vano diu conámine
Te quæsiére filii;
Arsére frustra suávia
Libáre sacris óssibus.

Beáta præsta Trínitas,
Concéde simplex Unitas,
Nostri Paréntis árdua
Sequámur ut vestígia.
Amen.

Ad Laudes et per Horas,

Antiphona

Sanctus Franciscus præviis.

Capit. Mihi autem.

Hymnus.

Francísce, magnis súmptibus
Molis stupéndæ Ecclésia
Struétur ut det nóbilem
Tuo quiétem Córpori.

Frangétur et mons scrúpeus.
Post sena ferme sæcula
Consúrget, et circa tuū
Ædes sepúlchrum tértia.

Hic se geréntes múnera
Christi fidéles cónferent,
Et emicantes lámpade
Muros fovébunt ósculis.

Ditat Deus, qui páuperes,
Et præpoténtes déprimit,
Te munerári cénsuit
Ista benígnus glória.

Beata præsta Trinitas
Concéde simplex Unitas,

Nostri Paréntis árdua
Sequámur ut vestigia.
Amen.
℣. Ora pro nobis.
Ad Benedictus, Antiph.
O Martyr desidério.
Oratio. Deus, qui pretiósum.
Deinde fit comm. oct.
Ant. Quam pulchra es.
℣. Non accédet. 426.
Oratio ut supra 425.
Et Feriæ occurrentis.
Ad Horas, Ant. de Laud. Capit. et ℟℟. br. de die iv. Octobris.
In ii. Vesp. Ant. Sanctus Franciscus cum rel. de Laud. Psal. Capit. Hym. et ℣. ut in i. Vesp.
Ad Magnificat, Antiph.
O virum mirábilem.
Orat. ut supra. Deinde fit comm. S. Luciæ Ant.
In tua patiéntia, etc.
Octavæ 427. et feriae.

DIE XIII. DECEMBRIS.
S. LUCIAE Virg. et Mart.
• Duplex

Si hoc Fest. habeat i. Vesp. integras, tunc ad Vesperas, Antiph. Orante S. Lúcia, ut in Laud. Psalmi, Capitul., Hymn., et ℣. de Communi Virginum.
Ad Magnificat, Antiph.
In tua patiéntia possedísti ánimam tuam, Lúcia sponsa Christi: odísti quæ in mundo sunt, et coruscas cum Angelis: sánguine próprio inimícum vicísti.

Oratio.

Exáudi nos, Deus salutáris noster; ut sicut de beátæ Lúciæ Vírginis, et Mártyris tuæ festivitáte gaudémus: ita piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum.
Com. Oct. Añ. Unica est.
℣. Domine, diléxi. 427.
Oratio ut supra. 425.
Et Feriæ occurrentis.
Ad Laudes, et per Hor.

Antiphona.

Oránte sancta Lúcia,* appáruit ei beáta Agatha, et consolabátur ancíllam Christi.
Psalm. Dóminus regnávit, cum reliquis. 26.
Ant. Lúcia virgo,* quid a me petis, quod ipsa

póteris præstáre contínuo matri tuæ?
Ant. Per te, Lúcia virgo,* cívitas Syracusána decorábitur a Dómino Jesu Christo.
Ant. Benedico te Pater Dómini mei Jesu Christi, quia per Filium tuum ignis extínctus est a látere meo.
Ant. Soror mea Lúcia,* virgo Deo devóta, quid a me petis, quod ipsa póteris præstáre contínuo matri tuæ?
Capitul., Hymn., et ℣. de Comm. Virginū. 29*
Ad Benedictus, Antiph. Colúmna es immóbilis, Lúcia sponsa Christi: quia omnis plebs te expéctat, ut accípias corónam vitæ, allelúja.
Orat. Exáudi nos Deus.
Deinde fit commemoratio Octavæ. Antiphona Quam pulchra es.
℣. Non accédet. 426.
Oratio ut supra. 425.
Et Feriæ occurrentis.
Ad Horas, Antiph. de Laud.; Capitul., et ℟/℟. br. de eod. Comm. 31*.

In secundis Vesperis. Ant. Orante S. Lúcia, cum reliquis, ut supra. Psal., Capit., et Hymn. ut in i. Vesp. ℣. Diffúsa.
Ad Magnificat, Antiph. Tanto póndere eam fixit Spíritus sanctus, ut virgo Christi immóbilis permanéret.
Orat. Exáudi nos Deus.
Deinde fit comm. seq. Ant. Sacérdos, et Póntifex. ℣. Amávit.
Oratio. Da, quæsumus.
Octav. Ant. Unica est. ℣. Dómine diléxi. 427.
Oratio de Festo, 425.
Et Feriæ occurrentis.

DIE XIV. DECEMBRIS
S. GREGORII THAUMATURGI Ep. et Conf.
Semiduplex.

In Hymno. Méruit suprémos. Oratio.

Da, quæsumus omnípotens Deus: ut beáti Gregórii Confessóris tui atque Pontíficis veneránda solémnitas, et devotióne nobis áugeat, et salútem. Per Dóminum.
In Laud. fit comm. Oct.

Ant. Quam pulchra es.
℣. Non accédet. 426
Oratio de Festo. 425.
Deinde Feriæ.
Vesp. de Oct. Immac. Concept. B. M. V. ut in i. Vesperis Festi, cum comm. præced.
Ant. Amávit eum.
℣. Justum. 24*
Orat. Da,quæsumus,
Et Feriæ occurrentis.

DIE XV. DECEMBR.
OCTAVÆ IMMACULATÆ CONCEPTIONIS B. M. V.
Duplex.

Omnia ut in Festo.
In Laud. fit commem. Feriæ.
In ii. Vesp. omnia ut in i. Vesp. Festi, cum commem. S. Eusebii, et Feriæ occurr.

DIE XVI. DECEMBR.
S. EUSEBII Ep. Vercell., et Martyris.
Semiduplex.

Ant. Iste sanctus.
℣. Glória, et honóre.
Orat. Deus qui nos. 11*
Et fit commem. Feriæ, etiam in Laudibus.
Vesp. de seq. comm. præc. et feriæ.

DIE XVII. DECEMBR.
B. MARGARITÆ COLUMNÆ Virg. ii. Ord.
Duplex. Oratio.

Deus, qui Beatā Margaritam Vírginem tuo amóre succénsam in mundi contémptu mirábilē effecísti: ejus nobis intercessióne concéde; ut crucem júgiter feréntes, Tibi uni adhæreámus. Per Dom.
Et fit com. S. Eusebii,
Ant. Qui vult.
℣. Justus 13* Oratio ut supra. Postea feriæ.
Vesp. de seq. com. præc, et fer.

DIE XVIII. DECEMBR.
EXPECTAT. PARTUS B. M. V.
Duplex majus.
IN I. VESPERIS,

Ant. Missus est, cum reliq. de Laud.
Psalm. Dixit Dominus cum reliq. ut in Festis B. M. V. per annum 40.*
Capitul. Isaiæ 11.1.
Egrediétur virga de radice Jesse, et flos de radíce ejus ascéndet. Et requiéscet super

eum Spíritus Dómini.
Hymnus Creátor alme siderum 235. Et in fine omnium Hymnor. etiam Horarum dicitur:

Virtus, honor, laus, glória
Deo Patri cum Fílio,
Sancto simul Paráclito,
In sæculorum sæcula.
Amen.

℣. Ave María, grátia plena.
℟. Dóminus tecum.

Ad Magnificat, Antiph. Spíritus Sanctus in te descéndet María, ne tímeas, habébis in útero Fílium Dei, allel.

Oratio.

Deus, qui de Beátæ Maríæ Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscípere voluísti, præsta supplícibus tuis: ut qui vere eam Genitrícem Dei crédimus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per eumdem Dóminum.

Et fit com. B. Margaritæ. Ant Veni sponsa.
℣. Diffusa 32*.

Oratio ut supra.
Pro comm. fer. Ant. O.

AD MATUTINUM.

Invit Ave María, grátia plena: *Dñs tecum.
Psalm. Veníte 2.
Hymn Verbum supérnum. 236.
In iii. Noct. Psalmus Benedixísti 150.

Ad Laudes et per Horas Antiphona

Missus est *Gábriel Angelus ad Maríam Vírginem desponsátam Joseph.
Ps. Dóminus regnávit. cum reliquis. 26.

Ant. Ave María *grátia plena: Dñus tecum. Benedícta tu in muliéribus, allelúja.

Ant Ne tímeas, María,* invenísti grátiam apud Dóminum: ecce concípies, et páries Fílium, allelúja.

Ant Dabit ei Dóminus sedem David patris ejus, et regnábit in ætérnum.

Ant. Ecce ancílla Dómini, *fiat mihi secúndum verbum tuum.

Capitulum. Egrediétur.
Hymn. En clara. 237.
℣. Spíritus Sanctus supervéniet in te.
℟. Et virtus Altíssimi obumbrábit tibi.
Ad Benedictus, Antiph. Super sólium David, et super regnum ejus sedébit in ætérnum.
Orat. Deus, qui de Beatæ, ut supra.
Deinde fit commemoratio Feriæ.
Ad Primam in ℟. brevi dicitur ℣. Qui ventúrus es in mundum.
Ad Tertiam,
Ant. Ave María.
Capitul. Egrediétur.
℟. br. Tu exúrgens Dómine, * Miseréberis Sion. Tu exúrgens.
℣. Quia tempus miseréndi ejus, quia venit tempus. Miseréberis.
Glória. Tu exúrgens.
℣. Roráte cœli desuper, et nubes pluant justum.
℟. Aperiátur terra, et gérminet Salvatórem.
Ad Sextam,
Ant. Ne tímeas María.

Capitul. Isaiæ. 7. 14.
Ecce Vírgo concípiet, et páriet filium, et vocábitur nomen ejus Emmánuel. Butyrum et mel cómedet, ut sciat reprobáre malum et elígere bonum.
℟. br. Roráte cœli désuper, * Et nubes pluant justum. Roráte.
℣. Aperiátur terra, et gérminet Salvatórem. Et nubes.
Glória Patri. Roráte.
℣. Emítte Agnum, Dñe, Dominatórem terræ.
℟. De petra desérti ad montem filiæ Sion.
Ad Nonam, Antiph. Ecce ancílla Dómini.
Capitulum. Isaiæ 45. 8.
Roráte cœli désuper, et nubes pluant justum, aperiátur terra, et gérminet Salvatórem et justítia oriátur simul: Ego Dñus, creávi eum.
℟. br. Emítte Agnum, Domine, * Dominatórem terræ. Emítte.
℣. De petra desérti ad montem filiæ Sion. Dominatórem.

Glória Patri. Emítte.
℣. Spíritus Sanctus supervéniet in te.
℟. Et virtus Altíssimi obumbrábit tibi.
In ii. Vesp. omnia dícuntur ut in i., præter quintam antiphonam, cujus loco dicitur. Ant. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.
Psalm. Meménto Dómine David. 204.
Capit., Hymn., et ℣. ut in i. Vesperis.
Ad Magnificat. Antiph. O Virgo vírginum, quómodo fiet istud, quia nec primam símilem visa es, nec habére sequéntem? Filiæ Jerúsalem, quid me admirámini? Divínum est mystérium hoc, quod cérnitis. Oratio. Deus qui de Beatæ, ut supra.
Deinde fit comm. seq.
Et Feriæ Ant. O.

DIE XIX. DECEMBR.

B. CONRADI AB OPHYDA Conf. 1. Ord.

Duplex

In hym. Méruit suprémos.
Ant. Símilabo.
℣. Amávit. 26*.

Oratio.

Augeátur, quæsumus Dómine, in córdibus nostris sincéræ pietátis affectus; et præcláræ beati Conrádi Confessóris tui humilitátis, ac devotiónis exémpla nobis imitári, ejúsdem intercessióne, concéde. Per Dóminum.
Deinde fit comm. Feriæ occurrentis.
In ii. Vesp. fit comm. Feriae, Antiph O.

DIE XX. DECEMBRIS

VIGILIA S. THOMÆ.

Nihil fit de ea, nisi in Missa.

DIE XXI. DECEMBRIS

S. THOMÆ APOST.

Dupl. ii. Classis.

Ad Magnif. in utrisque Vesp., et ad Benedictus in Laud. Ant. Quia vidísti me, Thoma, credidísti: beati, qui non vidérunt, et credidérunt, allelúja.

Oratio.

Da nobis, quæsumus Dómine, beati Apó-

stoli tui Thomæ solemnitátibus gloriári: ut ejus semper et patrocíniis sublevémur, et fidem cóngrua devotióne sectémur. Per Dñm.
Deinde fit comm. Fer. Ant. O clavis. 248.
Nisi contingat festum transferri in ii. Feriam, quia tunc dicitur alia subsequens Antiphona. O óriens. 248.
In Laudibus pro commem. Feriæ, Antiph. Nolíte timére, ut in Sabb. ante Domin. iv. Advent. 251. nisi hoc festum transferatur: quia tunc Ant. Nolíte timére, dicitur ad Benedictus in Dominica, loco Ant. Ave María, et in Officio S. Thomæ, pro commemorat. Advent. ponitur Antiph. Feriae ii. Dicit Dóminus, 255.
In secundis Vesp. pro commemorat. Feriæ, Antiphona. O.

—

DIE XXIII. DECEMB.
B. NICOLAI FACTORIS
Conf. i. Ord.
Duplex. Oratio.
Deus, qui beátum Nicoláum Confessórem tuum ineffábili charitátis tuæ igne succénsum te puro corde sectári fecísti; da nobis fámulis tuis; ut eódem spíritu repléti, et charitáte ferféntes, viam mandatórum tuórum inoffénso pede currámus. Per Dñm nostrum.
Et fit commem. Fer. Antiphona O.
In Laud. fit com. Fer. Ant. Ecce compléta.
In ii. Vesp. pro com. Fer. Ant. O Emmánuel.

FESTA JANUARII

Prima die non impedita dicitur Offic. Defunct.
DIE XI. IANUARII.
S. HYGINI Papæ et M.
D. quo fit commem. in i. Vesperis et in Laud. In Vesperis. Antiph. Iste sanctus.
℣. Gloria, et honóre.
Oratio Infirmitátem, 11* ut in Com. unius Mart.

In Laud. verò Antiph. Qui odit. ℣. Justus. 12*.
Oratio ut supra.

DIE XIV. JANUARII.
SS. NOMINIS JESU
Dupl. ii. Classis.

IN I. VESPERIS.

Antiphona

Omnis, qui invocáverit nomen Dómini, salvus erit.

Psalm. Dixit Dóminus, cum reliq. de Domin. 189. et loco ultimi, Psalmus Crédidi. 194.

Ant. Sanctum, et terríbile nomen ejus: inítium sapiéntiæ timor Dómini.

Ant. Ego autem in Dómino gaudébo, et exultábo in Deo Jesu meo.

Ant. A solis ortu usque ad occásum laudábile nomen Dómini.

Ant. Sacrificábo hóstiam laudis, et nomen Dómini invocábo.

Capitul. Philip. 2. 8.

Fratres, Christus humiliávit semetípsum factus obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod et Deus exaltávit illum, et donávit illi nomen, quod est super omne nomen: ut in nómine Jesu omne genuflectátur.

Hymnus.

Jesu dulcis memória,
Dans vera cordis gáudia:
Sed super mel et ómnia
Ejus dulcis præséntia.

Nihil cánitur suávius,
Nil audítur jucúndius,
Nil cogitátur dúlcius,
Quam Jesus Dei Filius.

Jesu, spes pœniténtibus,
Quam pius es peténtibus!
Quam bonus te quæréntibus,
Sed quid inveniéntibus?

Nec lingua valet dícere,
Nec líttera exprímere;
Expértus potest crédere,
Quid sit Jesum dilígere.

Sis, Jesu, nostrum gáudium,
Qui es futúrus præmium:
Sit nostra in te glória,

Per cuncta semper sæcula. Amen.
℣. Sit nomen Dómini benedictum, allelúja.
℟. Ex hoc nunc, et usque in sæculum, allel.
Ad Magnificat. Antiph. Fecit mihi magna qui potens est, et sanctum nomen ejus, allelúja.

Oratio.

Deus, qui Unigénitum Filium tuum constituísti humáni géneris Salvatórem et Jesum vocári jussísti: concéde propítius; ut cujus sanctum Nomen venerámur in terris, ejus quoque aspectu perfruámur in cœlis. Per eúmd.
Et fit commemor. de die Oct. Epiph. Antiphon. Tribus miráculis 290.
℣. Reges Tharsis.
Oratio. Deus, cujus Unigénitus in substántia 295.
Ad Compl. et per Horas diei in fine Hymnor. dicitur:
Jesu tibi sit glória, Qui natus es de Vírgine.

AD MATUTINUM.

Invitat. Admirábile nomen Jesu, quod est super omne nomen,* Veníte adorémus.
Ps. Veníte exultemus 2.

Hymnus.

Jesu, Rex admirábilis,
Et triumphátor nóbilis
Dulcédo ineffábilis,
Totus desiderábilis.

Quando cor nostrum vísitas,
Tunc lucet ei véritas,
Mundi viléscit vánitas
Et intus fervet cháritas.

Jesu dulcédo córdium,
Fons vivus, lumen méntium,
Excédens omne gáudium,
Et omne desidérium.

Jesum omnes agnóscite
Amórem ejus póscite,
Jesum ardénter quærite,
Quæréndo inardéscite.

Te nostra, Jesu, vox sonet,
Nostri te mores éxprimant,
Te corda nostra díligant,

Et nunc, et in perpétuum. Amen.
Psal. Dómine, Dóminus noster. cum reliq. ut in festis B. M. V. 45*.
Ad Laud. et per Horas
Antiphona
Oleum effúsum* nomen tuum, ídeo adolescéntulæ dilexérunt te.
Pasl. Dominus regnávit, cum reliquis. 26.
Ant. Scitóte, * quóniam Dóminus ipse est Deus, cujus nomen in ætérnum.
Ant. Sitívit ánima mea* ad nomen sanctum tuum, Dómine.
Ant. Benedíctum nomen glóriæ tuæ sanctum, et laudábile, et superexaltátum in sæcula.
Ant. Júvenes et vírgines, * senes cum junióribus laudáte nomen Dómini, quia exaltátum est nomen ejus solíus.
Cap. Fratres, Christus. 440.

—

Hymnus.

Jesu, decus Angélicum,
In aure dulce cánticum,
In ore mel mirificum,
In corde nectar cœlicum.
Qui te gustant, esúriunt,
Qui bibunt, adhuc sítiunt;
Desideráre nésciunt,
Nisi Jesum, quem díligunt.
O Jesu mi dulcíssime,
Spes suspirántis ánimæ!
Te quærunt piæ lácrymæ,
Te clamor mentis íntimæ.
Mane nobíscum, Dómine,
Et nos illústra lúmine:
Pulsa mentis calígine,
Mundum reple dulcédine.
Jesu, flos Matris Vírginis,
Amor nostræ dulcédinis,
Tibi laus, honor nóminis,

Regnum beatitúdinis. Amen,

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cœlum, et terram.

Ad Benedictus, Antiph. Dedit se, ut liberáret pópulum, et acquíreret sibi nomen ætérnum, allelúja.

Oratio. Deus, qui Unigénitum. 441.

Postea fit commem. S. Felicis Presbyt. et Martyr. Ant. Qui odit.

℣. Justus ut palma. 12.*

Oratio.

Concéde quæsumus omnípotens Deus: ut ad meliórem vitam sanctórum tuorum exémpla nos próvocent; quátenus quorum solémnia ágimus, étiam actus imitémur. Per Dóminum.

Ad Primam. in ℟. br.

℣. Qui natus es.

Ad Tertiam.

Antiph. Scitóte,

Cap. Fratres, Christus humiliávit. 440.

℟. br. Sit nomen Dómini benedíctum, * Allel., Allel. Sit nomen.

℣. Ex hoc nunc, et usque in sæculum. Allelúja Allelúja.

Glória Patri. Sit nomen.

℣. Afférte Dómino glóriam et honórem, allelúja.

℟. Afférte Dómino glóriam nómini ejus, allel.

Ad Sextam.

Ant. Sitívit ánima mea.

Cap. Philip. 2. 10.

In nómine Jesu omne genuflectátur, cœléstium, terréstrium, et infernórum, et omnis lingua confiteátur, quia Dñus Jesus Christus in glória est Dei Patris.

℟. br. Afférte Dómino glóriam et honórem, * Allel, allel. Afférte.

℣. Afférte Dómino glóriam nómini ejus, allelúja, allelúja.

Glória Patri. Afférte.

℣. Magnificáte Dóminum mecum, allelúja.

℟. Et exaltémus nomen ejus in idípsum, allel.

Ad Nonam, Antiphona Júvenes et vírgines.

Capit. Col. 3. 17.

Omne quodcúmque fácitis in verbo, aut in ópere, ómnia in nómine Dómini Jesu Christi fácite, grátias agéntes Deo et Patri per ipsum.

℟. br. Magnificáte Dóminum mecum, * Allel. allel. Magnificáte.

℣. Et exaltémus nomen ejus in idipsum, allelúja, allelúja.

Glória. Magnificáte.

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini, allel.

℟. Qui fecit cœlum et terram, allelúja.

In ii. Vesp. omnia dicuntur sicut in primis.

Ad Magnificat, Antiph. Vocábis nomen ejus Jesum, ipse enim salvum fáciet pópulum suum a peccátis eorum, allel.

Orátio. Deus, qui Unigénitum, ut supra.

Deinde fit commemor. seq. et S. Mauri Abbat. ut infra.

—

DIE XV. JANUARII.

S. PAULI PRIMI EREMITÆ Confess.

Duplex.

Ant. Similábo.

℣. Amávit eum.

Orat. Deus qui nos. 2

Pro comm. S. Mauri Abb.

Ant. Euge serve bone.

℣. Justum dedúxit.

Orát. Intercéssio 26.*

In Laudibus pro commem. S. Mauri Abbatis. Ant. Similábo.

℣. Amávit.

Oratio, ut supra.

Vesper. de seq. festo cum commem. præc.

DIE XVI. JANUARII.

SS. BERARDI, PETRI, ACCURSII, ADJUTI, ET OTHONIS Ordinis nostri Protomartyr.

Duplex ii. Classis.

Oratio.

Largíre nobis, quæsumus Dómine, beátis martyribus tuis Berárdo, Petro, Accúrsio, Adjúto, et Othóne intercedéntibus, cœléstia semper et Christum amáre: quorum glorióso martyrio Or-

dinis Minórum inítia consecrásti. Per eúmdem Dóminum.

Deinde fit commemor. S. Pauli primi Eremítæ. Ant. Hic vir despíciens. ℣. Justum. 28*. Oratio ut supra.

In ii. Vesp. fit commem. sequentis.

DIE XVII. JANUARII.

S. ANTONII ABBATIS.

Duplex.

Ant. Similábo eum. ℣. Amávit eum Dóminus. Oratio Intercéssio nos. 26*.

Vesper. de seq. cum commem. ut infra.

DIE XVIII. JANUARII.

CATHEDRÆ S. PETRI, qua Romæ primum sedit.

Dupl. majus.

In i. Vesperis, Antiph. Ecce Sacérdos magnus. cum reliquis de Laudibus. Psalmus. Dixit Dóminus, cum reliquis de Dominica 189. et loco ultimi, Psalm. Laudate Dóminum omnes Gentes. 195.

Capitul. Eccl. 44. 17.

Ecce Sacérdos magnus, qui in diébus suis plácuit Deo, et invéntus est justus: et in témpore iracúndiæ factus est reconciliátio.

Hymnus.

Quodcúmque in orbe néxibus revínxeris,
Erit revínctum, Petre, in arce síderum:
Et quod resólvit hic potéstas trádita,
Erit solútum cœli in alto vértice:
In fine mundi judicábis sæculum.
Patri perénne sit per ævum glória,
Tibíque láudes concinámus ínclytas,
Ætérne Nate; sit supérne Spíritus
Honor tibi decúsque: sancta júgiter
Laudétur omne Trínitas per sæculum.

℣. Tu es Petrus.
℟. Et super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam.

—

Ad Magníficat, Antiph. Tu es pastor óvium, princeps Apostolórum, tibi tráditæ sunt claves regni cœlórum.

Oratio.

Deus, qui beato Petro Apóstolo tuo collátis clávibus regni cœléstis, ligándi atque solvéndi pontificiũ tradidísti: concéde, ut intercessiónis ejus auxílio, a peccatórum nostrórum néxibus liberémur. Qui vivis et regnas, etc.

Deinde fit commemor. S. Pauli ante alias quascumque comm. etiam festi Duplicis, aut Domínicæ. Quod servatur in commemor. S. Petri quæ fit in festis S. Pauli, Ant. Sancte Paule Apóstole, prædicátor veritátis, et doctor Géntium, intercéde pro nobis ad Deum qui te elégit.

℣. Tu es vas electiónis, sancte Paule Apóstole.

℟. Prædicátor veritátis in univérso mundo.

Oratio.

Deus, qui multitúdinem Géntium beáti Pauli Apóstoli prædicatióne docuísti: da nobis, quæsumus; ut cujus Cómmemoratiónem cólimus, ejus apud te patrocínia sentiámus.

Postea S. Antonii Abbatis, Ant. Hic vir.

℣. Justum deduxit. 28*.

Oratio ut supra.

Postremo S. Priscæ Virg. et Martyr. Ant. Veni sponsa Christi.

℣. Specie tua. 29*.

Oratio.

Da, quæsumus omnípotens Deus: ut qui beátæ Priscæ Vírginis et Mártyris tuæ natalítia cólimus, et ánnua solemnitáte lætémur, et tantæ fidei proficiámus exémplo. Per Dom.

AD MATUTINUM.

Invitatorium.

Tu es pastor óvium, prínceps Apostolórum: * Tibi trádidit Deus claves regni cœlórum.

Psalmus. Veníte, exultémus. 2.
Hymnus. Quodcúmque. ut supra.
In tribus Nocturnis, Ant. Beatus vir. cum aliis Antiphonis, Psalmis, et ℣℣. de Commun. Confess. Pontif.
Ad Laud. et per Horas, Antiphona

Ecce sacérdos magnus qui in diébus suis plácuit Deo, et invéntus est justus.
Psal. Dóminus regnavit, cum reliquis. 26.
Ant. Non est invéntus* símilis illi, qui conserváret legem Excélsi.
Ant. Ideo jurejurándo fecit illum Dóminus créscere in plebem suam.
Ant. Sacerdótes Dei benedícite Dóminum: servi Dómini hymnum dícite Deo, allelúja.
Ant. Serve bone* et fidélis, intra in gáudium Dómini tui.
Capitul. Ecce sacérdos magnus.

—

Hymnus.

Beate pastor Petre, clemens áccipe.
Voces precántum, criminúmque vincula
Verbo resólve, cui potéstas trádita
Aperíre terris cœlum, apértum cláudere.
Sit Trinitáti sempitérna glória,
Honor, potéstas, atque jubilátio,
In unitáte quæ gubérnat ómnia,
Per univérsa æternitátis sæcula.
Amen.

℣. Exáltent eum in Ecclésia plebis.
℟. Et in cáthedra seniórum láudent eum.
Ad Benedictus, Antiph. Quodcúmque ligáveris super terram, erit ligátum et in cœlis: et quodcúmque sólveris super terram, erit solútum et in cœlis, dicit Dóminus Simóni Petro.
Oratio. Deus, qui beáto Petro.
Deinde fit commemor.

S. Pauli Antiphona **Sancte Paule Apóstole.**
℣. **Tu es vas electiónis.**
Oratio. **Deus qui multitúdinem,** ut supra.
Postea S. Priscæ Ant. **Símile est.**
℣. **Diffusa est. 31*.**
Oratio. **Da quæsumus,** ut supra.
Per Horas, Antiph. de Laud.; Capitul., et ℟. ℟. brev. ut in Communi Confess. Pontif.
In ii. Vesperis, Antiph. **Ecce sacérdos,** cum reliquis de Laudibus.
Psalm. **Dixit Dóminus,** cum reliquis de Domínica **189.** et loco ultimi, Psalm. **Meménto Dómine David. 204.**
Capitul., et Hymn. ut supra in primis Vesp.
℣. **Elégit te Dóminus sacerdótem sibi.**
℟. **Ad sacrificándum ei hóstiam láudis.**
Ad Magnificat, Antiph. **Dum esset summus Póntifex, terréna non métuit, sed ad cœléstia regna gloriósus migrávit.**

Oratio. **Deus, qui beato Petro,** ut supra.
Deinde fit comm. S. Pauli, ut supra.
Postea sequentis, ac SS. Martyrum Marii, et Sociorum ut infra.

DIE XIX. JANUARII
S. CANUTI Regis et Martyris.

Semiduplex.

Antiph. **Iste sanctus.**
℣. **Gloria et honóre 11*.**

Oratio.

Deus, qui ad illustrándam Ecclésiam tuam, beatum Canútum Regem martyrii palma, et gloriósis miráculis decoráre dignátus es: concéde propítius; ut sicut ipse Domínicæ passiónis imitátor fuit, ita nos per ejus vestígia gradiéntes, ad gáudia sempitérna perveníre mereámur. Per eúmdem Dóminum.

Pro comm. S. Marii, Marthæ, Audifacis et Abachum Martyrum.
Ant. **Istórum est.**
℣. **Lætámini. 18***

Oratio. **Exáudi, Dómine, pópulum tuum cum Sanctórum tuórum patrocínio supplicántem: ut et temporális vitæ nos tríbuas pace gaudére, et ætérnæ repeπíre subsídium. Per Dóminum nostrum.**

In Laudib. fit comm. SS. Marii, et Soc. Mart. Antiph. **Vestri capílli.** ℣. **Exultábunt. 20*.** Orat. **Exáudi Dómine.**

Vesp. de seq. cum commemor. præcedentis.

DIE XX. JANUARII.

SS. FABIANI ET SEBASTIANI Martyrum.

Duplex. Oratio.

Infirmitátem nostram réspice omnípotens Deus: et quia pondus própriæ actiónis gravat, beatórum mártyrum tuórum Fabiani et Sebastiáni intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

Pro commem. S. Canuti Martyr. Antiphona. **Qui vult veníre.** ℣. **Justus 13*.**

Oratio. **Deus, qui ad illustrándam.**

Vesp. a Cap. de seq. cum comm. præc. (Apud Monial. autem S. Claræ, Vesp. de seq. commem. praecedentis).

DIE XXI. JANUAR.

S. AGNETIS Virg., et M.

Duplex.

(Apud Monial. S. Claræ. Duplex majus).

In i. Vesperis Antiph. **Ingréssa Agnes,** cum reliquis de Laudibus. Psalm. **Dixit Dóminus** cum reliquis de Domínica **189,** et loco ultimi, Psalm. **Laudáte Dóminum omnes Gentes 195.**

Capitul. **Eccli. 51. 1.**

Confitébor tibi, Dñe Rex, et collaudábo te Deum Salvatórem meũ. Confitébor nómini tuo, quóniam adjútor, et protéctor factus es mihi, et liberásti corpus meum a perditióne.

Hymnus **Jesu coróna Vírginum.**

℣. **Spécie tua. 29*.**

Ad Magnif. Antiphona, **Beáta Agnes in médio**

flammárum expánsis mánibus, orábat: Te déprecor, omnípotens, adoránde, colénde, Pater metuénde, quia per sanctum Filium tuum evási minas sacrílegi tyránni, et carnis spurcítias immaculáto calle transivi: et ecce vénio ad te, quem amávi, quem quæsívi, quem semper optávi.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui infírma mundi éligis, ut fórtia quæque confúndas: concéde propítius; ut qui beátæ Agnétis Vírginis et Mártyris tuæ solémnia cólimus, ejus apud te patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

Deinde fit comm. SS. Martyr. Fabiani et Sebastiani. Añ. Gáudent in cœlis. ℣. Exultábunt 21*

Oratio. Infirmitátem, ut supra.

Ad Laudes et per Horas Antiphona.

Ingréssa Agnes * turpitúdinis locum, Angelum Dómini præparátum invénit.

Psalm. Dóminus regnávit, cum reliquis. 26.

Ant. Mecum enim habeo * custódem córporis mei, Angelum Dómini.

Ant. Annulo suo * subarrhávit me Dóminus meus Jesus Christus, et tamquam sponsam decorávit me coróna.

Ant. Benedíco te Pater Dómini mei Jesu Christi, quia per Filium tuum ignis extínctus est a látere meo.

Ant. Congaudéte mecum, * et congratulámini, quia cum his omnibus lúcidas sedes accépi.

Capit. Confitébor tibi, ut supra.

Hymnus. Jesu coróna Vírginum.

℣. Diffúsa est. 31*.

Ad Benedictus, Antiph.

Ecce quod concupívi, jam vídeo: quod sperávi, jam téneo: ipsi sum juncta in cœlis, quem in terris pósita tota devotióne diléxi.

Oratio. **Omnipotens**, ut supra.

Ad Tertiam. Antiph. **Mecum enim habet.**

Capitul. **Confitébor** ut supra.

℟. br. **Spécie tua.**

℣. **Adjuvábit eam.** 31*

Ad Sextam, Antiphon. **Annulo suo.**

Capit. Eccli. 51. 4.

Liberásti me secúndum multitúdinem misericórdiæ nóminis tui a rugiéntibus præparátis ad escam, de mánibus quæréntium ánimam meam, et de multis tribulatiónibus, quæ circumdedérunt me.

℟. br. **Adjuvábit eam.**

℣. **Elégit eam.** 31.*

Ad Nonam, Antiphona. **Congaudéte mecum.**

Capit. Eccli. 51. 8.

Laudábit usque ad mortem ánima mea Dóminum: quóniam éruis sustinéntes te, et liberas eos de manu angústiæ Dñe Deus noster.

℟. br. **Elégit eam.**

℣. **Diffúsa est.** 31.*

In ii. Vesperis, Antiph. **Ingréssa Agnes**, ut in Laudibus.

Psalm. **Dixit Dóminus**, cum reliq. de Dominica, **189.**et loco ultimi, Psalm. **Láuda Jerúsalem. 218.**

Capit. et Hymn. ut in primis Vesperis.

℣. **Diffúsa est.**

Ad Magnificat, Antiph. **Stans beáta Agnes in médio flammæ, expánsis mánibus, orábat ad Dóminum: Omnípotens, adoránde, colénde, treménde, benedíco te, et glorífico nomen tuum in ætérnum.**

Oratio. **Omnípotens**, ut supra.

Deinde fit comm. seq.

DIE XXII. JANUAR.

SS. VINCENTII, ET ANASTASII Martyrum.

Semiduplex.

Ant. **Istórum est enim.**

℣. **Laetámini. 18*.**

Oratio.

Adésto, Dómine, supplicatiónibus nostris: ut qui ex iniquitáte nostra reos nos,

esse cognóscimus, beatórum mártyrum tuorum Vincéntii et Anastásii intercessióne liberémur. Per Domin.

Vesp. de seq. cum commemorationib. ut infra.

DIE XXIII. JANUAR.

DESPONSATIONIS B.M. V. CUM S. JOSEPH.

Duplex majus.

In i. Vesperis, Antiph. Desponsátio gloriósæ, cum reliq. de Laudib. Psalm. Dixit Dóminus cum reliquis ut in fest. B.M.V. per annum 40*. Capitul. Ab início. Hymn. Ave maris stella. 43* ℣. Desponsátio est hódie sanctæ Mariæ Vírginis ℟. Cujus vita inclyta cunctas illústrat Ecclésias.

Ad Magníficat, Antiph. Gloriósæ Virginis Maríæ Desponsatiónem dignissimam recolámus, quæ et genitrícis dignitátem obtínuit, et virginálem pudicítiam non amísit.

—

Oratio.

Fámulis tuis, quæsumus Dómine, cœléstis grátiæ munus impertíre: ut quibus Beatæ Vírginis partus éxtitit salútis exórdium, Desponsatiónis ejus votíva solémnitas pacis tríbuat increméntum. Per Dóminum.

Deinde fit commemor. S. Joseph Sponsi ejusdem B. M. V. ante alias quascumque commem. etiam Festi Duplicis, aut Domínicæ. Antiph. Exúrgens Joseph a somno fecit, sicut præcépit ei Angelus Dómini, et accépit cónjugem suam. ℣. Constítuit eum Dóminum domus suæ. ℟. Et príncipem omnis possessiónis suæ.

Oratio.

Sanctíssimæ Genitrícis tuæ Sponsi, quæsumus Dómine, méritis adjuvémur, ut quod possibílitas nostra non óbtinet, ejus nobis intercessióne donétur.

Postea SS. Vincentii,

et Anastasii Mart. Ant. Gáudent in cœlis.
℣. Exultábunt. 21*.
Orat, Adésto Dómine.
Postremo S. Emerentianæ Virg. et Martyr.
Ant. Veni sponsa.
℣. Spécie tua. 29*.
Oratio. Indulgéntiam nobis. 30*.
Ad Complet. et per Horas diei in fine Hymnor. dicitur : Jesu tibi sit gloria, Qui natus es de Vírgine.

AD MATUTINUM.

Invitatorium

Desponsatiónem Vírginis Maríæ celebrémus,* Christum ejus Fílium adorémus Dóminum.
Psalmus. Veníte, exultémus. 2
Hymnus. Quem terra.
Ant. Psal. et ℣. Nocturnorum, ut in festis B. M. V. per annum 44.*
Ad Laudes et per Horas,

Antiphona.

Desponsátio * gloriósæ Vírginis Maríæ, ex sémine Abrahæ, orta de tribu Juda, clara ex stirpe David.
Psalm. Dóminus regnávit, cum reliquis 26.
Ant. Desponsátio est hódie* sanctæ Maríæ Vírginis, cujus vita ínclyta cunctas illústrat Ecclésias.
Ant. Regáli ex progénie *Maria exórta refúlget, cujus précibus nos adjuvári mente, et spíritu devotíssime póscimus.
Ant. Corde, et ánimo Christo canámus glóriam, in hac sacra solemnitáte præcélsæ genitrícis Dei Maríæ.
Ant. Cum jucunditáte * Desponsatiónem beatæ Maríæ celebrémus, ut ipsa pro nobis intercédat ad Dóminum Jesum Christum.
Cap. Ab inítio.
Hymn. O gloriósa Vírginum. 53*.
℣. Desponsátio est hódie sanctæ Maríæ Vírginis.
℟. Cujus vita ínclyta cunctas illústrat Ecclésias.

—

Ad Benedictus, Antiph. Desponsatiónē hodiérnam perpétuæ Vírginis genitrícis Dei Maríæ solémniter celebrémus, qua celsitúdo throni procéssit, allelúja.
Oratio Fámulis tuis, ut supra.
Deinde fit commemor. S. Joseph. Ant. Ipse Jesus erat incípiens quasi annórum trigínta, ut putabátur filius Joseph.
℣. Os justi meditábitur sapiéntiam.
℟. Et lingua ejus loquétur judícium.
Oratio. Sanctíssimæ.
Postea S. Emerentianæ Virg. et Martyr. Ant. Símile est regnum.
℣ Diffúsa est gratia. 31.*
Oratio. Indulgéntiam, ut supra.
Ad Primam in ℟. br. dicitur ℣. Qui natus es de María Vírgine.
Ad Horas Antiphonæ de Laud., Cap. et ℟℟. br. ut in Festis B. M. V. per annum. 54*.
In ii. Vesp. Antiphonæ, Psal., Capitul., Hymn., et ℣. ut in i. Vesperis.
Ad Magnificat, Antiph. Desponsátio tua, Dei Génitrix Virgo, gáudium annuntiávit univérso mundo; ex te enim ortus est sol justítiæ Christus Deus noster: qui solvens maledictiónem, dedit benedictiónem, et confúndens mortem, donávit nobis vitam sempitérnam.
Oratio. Fámulis tuis.
Et fit comm. S. Joseph. Ant. Ecce fidélis servus, et prudens, quem constítuit Dóminus super famíliam suam.
℣. Glória, et divítiæ in domo ejus.
℟. Et justítia ejus manet in sæculum sæculi.
Oratio. Sanctíssimæ.
Postea fit comm. seq.

DIE XXIV. JANUARII.

S. TIMOTHEI

Ep. et Martyris.

Duplex.

Ant. Iste sanctus.
℣. Glória et honóre.
Orat. Infirmitátem. 11*
Vesp. de seq. commem. S. Petri, et præced.

DIE XXV. JANUARII.
CONVERSIONIS S. PAULI APOST.

Dupl. maj.

In i. Vesperis, Antiph. **Ego plantávi,** cum reliquis de Laudibus.

Psal. **Dixit Dóminus,** cum reliquis de Dominica **189.** et loco ultimi, Psal. **Laudáte Dóminŭ omnes Gentes 195.**

Capitulum. **Act. 9. 1.**

Sáulus adhuc spirans minárum et cædis in discípulos Dómini, accéssit ad príncipem Sacerdótum, et péliti ab eo epístolas in Damáscum ad synagógas: ut si quos invenísset hujus viæ viros ac mulíeres, vinctos perdúceret in Jerúsalem.

Hymnus.

Egrégie Doctor Paule, mores instrue,
Et nostra tecum péctora in cœlum trahe:
Veláta dum merídiem cernat Fides,
Et solis instar sola regnet Cháritas.
Sit Trinitáti sempitérna glória,
Honor, potéstas, atque jubilátio,
In unitáte, quæ gubérnat ómnia,
Per univérsa æternitátis sæcula. Amen.

℣. **Tu es vas electiónis, sancte Paule Apóstole.**
℟. **Prædicátor veritátis in univérso mundo.**

Ad Magnificat, Antiph. **Vade Ananía, et quære Saulum, ecce enim orat: quia vas electiónis est mihi, ut portet nomen meum coram Géntibus, et Régibus, et fíliis Israel.**

Oratio.

Deus, qui univérsum mundum beati Páuli Apóstoli prædicatióne docuísti: da nobis quæsumus; ut qui ejus hódie conversiónem cólimus, per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

Pro commem. S. Petri. Antiph. **Tu es pastor óvium, Princeps Apostolórum, tibi tradítæ sunt**

claves regni cœlórum.
℣. Tu es Petrus.
℟. Et super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam.

Oratio.

Deus, qui beáto Petro Apóstolo tuo, collátis clávibus regni cœléstis, ligándi atque solvéndi Pontificiū tradidísti: concéde, ut intercessiónis ejus auxílio, a peccatórū nostrorū néxibus liberémur. Qui viv.
Deinde fit commemor. S. Timothei, Antiph. Qui vult. ℣. Justus 13*. Orat. Infirmitatem 11*.

AD MATUTINUM

Invit. Laudémus Deum nostrum: * In conversióne Doctóris Géntium.
Ps. Veníte, exultémus 2.
Hymn. Egrégie Doct. 455
Psalmi Nocturnor. de Com. Apost.
Ad Laudes, et per Horas, Antiph.
Ego plantávi, Apóllo rigávit, Deus autem increméntum dedit, allelúja.
Psal. Dóminus regnávit, cum reliquis. 26.
Ant. Libénter gloriábor in infirmitátibus meis, ut inhábitet in me virtus Christi.
Ant. Grátia Dei in me vácua non fuit, sed grátia ejus semper in me manet.
Ant. Damásci præpósitus Gentis Arétæ regis vóluit me comprehéndere: a frátribus per murum demíssus sum in sporta, et sic evási manus ejus in nómine Dómini.
Ant. Ter virgis cæsus sum, semel lapidátus sum, ter naufrágium pértuli pro Christi nómine.
Cap. Sáulus adhuc.
Hymn. Exúltet orbis. 1*
℣. Tu es vas electiónis, sancte Páule Apóstole.
℟. Prædicátor veritátis in univérso mundo.
Ad Benedictus, Antiph. Vos, qui secúti estis me, sedébitis super sedes, judicántes duódecim tribus Israel, dicit Dñs.
Oratio. Deus, qui in u-

nivérsum, ut supra. Et fit commem. S. Petri, ut supra in Vesp. Ad Tertiam, Antiphona Libénter gloriábor. Cap. Saulus adhuc. ℟.br. In omnem terrā. ℣. Constitues eos. 3*.

Ad Sextam, Antiphona Gratia Dei. Capit. Act. 9. 8.

Surréxit autem Saulus de terra, apertísque óculis nihil vidébat. Ad manus autem illum trahéntes, introduxérunt Damáscum. Et erat ibi tribus diébus non videns, et non manducávit, neque bibit.

℟. br. Constítues. ℣. Nimis honoráti. 3*.

Ad Nonam, Antiphona. Ter virgis cæsus sum. Capit. Act. 9. 22.

Saulus autem multo magis convalescébat et confundébat Judæos, qui habitábant Damásci, affirmans quóniam hic est Christus

℟. br, Nimis honoráti. ℣. Annuntiavérunt. 3*.

In ii. Vesperis

Ant. Ego plantávi, cum reliq. de Laud. Ps. de Comm. Apost. 3*. Cap. Sáulus adhuc. Hymn. Egrégie Doctor. ℣. Tu es vas, ut in i. Vesperis.

Ad Magnificat, Antiph. Sancte Páule Apóstole, prædicator veritátis, et Doctor Géntiū, intercéde pro nobis ad Deum, qui te elégit.

Or. Deus, qui univérsū. Deinde fit commemor. S. Petri ut supra, et S. Polycarpi, ut infra.

DIE XXVI. JANUAR.

S. POLYCARPI
Episc. et Martyris.
Duplex.

Ant. Iste Sanctus. ℣. Glória et honóre. Orat. Deus, qui nos. 11*. Vesp. a cap. de seq. comm. præced.

DIE XXVII. JANUAR.

S. JOANNIS CRYSOSTOMI Episc. Conf. et Eccl. Doctoris.
Duplex.

In Hymn. Méruit supr. In utrisque Vesper.

Ad Magnificat. Antiph. O Doctor....beate Joánnes Chrysóstome. 25*.
℣. Amávit. 22*.

Oratio.

Ecclésiam tuam, quæsumus Dómine, grátia cœléstis amplíficet, quam beati Joánnis Chrysóstomi Confessóris tui, atque Pontíficis illustráre voluísti gloriósis méritis, et doctrínis. Per Dóminum.

Deinde fit commemor. S. Polycarpi, Antiph. Qui vult veníre.
℣. Justus ut palma 13*.
Orat. Deus,qui nos.11.*
Vesp. a Cap. de seq. cum comm. præcedent.

DIE XXVIII. JANUAR.

B. MATTHÆI AB AGRIGENTO Ep. et Conf. i. Ordinis.

Duplex.

In Hymn. Méruit suprémos.
℣. Amávit.
Ant. Sacérdos. 22*.

Oratio.

Da, quæsumus omnípotens Deus, interveniénte beato Matthæo Confessóre tuo, atque Pontífice: ut sicut ipse sanctíssimi Nóminis Fílii tui Jesu amore flagrávit: ita nos eódem accénsi, studeámus calcáre terréna, et amáre cœléstia. Per eumdem Dominum.

Pro commem. S. Joannis Chrysostomi, Ant. O Doctor. 25*.
℣. Justum. 24*.
Orat. Ecclésiam tuam.

Pro commem. S. Agnetis secundo.
Ant. Stans a dextris ejus Agnus nive candídior, Christus sibi Sponsam, et Mártyrem consecrávit.
℣. Spécie tua. 29*.

Oratio.

Deus, qui nos ánnua beatæ Agnétis Vírginis et Mártyris tuæ solemnitáte lætíficas: da quæsumus; ut quam venerámur officio, étiam piæ conversatiónis sequámur exémplo. Per Dóminum.

In Laudib. fit comm. Sanctæ Agnetis secundo.

Ant. Ecce quod concupívi, jam vídeo, quod sperávi, jam téneo: ipsi sum juncta in cœlis, quem in terris pósita tota devotióne diléxi.
℣. Diffúsa. 31*.
Oratio. Deus, qui nos.
Vesp. a Cap. de seq. cum commem. præcedent.

DIE XXIX. JANUAR.

S. FRANCISCI SALESII Ep. et Confess.

Duplex.

In Hymn. Méruit suprémos. ℣. Amávit.
Ant. Sacérdos. 22*.

Deus, qui ad animárum salútem beatum Francíscum Confessórem tuum atque Pontíficem, ómnibus ómnia factum esse voluísti: concéde propítius; ut charitátis tuæ dulcédine perfúsi, ejus dirigéntibus mónitis, ac suffragántibus méritis ætérna gáudia consequámur. Per Dñm.
Pro comm. B. Matthæi.
Ant. Amáviteum.
℣. Justum. 24*.
Oratio. Da quæsumus.
Vesp. de seq. commem. præcedentis.

DIE XXX. JANUAR.

S. HYACINTHAE DE MARISCOTTIS Vírginis iii. Ordinis.

Duplex ii. class.

In utrisque Vesp. et Laudibus.
℣. Ora pro nobis.

Oratio.

Deus, qui beatam Hyacíntham Vírginem tuam jugis mortificatiónis, et charitátis víctimam effecísti: ejus nobis exémplo, et intercessióne concéde, ut peccata nostra deflére, et te semper dilígere valeámus. Per Dñm.
Et fit comm. S. Franc.
Ant. Amávit.
℣. Justum. 24*.
Oratio Deus, qui ad animárum.
In ii. Vesp. fit comm. sequentis.

DIE XXXI. JANUAR.

B. LUDOVICAE ALBERTONIAE VID. iii. Ordinis.

Duplex.

Ant. Símile est.

℣. Spècie tua. 33*.

Oratio.

Deus, qui beatæ Ludovícæ inter cæteras egrégias dotes insígnem, veréque singulárem erga Christi páuperes charitátis prærogatívam misericórditer contulísti: concéde nobis fàmulis tuis, ejus suffragántibus méritis, charitátem, qua te super ómnia toto cordis afféctu dilígere valeámus. Per eumdem Dóminum.

Vesp. de seq. cum commem. præced.

FESTA FEBRUAR.

Prima die non impedita dicitur Officium Defunctorum.

DIE I. FEBRUARII.

B. ANDREAE DE COMITIBUS Conf. i. Ord.

Duplex majus

Oratio.

Mentes, et córpora nostra, clementíssime Deus, beati Andreæ Confessóris tui suffragántibus méritis, ab omni malórum spirítuum incursióne defénde: ne quos ad pœnam sibi cómites quærunt, eos ad crimen suum fáciant erróres partícipes. Per Dóminum.

Pro commem. S. Ludovicæ Viduæ.

Antiph. Manum suam.

℣. Diffúsa. 35*.

Oratio. Deus, qui beatæ Ludovícæ, ut supra.

Vesp. de seq. commem. præc.

DIE II. FEBRUARII.

PURIFICATIONIS B. M. V.

Duplex ii. Classis.

Si hoc festum incidat in aliquam ex Domínícis privilegiatis, vel in festum, quod secundum occurrentiæ leges præferendum sit, fiet ut in Rubr. pecul. ad Tit. de Translat. Fest.

IN I. VESPERIS.

Ant. O admirábile commércium! Creátor géneris humáni, animátum corpus sumens, de Vírgine nasci dignàtus est: et procédens homo sine sémine lar-

gitus est nobis suam Deitátem.

Ps. Dixit Dñus, cum rel. ut in festis B. M. V. per annum. 40*.

Ant. Quando natus es ineffabíliter ex Vírgine, tunc implétæ sunt Scriptúræ; sicut plúvia in vellus descendísti, ut salvum fáceres genus humánum; te laudámus, Deus noster.

Ant. Rubum, quem víderat Móyses incombústum, conservátam agnóvimus tuam laudábilem virginitátem: Dei Génitrix intercéde pro nobis.

Ant. Germinávit radix Jesse, orta est stella ex Jacob, virgo péperit Salvatórem: te laudámus, Deus noster.

Ant. Ecce Maria génuit nobis Salvatórem, quem Joánnes videns exclamávit, dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi, all.

Capitul. Malach. 13. 1.

Ecce ego mitto Angelum meum, et præparábit viam ante fáciem meam. Et statim véniet ad templum sanctum suum Dominátor, quem vos quæritis, et Angelus testaménti, quem vos vultis.

Hymn. Ave maris stella 43*.

℣. Respónsum accépit Símeon a Spíritu Sancto. ℟. Non visúrum se mortem, nisi vidéret Christum Dómini.

Ad Magnificat, Antiph. Senex puérum portábat, puer autem senem regébat: quem virgo péperit, et post partum virgo permánsit, ipsum quem génuit, adorávit.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, majestatem tuam súpplices exorámus: ut sicut unigénitus Fílius tuus hodiérna die cum nostræ carnis substántia in templo est præsentátus, ita nos fácias purificátis tibi méntibus præsentari. Per eumdem Dñum.

Pro comm. S. Andreæ.

Ant. Hic vir despíciens.
℣. Justum dedúxit. 28*
Orat. Méntes et córpora nostra, ut supra.

Ad Completor. et per Horas in fine Hymn. dicitur: Jesu, tibi sit glória, Qui natus es de Vírgine. Quod semper servatur quando fit Officium de B. M. V.

AD MATUTINUM

Invitat. Ecce venit ad templum sanctum suum Dominátor Dóminus: * Gaude et lætáre Sion occúrrens Deo tuo.
Ps. Veníte exultémus 2.
Hym. Quem terra. Item Ant. et Psalmi Nocturnor. dicuntur, ut in festis B. M. V. per annum. 44*.

Ad Laudes, et per Horas, Antiphona

Símeon justus* et timorátus expectábat redemptiónem Israel, et Spíritus Sanctus erat in eo.
Ps. Dóminus regnavit, cum reliquis. 26.
Ant. Respónsum accépit Símeon * a Spíritu Sancto non visúrum se mortem, nisi vidéret Dóminum.
Ant. Accípiens Simeon* púerum in mánibus, grátias agens benedíxit Dóminum.
Ant. Lumen ad revelatiónem Géntium, et glóriam plebis tuæ Israel.
Ant. Obtulérunt* pro eo Dómino par túrturum, aut duos pullos columbárum.
Capitul. Ecce ego.
Hymn. O gloriósa Vírginum. 53.*
℣. Diffúsa est gratia in lábiis tuis.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.
Ad Benedictus, Antiph. Cum indúcerent púerum Jesum paréntes ejus, accépit eum Símeon in ulnas suas, et benedíxit Deum, dicens: Nunc dimíttis servum tuum in pace.
Oratio. Omnípotens.
Ad Primam in ℟. brevi dicitur. ℣. Qui natus es. Et sic dicitur semper quando fit de B. M. V.

Ad Tertiam, Antiph. Respónsum accépit.
Capit. Ecce ego mitto.
℟. br. Spécie tua.
℣. Adjuvábit. 54*.

Ad Sextam,
Ant. Accípiens Símeon.
Capit. Malach. 3. 2.

Ecce véniet, dicit Dóminus exercítuum: et quis póterit cogitáre diem advéntus ejus, et quisstabit ad vidéndum eum? Ipse enim quasi ignis conflans, et quasi herba fullónum.
℟. br. Adjuvábit.
℣. Elégit eam. 54*.

Ad Nonam.
Ant. Obtulérunt.
Capit. Malach. 3. 4.

Et placébit Dómino sacrifícium Juda, et Jerúsalem sicut dies sǽculi, et sicut anni antíqui, dicit Dóminus omnípotens.
℟. br. Elégit eam Deus.
℣. Diffúsa est 54*.
In ii. Vesperis, Antiph. Simeon justus, cum reliquis de Laudibus. Psalm. Capit. Hymnus et ℣. ut in i. Vesperis.

Ad Magnificat, Antiph. Hódie beata virgo María púerum Jesum præsentávit in templo, et Símeon replétus Spíritu Sancto accépit eum in ulnas suas, et benedíxit Deum in ætérnum.
Oratio, ut supra. Deinde fit commem. seq. et S. Blasii, ut infra.

DIE III. FEBRUAR.
B. ODORICI Conf. i. Ord.
Duplex.
In Hymn. Méruit suprémos.
Ant. Similábo eum.
℣. Amávit eum. 26*.

Oratio.

Deus, qui ut multos Oriéntis pópulos ad Ecclésiæ sinum perdúceres, beátū Odorícum invícta ánimi fortitúdine in máximis labóribus roborásti: réspice propítius ad ánimos diabólica fráude decéptos, ut méritis ipsíus gloriósis a suis ténebris eruántur. Per Domin.
Postea fit com. S. Blasii Ep. et Mart.

Ant. Iste Sanctus.
℣. Glória et honóre.
Orat. Deus, qui nos. 11*
Vesp. de seq. comm. præcedentis.

DIE IV. FEBRUARII.

S. JOSEPHI A LEONISSA Conf. Ord. Minorum Capucc.

Duplex maj.

Oratio.

Deus fidélium remunerátor servórum, qui beátum Joséphum exímium in Evangélica prædicatióne operárium effecísti: ejus quæsumus, intercessióne concéde, ut a grato tibi servítio numquam cessémus in terris, et plenam a te mercédem recipiámus in cœlis. Per Dominum.

Et fit comm. B. Odorici.
Antiphona Hic vir.
℣. Justum. 28*.
Or. Deus, qui ut multos.
Vesp. de seq. comm. præcedentis.

—

DIE V. FEBRUARII.

BB. PETRI-BAPTISTÆ et socior. Mart. Japonensium. i. Ord.

Dupl. ii. Classis.

Oratio.

Deus, qui primítias Fidei apud Japóniæ Gentes beatórum Mártyrum Petri-Baptístæ, et Sociórum ejus sánguine dedicásti: concéde propítius: ut ad tui Nóminis confessiónem, quorum excitámur exémplis, eorum précibus adjuvémur. Per Dom.

Deinde fit commem. S. Josephi a Leonissa.
Antipona Hic vir.
℣. Justum. 28*.
Oratio, ut supra.
In Quadr. fit comm. Fer. etiam in Laudib.
In ii. Vesp. comm. seq.

DIE VI. FEBRUARII.

S. AGATHÆ Virg. et Martyris.

Duplex

Si dici contigérit primas Vesperas integras, tunc dicuntur Antiph. de Laud. Quis es tu.

Psal. Dixit Dóminus cum reliquis de Dominica 189, et loco ultimi, Psal. Laudáte Dóminum omnes Gentes. 195.

Capit. Eccli. 54. 1.

Confitébor tibi Dómine Rex, et collaudábo te Deum Salvatórem meum. Confitébor nómini tuo, quóniam adjútor, et protéctor factus es mihi, et liberásti corpus meum a perditióne.

Hymnus. Jesu coróna Vírginum.

℣. Spécie tua. 29*.

Ad Magnificat, Antiph. Stans beáta Agatha in médio cárceris, expánsis mánibus orábat ad Dóminum: Dómine Jesu Christe, magíster bone, grátias tibi ago, qui me fecísti víncere torménta carníficum: jube me, Dómine, ad tuam immarcescíbilem glóriam felíciter pervenire.

Oratio.

Deus, qui inter cétera poténtiæ tuæ mirácula, étiam in sexu frágili victóriam martyrii contulísti: concéde propítius; ut qui beátæ Agathæ Vírginis, et Mártyris tuæ natalítia cólimus, per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

Si fuerit in Quadrag. fit comm. Feriæ.

Deinde S. Dorotheæ

Ant. Veni sponsa. 29*.

℣. Diffúsa. 32*.

Orat. Indulgéntiam. 30*

Ad Laudes, et per Horas Antiphona.

Quis es tu, * qui venísti ad me curáre vúlnera mea? Ego sum Apóstolus Christi: nihil in me dúbites, fília.

Psal. Dóminus regnávit cum reliquis. 26.

Ant. Medicínam carnálem* córpori meo nunquam exhíbui, sed hábeo Dóminum Jesum Christũ, qui solo sermóne restáurat univérsa.

Ant. Grátias tibi ago,* Dómine Jesu Christe, quia memor es mei, et misísti ad me Apó-

stolum tuum curáre vúlnera mea.

Ant. Benedíco te, Pater Dómini mei Jesu Christi, quia per Apóstolum tuum mamíllam meam meo péctori restituísti.

Ant. Qui me dignátus est* ab omni plaga curáre, et mamíllam meam meo péctori restitúere, ipsum ínvoco Deum vivum.

Capit. Confitébor tibi.
Hym. Jesu coróna. 29*.
℣. Diffúsa est grátia. 31*

Ad Benedictus, Antiph. Paganórum multitúdo fúgiens ad sepúlchrum Vírginis, tulérunt velum ejus contra ignem: ut comprobáret Dóminus, quod a perículis incéndii méritis beátæ Agathæ mártyris suæ eos liberáret.

Oratio. Deus, qui inter cétera, ut supra.

Deinde fit comm. Fer. in Quadr. et S. Dorotheæ Vírginis et Mart.
Antiph. Símile est.
℣. Spécie tua. 31*.
Or. Indulgéntiam. 30*.

Ad Tertiam, Antiphona Medicínam carnálem.
Capit. Confitébor.
℟. b. Spécie tua.
℣. Adjuvábit. 31*.

Ad Sextam, Antiph. Grátias tibi ago.
Capit. Eccl. 51. 4.

Liberásti me secúndũ multitúdinem misericórdiæ nóminis tui a rugiéntibus præparátis ad escam, de mánibus quæréntium ánimam meam, et de multis tribulatiónibus, quæ circumdedérunt me.

℟. br. Adjuvábit eam.
℣. Elégit eam. 31*.

Ad Nonam, Antiphona, Qui me dignátus est.
Capit. Eccl. 51. 8.

Laudábit usque ad mortem ánima mea Dóminum: quóniam éruis sustinéntes te, et líberas eos de manu angústiæ Dómine Deus noster.

℟. br. Elégit eam.
℣. Diffúsa est. 31*.

Vesp. de sequenti cum commemor. ut infra.

Ubi vero dici contigerit ii. Vesperæ de hoc festo, dicatur Ant. Quis es tu, cum reliq. ut supra in Laudibus.
Ps. Dixit Dóminus, cum reliq. de Domin. 189, et loco ult., Psal. Láuda Jerúsalem. 218.
Capit., et Hymn. ut in primis Vesperis.
℣. Diffúsa est grátia.
Ad Magnificat, Antiph. Stans beata Agatha, et Oratio ut supra.

DIE VII. FEBRUARII.

B. ANTONII DE STRONCONIO Confess. i. Ordinis.

Duplex majus.

Oratio.

Famíliam tuam, quæsumus Dómine, beáti Antónii Confessóris tui intercessióne custódi : ut a cunctis adversitátibus, ipso intercedénte, sit libera, et in bonis áctibus tuo nómini sit devóta. Per Dóminum.

Deinde fit commemor. S. Agathæ.
Ant. Stans beáta Agatha, ut in i. Vesperis
℣. Diffúsa.
Oratio, ut supra.
In Quadrag. fit comm. Feriæ etiam in Laudib.
In ii. Vesp. fiunt commemorationes ut infra.

DIE VIII. FEBRUARII.

S. JOANNIS DE MATHA Confessoris.

Duplex.

Ant. Similábo.
℣. Amávit. 26*.
In Hymno. Méruit suprémos.

Oratio.

Deus, qui per sanctum Joánnem Ordinem sanctíssimæ Trinitátis ad rediméndum de potestáte Saracenórum captívos cœlitus instituére dignátus es : præsta quæsumus ; ut ejus suffragántibus méritis, a captivitáte córporis et ánimæ, te adjuvánte, liberémur. Per Dóminum.

In Quadr. fit commem. Fer. etiam in Laudibus, Vesp. a Capit. de seq. cum commemorationibus ut infra.

DIE IX. FEBRUARII.
S. APOLLONIÆ
Virginis et Mart.
Duplex.
Oratio: **Deus qui inter cétera. 29*.**
Pro commem. S. Joannis de Matha, Antiph. **Hic vir.**
℣. **Justum. 28*.**
Oratio, ut supra.
In Quadr. fit commem. Fer. etiam in Laudib.
Vesperæ a Cap. de seq. commem. ut infra.

DIE X. FEBRUARII
S. SCHOLASTICÆ
Virginis.
Duplex. Oratio.
Deus, qui ánimam beátæ Virginis tuæ Scholásticæ, ad ostendéndam innocéntiæ suæ viam, in colúmbæ spécie cœlum penetráre fecísti; da nobis ejus méritis, et précibus, ita innocénter vívere; ut ad ætérna mereámur gáudia perveníre. Per Dóminum.
Pro commem. S. Apolloniæ, Ant. **Símile est.**
℣. **Diffúsa 31*.**
Oratio. **Deus, qui inter cétera. 29*.**
In Quadr. fit com. Fer. etiam in Laud.
Vesp. de seq. com. præc.

DIE XI. FEBRUARII.
S. JOANNÆ VALESIÆ
Viduae.
Duplex majus.
Oratio.
Deus, qui ad imitándum beatæ Vírginis Filii tui Genitrícis virtútes, novum per beátam Joánnam sacrárum Vírginũ Cœtum instítui voluísti: ejus méritis, precibúsque concéde; ut per éadem gradiámur virtútum exémpla. Per eumdem.
Et fit commem. S. Scholasticæ Virg.
Antiph. **Veni sponsa.**
℣. **Diffúsa. 32*.**
Oratio ut supra.
In Quadr. fit commem. Feriæ, etiam in Laud.
In ii. Vesp. comm. seq.

DIE XII. FEBRUARII.
S. PETRI NOLASCO
Conf.
Duplex.
Ant. **Similábo.**

℣. Amávit. 26*.
In Hymno. Méruit supr.

Oratio.

Deus, qui in tuæ charitátis exémplum, ad fidélium redemptiónem sanctum Petrum, Ecclésiam tuam nova prole fœcundáre divínitus docuísti: ipsíus nobis intercessióne concéde, a peccáti servitúte solútis, in cœlésti pátria perpétua libertáte gaudére. Qui vivis.

In Quadr. fit commem. Feriæ etiam in Laud. Vesperæ a Capit. de seq. cum commemorationibus ut infra.

DIE XIII. FEBRUARII.
B. VIRIDIANÆ
Virg. iii. Ord.
Duplex. Oratio.

Deus, qui in fámula tua Viridiána cum virginitátis flore mirábiles pœniténtiæ fructus conjunxísti: tríbue nobis, quæsumus; ut ejus méritis, et précibus pœniténtiæ lácrymis ablúti, mundi in conspéctu tuo præsentári mereámur. Per Dóminum.

Pro commem. S. Petri Nolasco. Ant. Hic vir. ℣. Justum. 28*.
Oratio, ut supra.
Postea in Quadr. fit com. Feriæ, etiam in Laud. Vesp. a Capit. de seq. cum commemoratione. ut infra.

DIE XIV. FEBRUARII.
S. ANDREÆ CORSINI
Episc. et Confess.
Duplex.

In Hymn. Méruit supr.

Oratio.

Deus, qui in Ecclésia tua nova semper instáuras exémpla virtútum; da pópulo tuo beáti Andreæ Confessóris tui atque Pontíficis, ita sequi vestígia; ut assequámur et præmia. Per Dóminum.

Pro commem. B. Viridianæ Ant. Veni sponsa. ℣. Diffúsa. 32*.
Oratio, ut supra.
In Quadr. fit commem. Feriæ, etiam in Laudib.
Postea S. Valentini Presbyt. et Mart.

Ant. Iste sanctus.
℣. Glória et honóre. 11*
Oratio.

Præsta quæsumus omnípotens Deus: ut qui beáti Valentíni mártyris tui natalitia cólimus, a cunctis malis imminéntibus, ejus intercessióne liberémur. Per Dóminum.

In Laudibus pro comm. S. Valentini
Ant. Qui odit. ℣. Justus. 12*. Oratio. Præsta quæsumus.
Vesp. a Capit. de seq. cum commemorationibus ut infra.

DIE XV. FEBRUARII.
S. ROMUALDI Abbatis.
Duplex.

In Hymno Méruit suprémos.
Oratio. Intercéssio. 26*
Pro comm. S. Andreæ Corsini. Ant. Amávit. ℣. Justum. 24*.
Oratio, ut supra.
In Quadr. fit comm. Fer. Postea Translationis S. Antonii Patavini.
Ant. O proles Hispániæ pavor Infidélium, nova lux Itáliæ, nóbile depósitum urbis Paduánæ: fer, Antóni, grátiæ Christi patrocínium, ne prolápsis véniæ tempus breve créditum défluat ináne.
℣. Ora pro nobis, beáte Antóni. ℟. Ut digni efficiámur promiss.
Oratio.

Da, quæsumus omnípotens Deus, qui facis prodígia, et mirabília solus: ut sicut línguam beáti Antónii Confessóris tui post mortem incorrúptam servásti; ita nos ejus méritis et exémplo te semper benedícere, et laudáre valeámus. Per Dóminum.

Ultimo SS. Faustini, et Jovitæ Martyrum.
Ant. Istórum est enim. ℣. Lætámini. 18*.
Oratio. Deus, qui nos ánnua. 19*.
In Laud. temp. Quadr. fit commem. Feriæ.
Deinde Translationis S. Antonii Patavini.
Ant Gáude, felix Pádua,

quæ thesáurum póssides: cujus clara vísio dignum fore lóculum in ara monstrávit: tu signis irrígua, tot in tuo próvides míseris António, serva rei títulum, quæ sic te ditávit: sed tu nos ad árdua, Pater, his qui præsides, quorum es posséssio, transfer quos hic vínculum mortis inclinávit.

℣. et Orat. ut supra.

Postremo SS. Faustini et Jovitæ Martyr.

Ant. Vestri capílli.

℣. Exultábunt. 20*.

Oratio, ut supra.

Vesp. a Capit. de seq. cum commemorationibus ut infra.

DIE XVI. FEBRUARII.

B. PHILIPPÆ MARERIÆ Virg. ii. Ord.

Duplex. Oratio.

Deus, qui Beátam Philíppam Vírginem tuam miris coruscáre facis miráculis; concéde propítius; ut omnes, qui ejus devóte implórant auxílium, petitiónis suæ salutárem sequántur efféctum. Per Dóminum.

Deinde fit comm. S. Romualdi, Ant. Hic vir. ℣. Justum. 28*.

Oratio, ut supra.

In Quadr. fit comm. Feriæ, etiam in Laud. Vesp. a Capit. de seq. cum commemorationibus ut infra.

DIE XVII. FEBRUAR.

S. HILARII Episc. Confess. et Eccl. Doctoris.

Duplex.

In Hymn. Méruit suprémos.

In utrisq. Vesp. ad Magnificat, Añ. O Doctor... beate Hilári. 25*.

℣. Amávit.

Orat. Deus, qui pópulo tuo 25*.

Pro comm. B. Philíppæ. Ant. Veni sponsa.

℣. Diffúsa. 32*.

In Quadr. fit commem. Feriæ, etiam in Laudibus.

In ii. Vesp. commemorationes ut infra.

—

DIE XVIII. FEBRUAR.
S. MARCELLI Papæ et Mart. Semid.
Ant. Iste Sanctus.
℣. Glória 11*.

Oratio.

Preces pópuli tui, quæsumus Dómine, clementer exáudi: ut beáti Marcélli Mártyris tui, atque Pontíficis méritis adjuvémur, cujus passióne lætámur. Per Dom.
Deinde fit commem. Fer. in Quadrag.
Postea S. Simeonis Ep. et Mart. Ant. Qui odit. ℣. Justus. 12*.
Oratio. Infirmitátem.
In Laud. fit comm. Fer. in Quadr. ac S. Simeonis. Ant. Iste Sanctus.
℣. Glória et honore. 11*
Oratio, ut supra.
Vesp. de seq. cum commemorationib. ut infra.

DIE XIX. FEBRUAR.
S. CONRADI Conf. iii. Ordinis.
Duplex majus.
Oratio.

Beáti Conrádi pœniténtia placátus, da nobis, Dñe: ut ejus imitatióne carnem júgiter crucifigéntes, nostrórum peccatórum máculas diluámus. Per Dóm.
Pro comm. S. Marcelli Papæ et Mart. Ant. Qui vult. ℣. Justus. 13*.
Oratio. Preces pópuli.
In Quadrag. fit comm. Feriæ etiam in Laud.
In ii. Vesp. fiunt commemorationes ut infra.

DIE XX. FEBRUARII.
S. RAYMUNDI DE PENNAFORT Confessoris.
Semiduplex.
In Hymn. Méruit supr.
Ant. Simílabo
℣. Amávit. 26*.
Oratio.

Deus, qui beátum Raymúndum pœniténtiæ Sacraménti insígnem minístrum elegísti, et per maris undas mirabíliter traduxísti: concéde; ut ejus intercessióne dignos pœniténtiæ fructus fácere, et ad ætérnæ salútis portum pervenire valeámus. Per Dóm..
In Quadr. fit commem. Feriæ, etiam in Laud.

Vesp. de seq. commemorationes ut infra.

DIE XXI. FEBRUARII.

S. ANGELÆ MERICIÆ Virginis iii. Ordinis.

Duplex.

Oratio.

Deus, qui novum per beátam Angelam sacrárum Virginũ Collégium in Ecclésia tua floréscere voluísti : da nobis ejus intercessióne angélicis móribus vívere; ut terrénis ómnibus abdicátis, gáudiis pérfrui mereámur ætérnis. Per Dóminum.

Pro comm. S. Raymúndi Ant. Hic vir. ℣. Justum. 28*.

Oratio, ut supra.

In Quadr. fit commem. Feriæ, etiam in Laud. Vesp. de seq. cum commemorationib. ut infr.

DIE XXII. FEBRUAR.

S. MARGARITÆ DE CORTONA iii. Ordin.

Dupl. ii. Classis.

Omnia de Communi nec Virg. nec Martyr. præter seq.

—

IN I. VESPERIS.

Ant. Dum esset, cum reliq. Ant. et Psalm. de eodem Commu. 32*.

Capit. Cantic. 3. 1.

In léctulo meo per noctem quæsívi quem díligit ánima mea, quæsívi illũ, et non invéni. Surgã, et circuíbo civitátem; per vicos et platéas quæram quem díligit ánima mea.

Hymnus.

Jam satis culpis, sceleríque diro,
Jam satis cæco dédimus furóri:
Ad sacras quisque lácrymans, doléusque
Cónvolet aras.

Mágdala Etrúscis rediviva in oris,
Púlchrior noxis rédiens ab ipsis,
Edocet primæ lácrymis juvéntæ
Térgere sordes.

Morte dum spectat mísera perêmptum,
Críminis fœdi cómitem, repénte
Horret, ac deflens máculas vetústas,

Altera surgit.
Surgit, et fuso sine lege crine.
Fœdat antíqui spéciem decóris:
Dat latex potum, tenuésque mensas
Súppetit herba.
Sic fame, et ferro, rigidísque flagris.
Delet admíssas, reparátque culpas,
Cœlitum tandem sociánda turmis
Sydera scandit.
Qui creas mundum, Génitor Supérne,
Nate, qui mundi scelus abstulísti,
Spíritus semper par utríque regnans,
Párcite lapsis. Am.
℣. Ora pro nobis beáta Margaríta.
℟. Ut digni etc.
Ad Magnificat, Antiph. De excélso misit ignem in óssibus meis, et erudívit me; expándit rete pédibus meis, convértit me retrórsum.

Oratio.

Deus, qui fámulam tuam Margarítam de perditiónis via ad salútis trámitem misericórditer deduxísti: eádem nobis miseratióne concéde; ut, quam prius errántem sectári non erubúimus, mox pœniténtem ímpigre sequi gloriémur. Per Dómin.

Deinde fit commem. S. Angelæ, Ant. Veni Sponsa. ℣. Diffúsa. 32*.

In Quadr. fit commem. Feriæ.

AD MATUTINUM.

Invitatoriū. Laudémus Deū nostrū, * In conversióne beátæ Margarítæ.

Hymnus.

Pater supérni lúminis,
Cum Margarítam réspicis,
Flammas amóris éxcitas,
Gelúque sólvis péctoris.
Repénte tactam cœlitus,
Dolóre currit sáucia
Laváre fletu, térgere
Vitæ peráctæ vúlnera.
Vestes, monìle prójicit,
Impúri amóris pábulum,

Artúsque sacco cóntegit,
Et fune cingit híspido.
O vera, Christe, Cháritas,
Tu nostra purga crímina,
Tu corda reple grátia,
Tu redde cœli gáudia.
Uni, Trinóque Dómino
Sit sempitérna glória,
Peccántium qui crímina
Remíttit et dat præmia.
Amen.

Ad Laudes et per Horas, Antiphona
Dum esset Rex, ut in Communi nec Virg. nec Martyr. 33*.
Capit. In léctulo meo, ut supra in Vesp.

Hymnus.

Summi Paréntis Unice,
Vultu pio nos réspice:
Vocans ad arcem glóriæ
Cor Margarítæ pœnitens.
Amíssa drachma régio
Recóndita est ærário:
Et gemma, delérso luto,
Nitóre vincit sydera.
Jesu medéla vúlnerum,
Spes una pœniténtium,
Per Margarítæ lácrymas
Peccáta nostra díluas.
Dei Párens piíssima,
Hevæ nepótes flébiles
De mille vitæ flúctibus
Salútis in portū vehas.
Uni, Trinóque Dómino
Sit sempitérna glória.
Peccántium qui crímina
Remíttit, et dat præmia. Amen.

℣. Ora pro nobis beáta Margaríta.
℟. Ut digni, etc.

Ad Benedictus, Antiph. Ut cognóvit, resípuit seraphíci Ordinis Magdaléna; dimíssa sunt ei peccáta multa, quia diléxit multum.
Oratio, ut supra.
In Quadr. fit commem. Feriæ.

Ad Tertiam, Ant. In odórem.
Capit. In léctulo.
℟. br. Spécie tua.
℣. Adjuvábit. 31*.

Ad Sextam, Antiph. Jam hiems tránsiit.

Capit. Cant. 8. 6.

Pone me ut signáculum super cor tuum, ut signáculum super bráchium tuum; quia fortis est ut mors diléctio: dura sicut inférnus æmulátio, lámpades ejus, lámpades ignis, atque flammárũ.

℟. br. Adjuvábit.

℣. Elégit eam. 31*.

Ad Nonam.

Ant. Ista est speciósa.

Capit. Cant. 8. 7.

Aquæ multæ non potuérunt extínguere charitátem, nec flúmina óbruent illam: si déderit homo omnem substántiam domus suæ pro dilectióne, quasi nihil despíciet eam.

℟. br. Elégit eam.

℣. Diffúsa. 31*.

In ii. Vesperis omnia ut in primis, præter Antiph. ad Magníficat. Ego diléctο meo, et ad me convérsio ejus; invéni quem díligit ánima mea, ténui eum, nec dimíttam.

Oratio, ut supra.

Deinde fit commem. Cathedræ S. Petri, postea S. Pauli, ut supra 18. Jan. 446., ac tandẽ Fer. in Quadr.

DIE XXIII. FEBRUAR.

CATHEDRÆ ANTIOCHENÆ S. PETRI,

Duplex majus.

Officium fit ut supra in Cathedra Romana. 446.

In Laud. primum fit comm. S. Pauli, ut supr. Postea Vigiliæ, Antiph. et ℣. de Feria occurr. ut ante Psalt. pag. ¶¶

Oratio.

Da, quæsumus omnipotens Deus: ut beáti Mathíæ Apóstoli tui, quã prævenímus, veneránda solémnitas, et devotiónem nobis áugeat, et salútem. Per Dóminum.

Quando autem hoc festum venerit in Quadr. ad Laud. post commem. S. Pauli fit comm. Feriæ occurr. tantum.

Vesperæ de S. Mathia, cum comm. Cathedræ S. Petri, ac S. Pauli. In anno autem Bissextili, quia de festo S. Mathiæ

agitur die 25, Vesperæ integræ dicuntur de festo Cathedræ, ut supra 18.Jan.448 cum comm. Feriæ occurr. si fuerit in Quadr., et tunc de Vig. fit die 24.; et nihil de ea die 23. in Offic. Cathedræ.

DIE XXIV. vel XXV. FEBRUARII

IN ANNO BISSEXTILI

S. MATHIÆ APOST.

Duplex ii. Classis.

Oratio.

Deus, qui beátum Mathíam Apostolórum tuórum collégio sociásti: tríbue, quæsumus; ut ejus interventióne, tuæ circa nos pietátis semper víscera sentiámus. Per Dóm.

Et fit comm. Cathedræ S.Petri. Ant. **Dum esset.** ℣. **Elégit.**

Oratio. **Deus qui beato Petro.** 446. Postea fit commem. S. Pauli, ut ibidem 446.

Et Fer.occur., etiam in Laudib. in Quadr.

In ii. Vesper. omnia ut in eodem Communi Apostolorum 3* cum commemoratiōnib. ut infra.

DIE XXV. vel XXVI. FEBRUARII.

S. SEBASTIANI AB APPARITIO Confessoris i. Ordinis.

Duplex.

Ant. **Similábo eum.**
℣. **Amávit.** 26*.

Oratio.

Deus, qui beátum Sebastiánum Confessórem tuum in simplicitáte cordis ambuláre fecísti, ac cœléstibus donis cumulásti: concéde propítius; ut ejus intercessióne et puris méntibus tibi servíre, et grátiæ tuæ múnera cónsequi valeámus. Per Dóminum.

In Quadr. fit commem. Feriæ, etiam in Laud. Vesp. a Capit. de seq. commemorat. ut infra.

DIE XXVI. vel XXVII. FEBRUARII

S. IGNATII

Episc. et Mart.

Duplex.

Ant. **Iste Sanctus.**
℣. **Glória.**

Orat. Infirmitátem. 11*.
Pro com. B. Sebastiani, Ant. Hic vir.
℣. Justum. 28*.
In Quadr. fit commem. Feriæ, etiam in Laud. Vesp. a Capit. de seq. cum commemorationibus ut infra.

DIE XXVII vel XXVIII. FEBRUARII.

B. EUSTOCHII Virg. ii. Ord.

Duplex. Oratio.

Omnípotens, et misé ricors Deus, qui vitam beátæ Eustóchii Vírginis cum Christo abscónditam, mirabíliter clarificásti; ejus précibus, et imitatióne concéde; ut in hoc sæculo páriter consepúlti, ad vitam resúrgere mereámur ætérnam. Per eumdem.

Pro commem. S. Ignatii Episc. et Mart.
Ant. Qui vult.
℣. Justus. 13*.
Orat. Infirmitátem. 11*
In Quadr. fit commem Feriæ, etiam in Laud. Vesp. a Capit. de seq. cum commemorationibus ut infra.

DIE XXVIII. vel XXIX. FEBRUARII.

B. THOMÆ A CORA Conf. i. Ord.

Duplex.

In Hymn. Méruit supr.
Ant. Similábo eum.
℣. Amávit. 26*.

Oratio.

Deus, qui beátum Thomam tuo amóre succénsum interióri mortificatióne, et exímia in próximum dilectióne decorásti: ejus méritis, precibúsque concéde; ut nosmetípsos pro te abnegántes, et charitátis ópera júgiter exequéntes, ætérna præmia cónsequi mereámur. Per Dómin.

Pro commem. B. Eustochii.
Ant. Veni sponsa.
℣. Diffúsa. 32*.
Oratio ut supra.
Postea fit comm. Feriæ in Quad., etiam in Laud. Vesp. a Capit. de seq. cum commemorationibus ut infra.

FESTA MARTII

Ante Quadr. i. die non impedita dicitur Offic. Defunctorum.

DIE I. MARTII.

B. MATHIÆ DE NAZAREIS Virg. ii. Ord.

Duplex. Oratio.

Dómine Jesu Christe qui beátam Mathíam Vírginem tuam ad tibi caste, et pie serviéndum ubéribus donis attraxísti: ejus, quæsumus, intercessióne concéde; ut casto corde tibi adhæréntes, ætérnam glóriæ corónam consequámur. Qui vivis.

Deinde fit commem. B. Thomæ, Ant. Hic vir. ℣. Justum. 28*.

Oratio, ut supra.

Postea Feriæ, in Quadr., etiam in Laudibus.

In ii. Vesp. fiunt commemorationes ut sequitur infra sequentis.

DIE II. MARTII.

S. MARTINÆ V. et M.

Semid. Oratio.

Deus, qui inter cétera 29*.

In Quadr. fit comm. Feriæ, etiam in Laud.

Si festum S. Martinæ transferri contingat, tunc in primis Vesperis, si a Capitulo fiat de eodem Festo, et in ii. si non sequatur Festum semid. dicitur Hymnus Martinæ célebri, usque ad Quærit præmia, et in fine A nobis ábigas; ad Matutinū dicitur Hymnus Non illam, usque in finem. Quod si in eodem translationis casu solam in i. Vesper. com. habeat, habeat autem ii. Vesp. integras, tunc Hym. Martínæ célebri, dicitur ad Matutinum; Non illam, ad Laudes; ac Tu natale, in ii. Vesp. Si vero non trasferatur, ad Matutinum erit Hymnus, ut sequitur.

AD MATUTINUM.

Hymnus.

Martínæ célebri pláudite nómini,
Cives Romúlei, pláudite glóriæ:
Insígnem méritis dícite Vírginem,

Christi dícite Mártyrem.
Hæc dum conspícuis orta parértibus
Inter delícias, inter amábiles
Luxus illécebras dítibus áfflnit
Fáustæ munéribus domus.
Vitæ despíciens cómmoda, dédicat
Se rerum Dómino, et munífica manu
Christi paupéribus distríbuens opes,
Quærit præmia Cœlitum.
Non illam crúcians úngula, non feræ,
Non virgæ orríbili vúlnere cómmovent:
Hinc lapsi e Superũ sédibus Angeli
Cœlésti dape récreant.
Quin et depósita sævitie leo
Se rictu plácido prójicit ad pedes:
Te, Martína, tamen dans gládius neci
Cœli cœtibus ínserit.
Te, thuris rédolens ara vapóribus
Quæ fumat, précibus júgiter ínvocat,
Et falsum périmens auspícium, tui
Delet nóminis ómine.
A nobis ábigas lúbrica gáudia
Tu, qui Martyribus dexter ades, Deus
Une, et Trine; tuis da fámulis jubar,
Quo clemens ánimos beas. Amen.

AD LAUDES

Hymnus.

Tu natále solum prótege, tu bonæ
Da pacis réquiem Christíadum plagis;
Armórum strépitus, ét fera prælia,
In fines age Thrácios.
Et Regum sócians ágmica sub Crucis
Vexillo, Sólymas nexibus éxime,
Vindéxque innócui sánguinis hósticum
Robur fúnditus érue.
Tu nostrum cólumen, tu decus ínclytum,
Nostrárum obséquium réspice méntium;

Romæ vota libens éxcipe, quæ pio
Te ritu canit et colit.
A nobis ábigas lúbrica gàudia,
Tu, qui Martyribus dexter ades, Deus
Une, et Trine: tuis da fámulis jubar,
Quo clemens ánimos beas. Amen.
℣. Diffúsa.
Vesp. de seq. cum commemorationib. ut infra.

DIE III. MARTII
S. TITI Episc. et Conf.
Duplex.
In Hymno Méruit supr.
℣. Amavit.
Ant. Sacérdos. 22*.
Oratio.

Deus, qui beátum Titum Confessórem tuum atque Pontíficem, apostólicis virtútibus decorásti: ejus méritis et intercessióne concéde; ut juste et pie vivéntes in hoc sæculo, ad cœléstem pátriam perveníre mereámur. Per Dóminum.

Et fit commem. S. Martinæ, Ant. Veni Sponsa.
℣. Diffúsa. 32*.
Postea in Quadr. commem. Feriæ, etiam in Laud.
Vesp. de præced. cum commem. ut infra.

DIE IV. MARTII
S. CASIMIRI Confess.
Semid. Oratio.

Deus, qui inter regáles delícias, et mundi illécebras, sanctum Casimírum virtúte constántiæ roborásti: quæsumus; ut ejus intercessióne fidéles tui terréna despíciant, et ad cœléstia semper aspírent. Per Dóminum.

Deinde fit commem. Fer. in Quadrag.
Postea S. Lucii Papæ, et Mart.
Antiph. Iste sanctus.
℣. Glória et honóre.
Orat. Deus, qui nos. 11*
Ad Laud. si venerit in Quadrag. fit com. Fer. Postea S. Lucii, Ant. Qui odit. ℣. Justus. 12*.
Oratio ut supra.
Vesp. de seq. commemoratio tantum Feriæ in Quadrag.

DIE V. MARTII.

S. JOANNIS-JOSEPHI A CRUCE Conf. i. Ord.

Dupl. ii. classis.

℣. Ora pro nobis beáte Joánnes-Joseph.

℟. Ut digni etc.

Oratio.

Deus, qui beátum Joánnem-Joséphũ Confessórem tuum, per árduas paupertátis, humilitátis, et patiéntiæ vias cœlésti glória sublimásti: da nobis, quæsumus; ut carne mortificáti, ejus imitémur exémpla, et gáudiis perfruámur ætérnis. Per Dóminum.

Postea fit comm. Fer. in Quad. etiam in Laud. Vesper. a Cap. de seq. commemor. ut infra.

DIE VI. MARTII.

S. COLETÆ Virg. ii. Ord.

Dupl. ii. class.

In utrisq. Vesp. et Laud.

℣. Ora pro nobis beáta Coléta. ℟. Ut digni etc.

Oratio.

Dómine Jesu Christe, qui beátam Colétam Vírginem tuam cœléstibus donis cumulásti: tríbue, quæsumus; ut ejus virtútes æmulántes in terris, ætérnis gáudiis cũ ipsa perfruámur in cœlis. Qui vivis.

Et fit comm. S. Joannis-Josephi.

Ant. Hic vir.

℣. Justum dedúxit. 28*.

Orat. Deus, qui, ut supr.

Deinde Fer. in Quadr. etiam in Laud.

Vesp. de præced. cum commem. ut infra.

DIE VII. MARTII.

S. THOMÆ DE AQUINO Conf. et Eccl. Doctoris

Duplex.

Ad Magnific. in utrisq. Vesp.

Ant. O Doctor.... beáte Thoma. 25*.

℣. Amávit. Oratio.

Deus, qui Ecclésiam tuam beáti Thomæ Confessóris tui mira eruditióne clarífícas, et sancta operatióne fœcúndas: da nobis quæsumus; et quæ dócuit, intelléctu conspícere, et quæ egit, imitatióne complére. Per Dom.

In Quadr. fit commem. Fer. occ.
Postea SS. Perpetuæ, et Felicitatis Mart.
In Vesp. et Laud. Ant. Istárum est enim regnũ cœlórum, quæ contempsérunt vitam mundi, et pervenérunt ad præmia regni, et lavérunt stolas suas in sánguine Agni.
℣. Glória et honóre coronásti eas Dómine.
℟. Et constituísti eas super ópera mánuum tuárum.

Oratio.

Da nobis, quæsumus Dómine Deus noster, sanctárum Martyrum tuárum Perpétuæ, et Felicitátis palmas incessábili devotióne venerári: ut, quas digna mente non póssumus celebráre, humílibus saltem frequentémus obséquiis. Per Dóm.
In Laud. fit commem. Feriæ, et Sanctarum Martyr. ut supra.
Vesp. a Cap. de seq. cum comm. ut infra.

DIE VIII. MARTII.

S. JOANNIS DE DEO Confess.

Duplex. Oratio.

Deus, qui beátum Joánnem, tuo amóre succénsum, inter flammas innóxium incédere fecísti, et per eum Ecclésiam tuam nova prole fœcundásti: præsta, ipsíus suffragántibus méritis; ut igne charitátis tuæ vítia nostra curéntur, et remédia nobis ætérna provéniant. Per Dóminum.
Deinde fit commem. S. Thomæ, Ant. O Doctor. ℣. Justum dedúxit. 25*. Oratio. Deus, qui Ecclésiam, ut supra.
Postea Feriæ, etiam in Laud.
Vesp. de seq. commemorationes, ut infra.

DIE IX. MARTII.

S. CATHARINÆ Virg. Bonon. ii. Ord.

Duplex ii. classis.

In utrisq. Vesperis et Laud. ℣. Ora pro nobis, beáta Catharina.
℟. Ut digni etc.

Ad Magnificat, Antiph. Sponsa Jesu amábilis, Catharina virgo; quæ nunc in ætérna pátria sublimáris, almis tuis précibus fac nos consórtes cœléstium cíviũ, quibus collætáris.

Oratio.

Concéde nos fámulos tuos, Deus, beátæ Catharínæ Vírginis suffrágiis adjuvári: cujus odóre unguentórum tráhimur ad tua sancta lætántes. Per Dom.

Deinde fit commem. S. Joannis. Ant. Hic vir. ℣. Justum. 28*.

Oratio. Deus, qui beátũ Joánnem.

Postea Feriæ occurr.

Ad Benedictus, Antiph. Clarum nobis effúlsit sidus, cum Catharína virgo supernórum cívium cœtui adjúncta est in ætérnum.

Oratio. Concéde nos.

Deinde fit comm. Fer.

In ii. Vesp. ℣. Ora etc.

Ad Magnificat, Antiph. O paupertátis, obediéntiæ, ac pudicítiæ spécimen, beáta Catharína, quæ hódie ad sponsi tui núptias vocáta es, duc nos per sémitas justítiæ ad veræ pacis cúmulum: ut summum Regem glóriæ tecum possideámus in ætérnum.

Oratio. Concéde nos.

Commemorat. ut infra.

DIE X. MARTII.

SS. QUADRAGINTA MARTYRUM.

Semiduplex.

Ant. Istórum est enim.

℣. Lætámini, 18*.

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut qui gloriósos Mártyres fortes in sua confessióne cognóvimus; pios apud te in nostra intercessióne sentiámus. Per Dom.

In Quadr. fit commem. Fer. etiam in Laud. Vesp. de seq. commemorationes ut infra.

—

DIE XI. MARTII.
S. FRANCISCÆ Viduæ Romanæ.

Duplex. Oratio.

Deus, qui beátam Francíscam fámulam tuam, inter cétera grátiæ tuæ dona, familiári Angeli consuetúdine decorásti: concéde quæsumus: ut intercessiónis ejus auxílio, Angelórum consórtium cónsequi mereámur. Per Dóminum.

Pro commem. SS. Quadraginta Martyrum. Ant. Gáudent in cœlis. ℣. Exultábunt 21*. Orat Præsta quæsumus. Et fit comm. Fer. etiam in Laud.

Vesp. a Capit. de seq. comm. ut infra.

DIE XII. MARTII.
S. GREGORII I. PAPAE Conf. et Eccl. Doct.

Duplex.

Ad Magnif. in utrisq. Vesp. Ant. O Doctor... beáte Gregóri. 25*. ℣ Amávit. Oratio

Deus, qui ánimæ fámuli tui Gregórii ætérnæ beatitúdinis præmia contulísti: concéde propítius; ut, qui peccatórum nostrórum póndere prémimur, ejus apud te précibus sublevémur. Per Dóm.

Deinde fit commem. S. Franciscæ, Ant. Manum suam. ℣. Diffúsa est. 35* Oratio, ut supra.

Postea Fer. etiã in Laud.

Vesp. a Capit. de seq. commem. ut infra.

DIE XIII. MARTII
B. ROGERII Conf. i. Ord.

Duplex.

In Hymn. Méruit supr.

Oratio.

Deus, qui Seráphico fámulo tuo Francísco beátum Rogérium et sócium, et imitatórem exímium adjunxísti: da nobis utriúsque intervéntu; ambórum ita sequi vestígia, ut assequámur et præmia. Per Dóminum.

Deinde fit com. S. Gregorii. Ant. O Doctor. 25*. ℣. Justum. Orat Deus, qui ánimæ. Postea Fer. etiã in Laud.

Vesp. a Capit. de seq. cum comm. ut infra.

DIE XIV. MARTII.

B. PETRI DE TREJA, sive DE MONTICULO Conf. i. Ord. Duplex. In Hymn. Méruit supr.

Oratio.

Deus, qui beátum Petrum Confessórem tuum cœléstibus donis cumulásti: præsta, quæsumus; ut ejus patrocínio gaudeámus in terris, et glóriæ consórtio perfruámur in cœlis. Per Dóminum.

Pro comm. B. Rogerii. Ant. Hic vir. ℣. Justum. 28*. Or. Deus, qui Seráphico. Postea fit comm. Fer. etiam in Laud.

Deinde Transl. S. Bonaventuræ in primis Vesper. et ad Laudes, ut sequitur.

Ant. O Doctor óptime... beáte Bonaventúra. 25* ℣. Ora pro nobis.

Oratio.

Da, quæsumus omnípotens Deus: ut beáti Bonaventúræ Doctóris, atque Pontíficis Translatiónem recoléntes; et ipsíus eruditióne proficiámus, et charitátis ardórem júgiter æmulémur. Per Dóminum.

In Laudib. Antiphona Qui docti fúerint, fulgébunt quasi splendor firmaménti, et qui ad justítiam erúdiunt multos, quasi stellæ in perpétuas æternitátes. ℣. et Oratio, ut supra.

Vesp. a Cap. de seq. cum comm. ut infra.

DIE XV. MARTII.

COMMEM. SANCTORUM QUORUM CORPORA, et RELIQUIÆ in Eccles. trium Ord. S. P. N. Francisci asservantur.

Duplex. Oratio.

Auge in nobis, Dómine, resurrectiónis fidem, qui in Sanctórum tuórum Relíquiis mirabília operáris: et fac nos immortális glóriæ partícipes, cujus in eórum cinéribus pígnora venerámur. Per Dóminum.

Pro comm. B. Petri.
Ant. **Hic vir.**
℣. **Justum. 28*.**
Oratio, ut supra.
Et fit commem. Feriæ etiam in Laud.
Vesp. a Capit. de seq. commemorat. ut infra.

DIE XVI. MARTII.

B. PETRI SENENSIS Conf. iii. Ord. Duplex.
In Hymn. **Méruit supr.**

Oratio.

Mentis nostræ, quæsumus Dómine, supérbiam sanctæ humilitátis spíritu déprime: qui cœléstibus illustratiónibus beáti Petri Confessóris tui humilitátem, mirabíliter sublimásti. Per Dóm.

Pro comm. SS. quorum Corpora etc.
Ant. **Gáudent in cœlis.**
℣. **Exultábunt. 21*.**
Oratio. **Auge,** ut supra.
Deinde commem. Feriæ etiam in Laud.
Vesp. de præced. commemoratione; ut infra.

—

DIE XVII. MARTII.

S. PATRITII Episc. et Conf.

Semiduplex.

Ant. **Sacérdos, et Pontifex.** ℣. **Amávit. 22*.**

Oratio.

Deus, qui ad prædicándam Géntibus glóriam tuam beátum Patrítium Confessórem atque Pontíficem míttere dignátus es: ejus méritis, et intercessióne concéde; ut, quæ nobis agénda præcipis, te miseránte, adimplére possímus. Per Dómin.

Et fit commem. Feriæ, etiam in Laud.
Vesp. de seq. comm. ut infra.

DIE XVIII. MARTII.

B. SALVATORIS AB HORTA Conf. i. Ord:

Duplex. Oratio.

Concéde, quæsumus omnípotens Deus: ut beáti Salvatóris confessoris tui memóriam recoléntes; ipsíus intercessióne a cunctis malis liberémur in terris, et ad gáudia sempitérna

pervenire mereámur in cœlis. Per Dóminum.
Deinde fit commem. S. Patritii.
Ant. Amávit.
℣. Justum. 24*.
Oratio. Deus, qui ad prædicándam, ut supra.
Postea Feriæ, etiam in Laud.
Vesp. de seq. commem. Feriæ tantum.

DIE XIX. MARTII.

S. JOSEPHI SPONSI B. V. M. Confessoris
Duplex i. classis.

IN I. VESPERIS

Antiphona.

Jacob áutem génuit Joseph virum Maríæ, de qua natus est Jesus, qui vocátur Christus.
Psal. Dixit Dóminus, cum reliq. de Domini-cá 189, et loco ult., Psal. Laudáte Dóminum omnes Géntes 195.
Ant. Missus est Angelus Gábriel a Deo ad Vírginem desponsátam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen Vírginis María.
Ant. Cum esset desponsáta Mater Jesu María Joseph, ántequam convenírent, invénta est in útero habens de Spíritu sancto.
Ant. Joseph vir ejus, cũ esset justus, et nollet eam tradúcere, vóluit occúlte dimíttere eam.
Ant. Angelus Dómini appáruit Joseph, dicens: Joseph fili David, noli timére accípere Maríam cónjugem tuam; quod enim in ea natum est, de Spíritu sancto est; páriet autem Fílium, et vocábis nomen ejus Jesum.
Capit. Prov. 28. et 29.
Vir fidélis multum laudábitur. Et qui custos est Dómini sui, glorificábitur.

Hymnus.

Te, Joseph, célebrent ágmina Cœlitum,
Te cuncti résonent Christíadum chori,
Qui clarus méritis, junctus es ínclytæ
Casto fœdere Vírgini.
Almo cum túmidam gérmine cónjugem

Admírans, dúbio tángeris ánxius,
Afflátus súperi Fláminis Angelus
Concéptum púerum docet.
Tu natum Dóminũ stringis, ad éxteras
Ægypti prófugum tu séqueris plagas,
Amíssum Sólymis quæris, et ínvenis,
Miscens gáudia flétibus.
Post mortem réliquos mors pia cónsecrat,
Palmámque eméritos glória súscipit:
Tu vivens, Súperis par, frúeris Deo,
Mira sorte beátior,
Nobis, summa Trias, parce precántibus,
Da Joseph méritis sydera scándere:
Ut tandem líceat nos tibi pérpetim
Gratum prómere cánticum. Amen.
℣. Constítuit eum Dóminum domus suæ.
℟. Et príncipem omnis possessiónis suæ.
Ad Magnificát, Antiph.
Exúrgens Joseph a somno fecit sicut præcépit ei Angelus Dómini, et accépit cónjugem suam.

Oratio.

Sanctíssimæ Genitrícis tuæ Sponsi, quæsumus Dñe, méritis adjuvémur: ut quod possibílitas nostra non óbtinet, ejus nobis intercessióne donétur. Qui vivis etc.

Postea Feriæ si celebr. in Quadragesima.

AD MATUTINUM.

Invit. Christum Dei Fílium, qui putári dignátus est fílius Joseph: *Veníte, adorémus.
Ps. Veníte exultémus 2.

Hymnus.

Cœlitum Joseph decus, atque nostræ
Certa spes vitæ, columénque mundi,
Quas tibi læti cánimus, benígnus
Súscipe láudes.
Te Sator rerum státuit pudicæ
Vírginis sponsum, voluítque Verbi
Te patrem dici, dedit et minístrum
Esse salútis.

Tu Redemptórem stábulo jacéntem,
Quem chorus Vatum cécinit futúrum,
Aspicis gáudens, humilísque natum
Numen adóras.

Rex Deus regum, Dominátor orbis,
Cujus ad nutum tremit inferórum
Turba, cui pronus famulátur æther,
Se tibi súbdit.

Laus sit excélsæ Tríadi perénnis,
Quæ tibi præbens súperos honóres,
Det tuis nobis méritis beatæ
Gáudia vitæ. Amen.

Ad Laudes, et per Hor.
Antiphona.

Ibant paréntes Jesu * per omnes annos in Jerúsalem, in die solémni Paschæ.

Psal. Dóminus regnávit, cum reliq. 26.

Ant. Cum redirent, * remánsit puer Jesus in Jerúsalem, et non cognovérunt paréntes ejus.

Ant. Non inveniéntes * Jesum, regréssi sunt in Jerúsalem requiréntes eum; et post tríduum invenérunt illum in templo sedéntē in médio Doctórum, audiéntem, et interrogántem eos.

Ant. Dixit Mater ejus ad illum: Fili, quid fecísti nobis sic? Ecce Pater tuus, et ego doléntes quærebámus te.

Ant. Descéndit Jesus * cum eis, et venit Názareth, et erat súbditus illis.

Capit. Vir fidélis.

Hymnus.

Iste, quem læti cólimus fidéles,
Cujus excélsos cánimus triúmphos,
Hac die Joseph méruit perénnis
Gáudia vitæ.

O nimis felix, nimis o beátus,
Cujus extrémam vigiles ad horam
Christus, et Virgo simul astitérunt
Ore seréno!

Hinc stygis victor, láqueo solútus

Carnis, ad sedes plácido
sopóre
Migrat ætérnas, rutilísque cingit
Témpora sertis.
Ergo regnántem flagitémus omnes,
Adsit ut nobis, veniámque nostris
Obtinens culpis, tríbuat supérnæ
Múnera pacis.
Sint tibi pláusus, tibi sint honóres,
Trine, qui regnas, Deus, et corónas
Aureas servo tribuis fidéli
Omne per ævum. Am.
℣. Os justi meditábitur sapiéntiam.
℟. Et lingua ejus loquétur judícium.
Ad Benedictus, Antiph.
Ipse Jesus erat incípiens, quasi annórum trigínta, ut putabátur fílius Joseph.
Oratio. Sanctíssimæ Genitrícis, ut in Vesp.
Deinde fit comm. Fer. in Quadrag.

Ad Tertiam.

Antiph. Cum redírent.
Capitul. Vir fidélis.
℟. br. Constítuit eum * Dóminum domus suæ. Constítuit.
℣. Et príncipem omnis possessiónis suæ. Dóminum domus suæ.
Glória Patri. Constítuit.
℣. Magna est glória ejus in salutári tuo.
℟. Glóriam, et magnum decórem impónes super eum.

Ad Sextam.

Ant. Non inveniéntes.
Capitul. Eccli. 45. 1.
Diléctus Deo, et homínibus cujus memória in benedictióne est. In fide, et lenitáte ipsíus sanctum fecit illum, et elégit eum ex omni carne.
℟. br. Magna est glória ejus, * In salutári tuo. Magna.
℣. Glóriam, et magnum decórem impónes super eum. In salutári tuo.
Glória Patri. Magna.
℣. Justus germinábit sicut lílium.
℟. Et florébit in ætérnum ante Dóminum.

Ad Nonam.
Ant. Descéndit Jesus.
Capit. Sap. 10. 10.
Prófugum justum dedúxit Sapiéntia per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei, et dedit illi sciéntiam Sanctórum : honestávit illum in labóribus, et complévit labóres illíus.
℟. br. Justus germinábit*Sicut lílium. Justus.
℣. Et florébit in ætérnum ante Dñm. Sicut. Glória Patri. Justus.
℣. Plantátus in domo Dómini.
℟. In átriis domus Dei nostri.

In ii. Vesperis.
Ant. Ibant paréntes, ut in Laud., Psalm., Capit. et Hymn. ut in i. Vesp.
℣. Glória, et divítiæ in domo ejus.
℟. Et justítia ejus manet in sæculum sæculi.
Ad Magnificat, Antiph. Ecce fidélis servus, et prudens, quem constítuit Dóminus super famíliam suam.
Orat. Sanctíssimæ Genitrícis, ut supra.
Postea commemorationes ut infra.

DIE XX. MARTII.
B. JOANNIS A PARMA
Conf. i. Ord.
Duplex majus.
Ant. Similábo eum.
℣. Amávit. 26*.
Oratio.
Deus, qui ad tui Nóminis glóriam promovéndam, beáto Joánni Confessóri invíctam spíritus fortitúdinem contulísti: concéde nobis; ut déxtera poténtiæ tuæ adjúti, ad cœléstis glóriæ triúmphum perveníre mereámur. Per Dóminum.
In Quadr. fit comm. Feriæ, etiam in Laud. Vesp. de præced. commemorationes ut infra.

DIE XXI. MARTII.
S. BENEDICTI Abbatis.
Duplex.
Ant. Similábo eum.
℣. Amávit. 26*.
Oratio Intercéssio nos, Deinde fit comm. Fer. etiam in Laud.

Vesp. de seq. commemorationes ut infra.

DIE XXII. MARTII.

S. BENVENUTI

Episc. Auximani, et Conf. i. Ord.

Duplex majus.

Oratio.

Deus, qui beátum Benvenútum Confessórem tuum, atque Pontíficem, pastorâli solicitúdine júgiter vigiláre tribuísti: concéde quæsumus; ut ejus interventióne, quæ nobis agénda præcipis, exequéntes, ad glóriæ *tuæ* fastigium felíciter perducámur. Per Dñm.

Deinde fit comm. S. Benedicti, Ant. **Hic vir.** ℣. **Justum. 28'.**

Orat. **Intercéssio.**

Postea Feriæ occurrent. etiam in Laud.

Vesp. de præced. commemorationes in infra.

DIE XXIII. MARTII.

S. PETRI DAMIANI

Episc. Conf. et Eccl. Doct. Duplex.

In Hymno. **Méruit suprémos.**

Ant. **O Doctor... beáte Petre. 25'.** ℣. **Amávit.**

Oratio.

Concéde nos quæsumus omnipotens Deus, beáti Petri Confessóris tui, atque Pontíficis mónita, et exémpla sectári: ut per terréstrium rerum contémptum, ætérna gáudia consequámur. Per Dóminum.

Postea fit comm. Feriæ etiam in Laud.

Vesp. de seq. commemor. ut infra.

DIE XXIV. MARTII.

S. GABRIELIS ARCH.

Duplex majus.

IN I. VESPERIS.

Ant. **Ingrésso Zacharía,** cum reliq. de Laud. **495.**

Psalm. **Dixit Dóminus,** cum reliq. de Domin. **189.** et loco ult., Psalm. **Confitébor ... quoniám audísti 209.**

At si Festum transferatur, et de eo recitandæ sint etiam ii. Vesperæ tunc in primis, Psalm. ult. erit **Laudate Dñum omnes Géntes. 195**

Capit. Dan. 9. 21.
Ecce vir Gábriel, quem víderam in visióne a princípio, cito volans tétigit me in témpore sacrifícii vespertíni. Et dócuit me, et locútus est mihi, dixítque: Dániel nunc egréssus sum, ut docérem te, et intellígeres.

In utrísq. Vesp. et Laud.
Hymnus.

Méntibus lætis jubilémus omnes,
Plectra tangéntes fídibus canóris,
Inclytus quando Gábriel ab alto
Fulget Olympo.

Vírginis summæ Paranymphus adest
Hódie nobis, simul Angelórum,
Plúrimis Christum vénerans triúmphis,
Cóncio tota.

Cœtus hinc noster Gabriélis almi
Cóncinat láudes, celebrétque nomen:
Unus ex septem, Dómino qui in áula
Júgiter astant.

Núntius cœli, mediátor idem
Extat a summis Gábriel ubíque
Lætus, et mundo résonat secréta
Omnipoténtis.

Núntia nobis, Gábriel, precámur,
Pacis ætérnæ speciále munus,
Quo poli tandem teneámus áulam
Semper ovántes.

Præstet hoc nobis Déitas beáta
Patris, ac Nati, paritérque sancti
Spíritus, cujus résonat in omni
Glória mundo.
Amen.

℣. Stetit Angelus juxta aram templi.
℟. Habens thuríbulum áureum in manu sua.

Ad Magnificat. Antiph.
Ingréssus Gábriel Angelus ad Maríam Vírginem dixit: Ave grátia plena: Dóminus tecum: Benedícta tu in muliéribus.

Oratio.

Deus, qui inter céteros Angelos ad annuntiándū Incarnatiónis Filii tui mystérium Gabriélem Archángelum elegísti: concéde propítius; ut qui festum ejus celebrámus in terris, ipsíus patrocínium sentiámus in cœlis. Per eúmdem.

Dein. fit comm. S. Petri

Ant. O Doctor. 25*.

℣. Justum. 24*.

Oratio. Concéde.

Póstea comm. Feriæ.

AD MATUTINUM.

Invit. Regem Archangelórum Dóminum, * Venite, adorémus.

Psal. Venite. 2.

Hymnus.

En noctis médiū, súrgite própere
Cantémus Dómino jam nova cántica;
E cœlo Gábriel nam venit ómnibus,
Vitæ núntius óptimus.
Ingréssus plácide límina Vírginis,
Quod prolem páriet cœlitus, ínstruit,
Quæ collum túmidi cónterat áspidis,
Ac Adæ genus érigat.
Altérnis ígitur jam chorus ésferat
Exúltans ánimo vócibus Angelum,
Humáno genéri qui nova témpora,
Et cœli bona núntiat.
Sed quæ vox hóminum prómere súfficit,
Quæ mundo Gábriel múnera cónferat?
Sanctas hic ánimas, quas Deus ádvocat,
Lætus ducit in æthera.
Te Princeps ígitur ínclyte, quæsumus,
Pro nobis miséris póscito grátiam;
Fac et propítium, qui valet ómnia,
Nobis ut véniam ásferat. Amen.

In iii. Nocturno.

Ps. Benédic...et omnia. 169.

Ad Laudes, et per Hor. Antiphona.

Ingrésso Zacharía* templum Dñi, appáruit ei Gábriel Angelus stans a dextris altáris incénsi.

Psal. Dóminus regnávit, cum reliquis 26.

Ant. Ait autem Angelus: * Ne tímeas, Zacharía, quóniam exaudíta est deprecátio tua.

Ant. Ego sum Gábriel* Angelus, qui asto ante Deum, et missus sum loqui ad te.

Ant. Gábriel Angelus locútus est Maríæ, dicens: Ecce concípies in útero, et páries fílium, et vocábis nomen ejus Jesum.

Ant. Dixit autem María* ad Angelum: Quómodo fiet istud, quóniam virum non cognósco ? Et respóndens Gábriel Angelus dixit ei : Spíritus sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi.

Capit. Ecce vir Gábriel.

Hymn. Méntibus lætis.

℣. Stetit Angelus juxta aram templi.

℟. Habens thuríbulum áureum in manu sua.

Ad Benedictus, Antiph. Gábriel Angelus descéndit ad Zacharíam, et ait illi: Uxor tua páriet tibi fílium, et vocábis nomen ejus Joánnem, et multi in nativitáte ejus gaudébunt : ipse enim præíbit ante fáciem Dómini paráre vias ejus.

Oratio. Deus, qui inter céteros, ut in Vesp.

Postea fit comm. Feriæ in Quadrag.

Ad Tertiam, Antiphona Ait autem Angelus.

Capit. Ecce vir Gábriel.

℟. br. Stetit Angelus * Juxta aram templi. Stetit Angelus.

℣. Habens thuríbulum áureum in manu sua. Juxta. Glória. Stetit.

℣. Ascéndit fumus arómatum in conspéctu Dómini.

℟. De manu Angeli.

Ad Sextam, Antiphona. Ego sum Gábriel.

Capit. Dan. 9. 23.

Ego autem veni, ut indicárem tibi, quia vir desideriórum es. Septuagínta hebdómades abbreviátæ sunt ,

ut finem accípiat peccátum, et impleátur vísio, et prophetía, et ungát:ur Sanctus sanctorũ.

℟. br. Ascéndit fumus arómatum * In conspéctu Dómini. Ascéndit.

℣. De manu Angeli. In conspéctu.

Glória Patri. Ascéndit.

℣. In conspéctu Angelórum psallam tibi, Deus meus.

℟. Adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo.

Ad Nonám, Antiphona. Dixit autem María.

Capit. Dan. 9. 25.

Scito ergo, et animadvérte: Ab éxitu sermónis, ut íterum ædificétur Jerúsalem, usque ad Christum ducem, hebdómades septem, et hebdómades sexaginta duæ erunt.

℟. br. In conspéctu Angelórum, * Psallam tibi, Deus meus. In.

℣. Adorábo ad templũ sanctũ tuum, et confitébor nómini tuo. Psallam.

Glória. In conspéctu.

℣. Adoráte Deum.

℟. Omnes Angeli ejus.

Vesp. de Annuntiatione B. M. V. cum comm. S. Gabrielis Arch., et Feriæ in Quadrag.

Si vero dicendæ sint ii. Vesp. S. Gabrielis tunc dicitur. Ant. Ingrésso Zacharía, cum reliq. de Laud.; Psal. Dixit Dñs. cum reliq. de Domin. 189. et loco ult., Ps. Confitébor... quoniã audísti 209.; Cap., et Hymnus in i. Vesp.; ℣, et Aña ad Magníficat, ut infra.

DIE XXV. MARTII.

ANNUNTIATIONIS B. M. V.

Duplex ii. classis.

Si hoc festum incidat in Dominicã aliquam Quadrag. aut in aliud Fest. quod præferri item debeat secundum occurrentiæ leges, vel in Major. Hebdom. aut Pascha, fiet ut in Rubr. pecul. n. 7. Tit. X.

IN I. VESPERIS.

Ant. Missus est, cum rel. de Laud.

Psalm. Dixit Dóminus,

cum reliq. ut in Festis B.M. V. per annū. 40*.
Capit. Isai. 7. 14.
Ecce Virgo concípiet, et páriet filium, et vocábitur nomen ejus Emmánuel. Butyrum, et mel cómedet, ut sciat reprobáre malum, et elígere bonum.
Hym. Ave maris stella.
℣. Ave María, grátia plena.
℟. Dóminus tecum.
Ad Magnificat, Antiph. Spíritus sanctus in te descéndet, María, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi.

Oratio.

Deus, qui de beátæ Maríæ Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscípere voluísti: præsta supplícibus tuis; ut qui vere eam Genitrícem Dei crédimus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per eúmdem Dom.
Et fit comm. S. Gabr. Ant. Archángelus Gábriel ait ad Maríam: Non erit impossíbile apud Deum omne verbum. Dixit autem María: Ecce Ancílla Dómini, fiat mihi secúndum verbum tuum. Et discéssit ab ea Angelus.
℣. In conspéctu Angelórum psallam tibi, Deus meus.
℟. Adorábo ad templū sanctum tuum, et confitébor nómini tuo.
Oratio. Deus, qui inter céteros, ut supra.
Postea fit comm. Feriæ in Quadrag. Ad Completorium, et Hor. diei in fine Hym. dicitur, Jesu tibi sit.
Ad Laudes, et per Hor.

Antiphona.

Missus est* Gábriel Angelus ad Maríam Vírginem desponsátam Joseph.
Psal. Dóminus regnávit, cum reliquis. 26.
Ant. Ave María, *grátia plena: Dóminus tecum: Benedícta tu in muliéribus.
Ant. Ne tímeas, María,* invenísti grátiam apud

Dóminum: ecce concípies, et páries Fílium.

Ant. Dabit ei Dóminus sedem David patris ejus, et regnábit in ætérnum.

Ant. Ecce ancílla Dómini,* fiat mihi secúndum verbum tuum.

Capit. Ecce Virgo.

Hymn. O gloriósa Vírginum. 53*.

℣. Ave María, grátia plena.

℟. Dóminus tecum.

Ad Benedictus, Antiph. Quómodo fiet istud, Angele Dei, quóniam virum non cognósco? Audi, María Virgo: Spíritus sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi.

Oratio. Deus, qui de beátæ Maríæ, ut supra.

Deinde fit comm. Fer.

Ad Primam in ℟. br. dicitur. ℣. Qui natus.

Ad Tertiam, Antiph. Ave María.

Capit. Ecce Virgo.

℟. br. Spécie tua.

℣. Adjuvábit. 54*.

Ad Sextam, Antiphona. Ne tímeas María.

Capit. Luc. 1. 32.

Dabit illi Dóminus Deus sedem David patris ejus, et regnábit in domo Jacob in ætérnum, et regni ejus non erit finis.

℟. br. Adjuvábit eam.

℣. Elégit eam. 54*.

Ad Nonam, Antiphona. Ecce ancílla Dómini.

Capit. Isai. 11. 1.

Egrediétur virga de radíce Jesse, et flos de radíce ejus ascéndet. Et requiéscet super eum Spíritus Dómini.

℟. br. Elégit eam Deus.

℣. Diffúsa est. 54*.

In ii. Vesp. omnia ut in primis.

Ad Magníficat, Antiph. Gábriel Angelus locútus est Maríæ, dicens: Ave grátia plena, Dóminus tecum: Benedícta tu in muliéribus.

Oratio ut supra.

Postea comm. ut infra

—

DIE XXVI. MARTII.
B. RIZZERII A MUCIA
Conf. i. Ord.
Duplex
In Hymn. Méruit supr.
Ant. Similábo eum.
℣. Amávit. 26*.
Oratio.
Omnípotens, et miséricors Deus, qui beáto Rizzério Confessóri tuo donum curatiónum contulisti: tríbue nobis quæsumus; ut ejúsdem intercessióne ab ómnibus malis expedíti corónam glóriæ cónsequi mereámur. Per Dóm.
Postea fit comm. Feriæ, etiam in Laud.
Vesp. a Cap. de seq. cum comm. ut infra

DIE XXVII. MARTII.
B. PEREGRINI
Conf. i. Ord.
Duplex
In Hymno. Méruit supremos.
Oratio.
Omnípotens, et misericors Deus, qui nobis in beáto Peregríno Confessóre tuo, insigne humilitátis exémplar tribuísti: præsta quæsumus; ut ipsíus vestigiis inhæréntes in terris, promissa humílibus præmia consequámur in cœlis. Per Dóminum.
Pro comm. B. Rizzerii.
Ant. Hic vir.
℣. Justum. 28*.
Oratio. Omnípotens.
Postea fit comm. Feriæ, etiam in Laud.
Vesp. a Capit. de seq. cum comm. ut infra;

DIE XXVIII. MARTII.
B. MARCI DE MONTE GALLO Conf. i. Ord.
Duplex.
In Hymn. Méruit supr.
Oratio.
Deus, qui per beátum Marcum Confessórem tuum ad tui, et próximi amórem fidéles excitásti: quæsumus; ut ejus précibus et méritis, charitátis ópera júgiter exercére mereámur. Per Dom.
Pro comm. B. Peregríni. Ant. Hic vir.
℣. Justum. 28*.
Orat. Omnípotens. ut supra.

Postea fit comm. Feriæ, etiam in Laud.
Vesp. a Capit. de seq. comm. ut infra

DIE XXIX. MARTII.

B. PAULÆ GAMBARA COSTA Vid. iii. Ord.

Duplex. Oratio.

Dómine Jesu, qui beátam Paulam tuæ Crucis imitatióne in via sanctitátis perfecísti: ejus méritis, et exémplo concéde, ita nos hujus vitæ ærúmnas toleráre; ut in hora éxitus nostri Crucis ampléxu consolémur: Qui vivis.

Pro comm. B. Marci. Ant. **Hic vir.**
℣. **Justum. 28*.**
Dein. Fer., etiã in Laud.
Vesp. de seq. comm. ut infra.

DIE XXX. MARTII.

B. ANGELÆ FULGINATIS Vid. iii. Ord.

Duplex maj.
Oratio.

Deus, dulcédo córdiũ, et lumen Beatórum, qui beátam Angelam fámulam tuam mira rerum cœléstium contemplatióne recreásti: concéde; ut ipsíus méritis, et intercessióne, ita te cognoscámus in terris, ut in revelatióne glóriæ tuæ gaudére mereámur in cœlis. Per Dóminum.

Postea fit commem. B. Paulæ, Ant. **Manum.**
℣. **Diffúsa. 35*.**
Orat. ut supra.
Et Fer., etiam in Laud.
Vesp. de præced. comm. ut infra

DIE XXXI. MARTII.

B. BERNARDI A CORLEONE Conf. Ord. Min. Cappucc.

Semiduplex ad libitum.
In Hymn. **Méruit supr.**
Oratio.

Deus, qui Beátum Bernárdum Confessórẽ tuum heróica charitâte, et admirábili pœniténtia clarére fecísti: ejus nobis intercessióne concéde, ut super ómnia toto cordis afféctu dilígere, et dignos pœniténtiæ fructus fácere. Per Dóminum.

Et fit commem. Feriæ, etiam in Laud.

FERIA SEXTA
post Domin. Passionis

FESTUM VII. DOLORUM B. M. V.

Duplex maj.

Si hæc Feria vi. fuerit impedita Festo altior. ritus, vel dignitatis, transfertur in sabb. sequens, dummodo non fiat in eo de festo altioris gradus: quia tunc illo anno omittitur.

IN I. VESPERIS

Ant. **Vadam ad montem,** cum rel. de Laud. Psal. **Crédidi,** cum reliquis ut in Vesper. Feriæ v. in Cœna Dómini **345.**

Capit. **Isaiæ 53. 1.**

Quis crédidit audítui nostro? et bráchiũ Dómini cui revelátum est? Et ascéndet sicut virgúltum coram eo, et sicut radix de terra sitiénti.

Hymnus.

**Stabat Mater dolorósa,
Juxta Crucem lacrymósa,
Dum pendébat Fílius.
Cujus ánimam geméntem,
Contristátam, et doléntem,
Pertransívit gládius.
O quam tristis et afflícta
Fuit illa benedícta
Mater Unigéniti!
Quæ mœrébat, et dolébat,
Pia Mater dum vidébat
Nati pœnas ínclyti.
Quis est homo, qui non fleret,
Matrem Christi si vidéret
In tanto supplício?
Quis non posset contristári
Christi Matrem contempIári
Doléntem cum Filio?
Pro peccátis suæ géntis,
Vidit Jesum in torméntis,
Et flagéllis súbditum.
Vidit suum dulcem Natum,
Moriéndo desolátum,
Dum emísit spíritum.
Eja Mater, fons amóris,
Me sentíre vim dolóris**

Fac ut tecum lúgeam.
Fac, ut árdeat cor meũ
In amándo Christum
Deum,
Ut sibi compláceã. Am.

Ubi hoc fest. i. Vesp. careat, præcedens Hymnus dicit. ad Matut.; Hymn. Matut. ad Laudes; et Hymn. Laudum in ii. Vesp., si has integras habeat; quod si non habeat, duo priores Hymni junguntur ad Matut., et ad Laud. dicitur Hymnus ut ibi.

℣. Ora pro nobis, Virgo dolorosíssima.
℟. Ut digni, etc.

Ad Magnificat, Antiph. Tuam ipsíus ánimam (ait ad Maríam Símeon) pertransíbit gládius.

Oratio.

Deus, in cujus passióne, secúndum Simeónis prophetíam, dulcíssimam ánimam gloriósæ Vírginis, et matris Maríæ dolóris gládius pertransívit: concéde propítius; ut qui transfixiónem ejus, et passiónem venerándo recólimus, gloriósis méritis et précibus ómnium Sanctórum Cruci fidéliter astántium intercedéntibus, Passiónis tuæ effécłum felícem consequámur: Qui vivis, etc.

Et fit comm. Feriæ.

Ad Completor., et per Horas diei in fine Hym. dic Jesu...Qui natus es.

AD MATUTINUM.

Invit. Dolóres gloriósæ recoléntes Vírginis, Dóminum pro nobis passum, * Veníte, adorémus.

Psalm. Vénite. 2.

Hymnus.

Sancta Mater istud
agas,
Crucifíxi fige plagas
Cordi meo válide.
Tui Nati vulneráti,
Tam dignáti pro me
pati,
Pœnas mecum dívide.
Fac me tecum pie flére,
Crucifíxo condolére,
Donec ego víxero.
Juxta Crucem tecum
stare,
Et me tibi sociáre
In planctu desídero. Am.

A : Laudes. et per Hor.

Antiphona.

Vadam ad montē myrrhæ,* et ad collem thuris.

Psal. Dóminus regnávit, cum reliquis, 26.

Antiph. Diléctus meus* cándidus, et rubicúndus: comæ cápitis ejus sicut púrpura regis vincta canálibus

Antiph. Quo ábiit* diléctus tuus, o pulchérrima mulíerum? Quo diléctus tuus declinávit?

Ant. Fascículus myrrhæ diléctus meus mihi, inter úbera mea commorábitur.

Ant. Fulcíte me flóribus,*stipáte me malis, quia amóre lángueo.

Capit. Quis crédidit.

Hymnus.

Virgo Vírginum præclára,
Mihi jam non sis amára:
Fac me tecum plángere.
Fac ut portem Christi mortem,
Passiónis fac consórtē,
Et plagas recólere.
Fac me plagis vulnerári,
Fac me Cruce inebriári,
Et cruóre Filii,
Flammis ne urar succénsus,
Per te, Virgo, sim defénsus
In die judícii.
Christe, cum sit hinc exire,
Da per Matrem me veníre
Ad palmam victóriæ.
Quando corpus moriétur,
Fac ut animæ donétur
Paradísi glória. Amen.

℣. Ora pro nobis, Virgo dolorosissima.

℟. Ut digni.

Ad Benedictus, Antiph. Cum vidísset Jesus matrem stantē juxta crucem, et discípulum, quem diligébat, dicit matri suæ : Múlier, ecce fílius tuus. Deinde dicit discípulo : Ecce Mater tua.

Oratio. Deus, in cujus passióne, ut in Vesp.

Deinde fit comm. Fer.

Ad Primam

Ant. Vadam ad montem.

R'. br. Christe, Fili Dei vivi etc.

℣. Qui passus es pro hómine.

Ad Tertiam.

Antiph. Diléctus meus.

Capit. Quis crédidit.

R'. br. Pósuit me * Desolátam. Pósuit.

℣. Tota die mœróre conféctam. Desolátam.

Glória Patri. Pósuit me.

℣. Fácies mea intúmuit a fletu. ℟. Et pálpebræ meæ caligavérunt.

Ad Sextam,

Antiph. Quo ábiit.

Capit. Isa. 53. 5.

Ipse vulnerátus est propter iniquitátes nostras, attrítus est propter scélera nostra: disciplína pacis nostræ super eum, et livóre ejus sanáti sumus.

R'. br. Fácies mea * Intúmuit a fletu. Fácies mea.

℣. Et pálpebræ meæ caligavérunt. Intúmuit.

Gloria Patri. Fácies.

℣. Deus, vitam meam annuntiávi tibi.

℟. Posuísti lácrymas meas in conspéctu tuo.

Ad Nonam,

Ant. Fulcíte me flóribus.

Capit. Isa. 53. 8.

Generatiónem ejus quis enarrábit? quia abscíssus est de terra vivéntium: propter scelus pópuli mei percússi eum.

℟. br. Deus, vitam meã * Annuntiávi tibi. Deus.

℣. Posuísti lacrymas meas in conspéctu tuo. Annuntiávi.

Gloria Patri. Deus.

℣. Ora pro nobis Virgo dolorosíssima.

℟. Ut digni.

In ii. Vesp. omnia ut in primis præter seq. Ant.

At si hoc Fest. i. Vesp. non habuerit, hic dicitur Hymn. Laudum, ut supra in Rubrica posita in i. Vesp.

Ad Magnificat, Antiph. Cum vidísset Jesus Matrem stantē juxta Crucem, et discípulum, quem diligébat, dicit Matri suæ: Múlier, ecce Fílius tuus. Deinde dicit

discípulo: Ecce Mater tua. Orat. Deus, in cujus.

FESTA APRILIS

DIE II. APRILIS

S. FRANCISCI DE PAULA Confess.

Duplex. Oratio.

Deus, humílium celsitúdo, qui beátum Francíscum Confessórem Sanctórum tuórum glória sublimásti: tríbue quæsumus; et ejus méritis, et imitatióne, promíssa humílibus præmia felíciter consequámur. Per Dóminum.

In Quadrag. fit comm. Feriæ, etiam in Laud. Vesp. de seq. comm. ut infra.

DIE III. APRILIS

S. BENEDICTI A PHILADELPHO Conf. 1. Ord.

Dupl. ii. class.

In Hymno Méruit supr. In utrisq. Vesp. et Laud. ℣. Ora pro nobis, beáte Benedícte. ℟. Ut digni.

Oratio.

Deus, qui beátum Benedíctum Confessórem tuum cœléstibus donis locupletásti, eúmque in Ecclésia tua signis, et virtútibus clarére fecísti: præsta, quæsumus; ut ejus méritis, et précibus tua benefícia capiámus. Per Dñm.

Pro comm. S. Francisci de Paula, Ant. Hic vir. ℣. Justum 28*. Or. Deus humíliũ, ut sup. In Quadrag. fit comm. Feriæ, etiam in Laud. Vesp. de præced. cum commem. ut infra.

DIE IV. APRILIS

S. ISIDORI Episc., Conf. et Eccles. Doctoris.

Duplex.

Ad Magnificat in utrisque Vesper. Antiphona O Doctor óptime...beáte Isidóre.

Oratio. Deus, qui pópulo tuo. 25*.

In Laud. fit com. Fer. si venerit in Quadrag. Vesp. a Capit. de seq. commem. ut infra.

DIE V. APRILIS.

S. VINCENTII FERRERII Confessoris.

Duplex. Oratio.

Deus, qui Ecclésiam tuam beáti Vincén-

tii Confessóris tui méritis, et prædicatióne illustráre dignátus es: concéde nobis fámulis tuis; ut et ipsíus instruámur exémplis, et ab ómnibus ejus patrocínio liberémur advérsis. Per Dóminum.

Pro comm. S. Isidóri. Antiph. O Doctor. 25*. ℣. Justum.

Oratio. Deus, qui pópulo tuo.

In Quad. fit comm. Fer. etiam in Laud, ac in ii. Vesperis.

DIE VIII. APRILIS.

B. JULIANI A S. AUGUSTINO Conf. 1. Ord.

Duplex. Oratio.

Deus, qui beátum Juliánum Confessórem tuum per humilitátis, et innocéntiæ sémitas, ad cœléstis glóriæ fastígium perduxísti: fac nos per ejus vestígia gradiéntes supérbe non sápere, et ad te puris méntibus perveníre. Per Dom.

Et fit comm. Feriæ etiã in Laud., et in ii. Vesp.

DIE XI. APRILIS.

S. LEONIS I. PAPÆ Conf. et Eccl. Doct.

Duplex.

Ad Magnif. in utrisque Vesper. Antiph. O Doctor.... beáte Leo. 25*.

Oratio. Exáudi, quæsumus Dómine, ut in Communi. 22*.

Et fit commem. Fer. etiam ad Laud. in Quadr. Vesp. a Capit. de seq. comm. ut infra.

DIE XII. APRILIS.

B. ANGELI A CLAVASIO Conf. i. Ord.

Duplex. Oratio.

Deus, qui ad expugnándos Ecclésiæ tuæ hostes, beátum Angelum Confessórem tuum invícta ánimi fortitúdine roborásti: ejus nobis méritis et intercessióne concéde; ut ómnium hóstium superátis insídiis perpétua pace lætémur. Per Dom.

Pro comm. S. Leonis Papæ, Ant. O Doctor. 25*. ℣. Justum.

Oratio. Exáudi, quæsumus, ut supra.

Postea Fer. si venerit in Quadr., etia in Laud. Vesp. de præced, cum comm. ut infra

DIE XIII. APRILIS.

S. HERMENEGILDI Martyris.

Semiduplex.

Ant. Iste Sanctus. 11*.

℣. Glória, et honóre.

Tempore Pasch.

Ant. Lux perpétua. 15*

℣. Sancti, et justi.

Oratio.

Deus, qui beátum Hermenegíldũ Mártyrem tuum cœlésti regno terrénum postpónere docuísti: da, quæsumus nobis ejus exémplo cadúca despícere, atque ætérna sectári. Per Dóminum.

In Quadrag. fit comm. Feriæ, etiam in Laud. Si hoc Festum transferatur, nec præcedat Duplex aliquod, vel Dominica, Hymn. sequens, Regáli sólio, ponitur in Vesperis, ac Laudibus. Ad Matut. vero dicitur Hymn. Nullis te génitor, qui habet. infra ad Laudes. Alias dicuntur ut infra; et in ii. Vesp., si forte istæ sint integræ, repetitur Hymnus Regáli sólio, usque ad Nullis te genitor.

AD MATUTINUM.

Hymnus.

Regáli sólio fortis Ibériæ
Hermenegílde jubar, glória Mártyrum,
Christi quos amor almis
Cœli cœtibus ínserit.

Ut perstas pátiens, pollícitum Deo
Servans obséquium! quo pótius tibi
Nil propónis, et arces
Cáutus nóxia, quæ placent.

Ut motus cóhibes, pábula, qui parant
Surgéntis vítii, non dúbios agens
Per vestígia gressus,
Quo veri via dírigit!

Sit rerum Dómino jugis honor Patri,
Et Natum célebrent ore precántium,
Divinúmque suprémis
Flamen láudibus éfferant, Amen,

AD LAUDES.

Hymnus.

Nullis te génitor blandítiis trahit,
Non vitæ cáperis divitis ótio,
Gemmarúmve nitóre,
Regnandíve cupídine.
Diris non ácies te gládii minis,
Nec terret périmens carníficis furor:
Nam mansúra cadúcis
Præfers gáudia cœlitum.
Nunc nos e Súperū prótege sédibus
Clémens, atque preces dum cánimus tua
Quæsitam nece palmam,
Pronis áuribus éxcipe.
Sit rerum Dómino jugis honor Patri,
Et Natum célebrent ora precántium,
Divinúmque suprémis
Flamen láudibus éfferant. Amen.

In ii. Vesp. fit comm. SS. Tiburtii, et Socior. Martyrum.

DIE XIV. APRILIS.

SS. TIBURTII, VALERIANI, et MAXIMI Martyrum.

Simplex.

Ant. **Istórum est. 18*.**
℣. **Lætámini.**
Alias, Ant. **Lux perpétua. 15*.**
℣. **Sancti, et justi.**

Oratio.

Præsta, quæsumus omnípotens Deus: ut qui sanctórum mártyrum tuórum Tibúrtii, Valeriáni, et Máximi solémnia cólimus; eórum étiam virtútes imitémur. Per Dóm.

DIE XVI. APRILIS.

Hac die, in qua S. P. N. FRANCISCUS anno 1209 Professionem emisit cum sociis suis in manibus Innocentii Tertii, omnes utriusque sexus Personæ, quibus usus hujus Breviarii concessus reperitur, renovare curent suam Professionem, etc. ut in Brev. notat. hac die, et Rubricar. an. 1696. num. 17.

S. RAPHAELIS ARCHAN.
Dupl. ii. class.
IN I. VESPERIS.

Antiph. Missus est cum reliq. de Laud. Psalm.

Dixit Dñus, cum reliq. de Domin. 189. et loco ult., Psalm.

Laudáte Dóminũ omnes Gentes. 195.

Capit. Tob. 12.12.

Quando orábas cum lácrymis, et sepeliébas mórtuos, et derelinquébas prándium tuum, et mórtuos abscondébas per diem in domo tuã, et nocte sepeliébas eos, ego óbtuli oratiónem tuam Dómino.

Hymnus.

Tibi Christe splendor Patris,
Vita, virtus córdium,
In conspéctu Angelórũ
Votis, voce psállimus:
Alternántes concrepándo
Melos damus vócibus.
Collaudámus venerántes
Omnes cœli Príncipes,
Sed præcípue fidélem
Médicum, et cómitem
Raphaélem, in virtúte
Alligántem dæmonem.
Quo custóde procul pelle,
Rex Christe piíssime,
Omne nefas inimíci,
Mundo corde, et córpore:
Paradíso redde tuo
Nos sola cleméntia.
Glóriam Patri melódis
Personémus vócibus:
Glóriam Christo canámus,
Glóriam Paráclito:
Qui trinus et unus Deus
Extat ante sæcula. Am.

℣. Stetit Angelus juxta aram templi.
℟. Habens thuríbulum áureum in manu sua.

Ad Magnificat, Antiph. Ego sum Ráphael Angelus, qui asto ante Dóminum: vos autem benedícite Deum, et narráte ómnia mirabília ejus.

Oratio.

Deus, qui beátum Raphaélem Archángelum Tobíæ fámulo tuo cómitem dedísti in via:

concéde nobis fámulis tuis; ut ejúsdem semper protegámur custódia, et muniámur auxílio. Per Dóminum.

In Quadr.comm.Feriæ.

AD MATUTINUM.

Inv. Regem Archangelórum Dóminum, * Veníte adorémus.

Ps. Veníte exultémus. 2.

Hymnus. Tibi Christe.

In iii. Nocturno.

Ult. Psal. Bénedic ... et ómnia. 169.

Ad Laudes, et per Hor.

Antiphona.

Missus est * Angelus Ráphael ad Tobíam, et Saram, ut curáret eos.

Psal. Dóminus regnávit, cum reliq. 26.

Ant. Ingréssus Angelus* ad Tobíam, salutávit eum, et dixit: Gáudium sit tibi semper.

Ant. Forti ánimo * esto, Tobías: in próximo enim est, ut a Deo curéris.

Ant. Benedícite Deum cœli, et coram ómnibus vivéntibus confitémini illi, quia fecit vobíscum misericórdiam suam.

Ant. Pax vobis,* nolíte timére: Deum benedícite, et cantáte illi.

Capit. Quando orábas.

Hymnus.

Christe, sanctórum decus Angelórum,
Rector humáni géneris, et áuctor,
Nobis sacrátum tríbue benígnus
Scándere cœlum.

Angelum nobis médicū salútis
Mitte de cœlis Ráphael, ut omnes
Sanet ægrótos, paritérque nostros
Dírigat actus.

Hinc Dei nostri Génitrix María,
Totus, et nobis chorus Angelórum
Semper assístat, simul et beáta
Cóncio tota.

Præstet hoc nobis Déitas beáta
Patris, ac Nati, paritérque sancti
Spíritus, cujus résonat in omni

Glória mundo. Amen.
℣. In conspéctu Angelórum psallam tibi, Deus meus.
℟. Adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo.
Ad Benedictus, Antiph. Ego sum Ráphael Angelus, qui asto ante Dóminum: vos autem benedícite Deum, et narráte ómnia mirabília ejus.
Oratio Deus, qui beátum Raphaélem, ut sup.
In Quadr. comm. Feriæ.

Ad Tertiam.

Ant. Ingréssus Angelus.
Capit. Quando orábas, ut supra.
℟. br. Stetit Angelus * Juxta aram templi. Stetit Angelus.
℣. Habens thuríbulum áureum in manu sua. Juxta.
Glória Patri. Stetit.
℣. Ascéndit fumus arómatum in conspéctu Dómini.
℟. De manu Angeli.

Ad Sextam.

Ant. Forti ánimo.
Capit. Tob. 12. 14.
Et nunc misit me Dóminus, ut curárem te, et Saram uxórem fílii tui a dæmónio liberárem. Ego enim sum Ráphael Angelus, unus ex septem, qui astámus ante Dóminum.
℟. br. Ascéndit fumus arómatum.* In conspéctu Dómini. Ascéndit.
℣. De manu Angeli. In conspéctu.
Glória Patri. Ascéndit.
℣. In conspéctu Angelórum psallam tibi, Deus meus.
℟. Adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo.

Ad Nonam.

Ant. Pax vobis.
Capit. Tob. 12. 20.
Tempus est, ut revértar ad eum, qui me misit: vos autem benedícite Deum, et narráte ómnia mirabília ejus.
℟. br. In conspéctu Angelórum, * Psallam tibi, Deus meus. In conspectu.

℣. Adorábo ad templū sanctum tuum, et confitébor nómini tuo. Psallam.

Glória. In conspéctu.

℣. Adoráte Deum.

℟. Omnes Angeli ejus.

In ii. Vesperis, Antiph. Missus est Angelus, cum reliq. de Laud.

Psalm. Dixit Dóminus, cum reliq. de Domin. 189. et loco ult., Ps. Confitébor ... quoniam audísti. 209.

Capit., Hymn., et ℣. ut in i. Vesp.

Ad Magnificat, Antiph. Princeps gloriosíssime, Ráphael Archángele, esto memor nostri: hic, et ubíque semper precáre pro nobis Fílium Dei.

Oratio. Deus, qui beátū.

In Quadr. fit comm. Fer. Deinde S. Aniceti Papæ, et Mart. ut infra.

In locis vero, et ditionibus, ubi Festum hoc alia die celebratur, iterum a Nostratibus non est recitandum præsens, aut aliud S. Archangeli Offic.

DIE XVII. APRILIS.

S. ANICETI Papæ et Martyris.

Simplex.

Ant. Iste sanctus.

℣. Glória, et honóre. 11*

Tempore Paschali.

Ant. Lux perpétua.

℣. Sancti, et justi. 15*

Orat. Deus qui nos. 11*

DIE XVIII. APRILIS.

B. ANDREÆ HYBERNONII Confess. i. Ord.

Duplex. Oratio.

Deus, qui beátum Andréam Confessórem tuum admirábilis innocéntiæ, et contemplatiónis múnere decorásti: ejus nobis précibus concéde; ut inter mundi illécebras et perícula, tibi uni, toto corde adhærére valeámus. Per Dóminum.

Vesper. a Capit. de seq. cum comm. præc. ut infra.

DIE XIX. APRILIS.

B. CONRADI AB ASCULO, Confess. i. Ord.

Duplex. Oratio.

Deus, qui beátum Conrádum, dolórum

Jesu Christi Fílii tui jugi meditatióne mirábilem effecísti : ejus nobis intercessióne concéde; ut crucis mortificatiónem in corde nostro portáre, et vitam cónsequi mereámur ætérnam. Per eúndem Dom.

Pro commem. B. Andreæ, Ant. **Hic vir.** ℣. **Justum. 28*.**

Oratio. **Deus, qui beátum Andréam, ut sup.**

DIE XXI. APRILIS.

S. ANSELMI Episc. Conf. et Eccl. Doctoris.

Duplex.

In utrisq. Vesp. ad Magnificat, Ant. **O Doctor ... beáte Ansélme. 25*.** ℣. **Amávit.**

Oratio **Deus, qui pópulo tuo. 25*.**

In ii. Vesp. comm. seq.

DIE XXII. APRILIS.

SS. SOTERIS et CAJI Pontificum et Mart.

Semiduplex.

Ant. **Lux perpétua** ℣. **Sancti, et justi. 15*.**

Orat. **Beatórum. 18*.**

Vesp. de seq. commem. præc.

DIE XXIII. APRILIS.

B. ÆGIDII ASSISIENSIS Confess. i. Ordinis.

Duplex.

In Hymno **Méruit supr.**

Oratio.

Deus, qui beátum Ægídium Confessórē ad húmilem tuæ crucis sequélam veníre docuísti: concéde nobis fámulis tuis; ut in te júgiter inténti, ipsíus précibus pacem consequámur ætérnam. Qui vivis, et regnas.

Deinde fit commem. SS. Soteris, et Caji Ant. **Sancti, et justi.** ℣. **Pretiósa. 17*.**

Orat. **Beatórum Mártyrum ut in commu18***

Vesp. de seq. comm. præc.

DIE XXIV. APRILIS.

S. FIDELIS A SIGMARINGA Mart. Ord. Min. Capuc.

Duplex maj.

Oratio.

Deus, qui beátum Fidélem seráphico spíritus ardóre succénsum in veræ Fídei pro-

pagatióne Martyrii palma, et gloriósis miráculis decoráre dignátus es: ejus quæsumus méritis, et intercessióne, ita nos per grátiam tuam confírma; ut in servitio tuo fidéles usque ad mortem inveníri mereámur. Per Dóminum.

Pro comm. B. Ægidii. Ant. Hic vir. ℣. Justum. 28*. Oratio, ut supra.

Vesp. de seq. comm. præc.

DIE XXV. APRILIS.

S. MARCI EVANGELISTÆ.

Duplex ii. classis

Oratio.

Deus, qui beátum Marcum Evangelístam tuum, evangélicæ prædicatiónis grátia sublimásti: tribue quæsumus, ejus nos semper et eruditióne profícere, et oratióne deféndi. Per Dóminum.

Pro comm. S. Fidelis. Ant. Sancti, et justi. ℣. Pretiósa. 17*. Oratio, ut supra.

Hodie qui non intersunt Processioni Litaniarum, dicant illas privatim post Matutin. cum suis Prec. et Orat. sine Psalm. Pœnitent. etiam si hoc Festum transferatur in aliam diem, quia de præcepto sub lethali.

In ii. Vesp. fit comm. seq., ut infra.

DIE XXVI. APRILIS.

SS. CLETI, et MARCELLINI Pont. et Mart.

Semiduplex.

Ant. Lux perpétua. ℣. Sancti, et justi. 15*.

Oratio.

Beatórum Mártyrum, paritérque Pontíficum Cleti, et Marcellíni nos Dómine, fóveat pretiósa conféssio: et pia júgiter intercéssio tueátur. Per Dóminum.

Vesp. de seq. comm. præc.

DIE XXVII. APRILIS.

B. JACOBI DE BITECTO Conf. i. Ord.

Duplex. Oratio.

Præsta, quæsumus omnípotens Deus, ut

qui beáti Jacóbi Confessóris tui mérita præclára recólimus; ejus virtútes æmulémur in terris, et glóriæ corónā cum ipso consequámur in cœlis. Per Dóminum.

Pro comm. SS. Cleti, et Marcellini, Ant. Sancti, et justi. ℣. Pretiósa. 17*. Oratio, ut supra.

Vesp. de seq. cum comm. præc. et S. Vitalis Mart.

DIE XXVIII. APRILIS.

B. LUCHESII, sive LUCII Conf. iii. Ord.

Duplex maj.

Oratio.

Dives in misericórdia Deus, qui beátum Luchésium ad pœniténtiam evocátum, pietátis et misericórdiæ méritis claróre voluísti: da nobis ejus intercessióne et exémplo; dignos fácere pœniténtiæ fructus et indulgéntiam tuam pietátis, et charitátis opéribus promeréri. Per Dóminum.

Pro comm. B. Jacobi. Ant. Hic vir. 28*. ℣. Justum.

Oratio, ut supra.

Postea S. Vitalis Martyris.

Ant. Lux perpétua. ℣. Sancti, et justi. 15* Or. Præsta...ut qui. 11*

Si autem hoc Fest. incidat in Fer. ii. Rogat. de ea fit comm. in Laudib. ac S. Vitalis Mart.; quod et in similibus observetur, cum inciderit in dictam Feriam ii. Rogat. vel in Vigil. Ascensionis.

Secus, in Laud. fit commem. S. Vitalis.

Ant. Fíliæ Jerúsalem. ℣. Pretiósa. 16* Oratio. Præsta ..... ut qui. 11*.

In ii. Vesp. fit comm. sequent.

DIE XXIX. APRILIS.

S. PETRI Mart.

Duplex.

Ant. Lux perpétua. ℣. Sancti, et justi. 15*

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut beáti Petri Mártyris tui fidem, cóngrua devotióne sectémur, qui pro

ejúsdem fidei dilatatióne martyrii palmam méruit obtinére. Per Dóminum.

Vesp. a Capit. de seq. commem. præced.

DIE XXX. APRILIS.

S. CATHARINÆ Virg. Duplex. Oratio.

Da, quæsumus, omnípotens Deus, ut qui beátæ Catharínæ Vírginis tuæ natalítia cólimus; et ánnua solemnitáte lætémur, et tantæ virtútis proficiámus exemplo. Per Dóm.

Pro commem. S. Petri. Ant. Sancti, et justi. ℣. Pretiósa. 17* Orat. Præsta quæsumus, 516. Vesp. de sequent. cum commem. præced.

DOMINICA III. post Pascha.

PATROCINII S. JOSEPH Confessoris.

Duplex ii. classis.

Si hoc festum occurrat, vel concurrat cum Festo S. Marci, vel SS. Apost. Philippi, et Jacobi, Officium de Patrocinio S. Joseph est recitandū ex ultimo Decr, etiamsi Rubric. pecul. num. 80. et 127. loquatur in contrarium.

IN I. VESPERIS.

Antiph. Jacob autem, cum reliquis de Laud. Psalm. Dixit Dóminus. cum reliq. de Dominica 189., et loco ultim., Psalm. Laudáte Dóminū omnes Gentes. 195.

Capit. Genes. 49. 26.

Benedictiónes patris tui confortátæ sunt benedictiónibus patrū ejus: donec veníret desidérium cóllium æternórum: fiant in cápite Joseph, et in vértice Nazaræi inter fratres suos.

Hymn. Te Joseph, célebrent, ut in die xix. Martii 488.

℣. Constítuit eum Dóminum domus suæ, all. ℟. Et Príncipem omnis possessiónis suæ, allel. Ad Magnificat, Antiph. Cum esset desponsáta Mater Jesu María Joseph, ántequam convenírent, invénta est in

útero habens de Spíritu sancto, allelúja.

Oratio.

Deus, qui ineffábili providéntia beátū Joseph, sanctíssimæ Genitrícis tuæ Sponsum elígere dignátus es: præsta, quæsumus; ut quem Protectórem venerámur in terris, intercessórē habére mereámur in cœlis. Qui vivis. etc.

Et fit comm. Dominic.

AD MATUTINUM.

Invit. Laudémus Deum nostrum: * In veneratióne beáti Joseph Protectóris nostri, allelúja.

Psalm. Veníte, exult. 2.

Hymn. Te Joseph, celébrent, ut supra. 488.

Ad Laudes, et per Hor.

Antiphona.

Jacob autem * génuit Joseph, virum Maríæ, de qua natus est Jesus, qui vocátur Christus, allel.

Psal. Dóminus regnávit, cum reliquis. 26.

Ant. Missus est * Angelus Gábriel a Deo in civitátem Galilææ, cui nomen Názareth, ad Vírginem desponsátam viro, cui nomen erat Joseph, allelúja.

Añ. Ascéndit autem * Joseph a Galilæa de civitáte Názareth, in Judæam, in civitátem David, quæ vocátur Béthlehem, allelúja.

Ant. Et venérunt festinántes, et invenérunt Maríam, et Joseph, et Infántem pósitum in præsépio, allel., allel.

Ant. Et ipse Jesus * erat incípiens quasi annórum trigínta, ut putabátur filius Joseph, all.

Capitul. Benedictiónes

Hym. Cœlitum Joseph. 489.

℣. Dedisti mihi protectiónem salútis tuæ, all.

℟. Et déxtera tua suscépit me, allelúja.

Ad Benedictus, Antiph.

Joseph, fili David, noli timére accípere Maríam cónjugem tuam; quod enim in ea natum est, de Spíritu sancto est, allelúja.

Deinde fit comm. Dom.

Ad Tertiam.

Antiph. **Missus est.**

Capitul. **Benedictiónes patris tui,** ut supra.

℟. br. **Constituit eum Dóminum domus suæ,* Allel., allel. Constituit.**

℣. **Et Principem omnis possessiónis suæ. Allel. allel.**

Glória. Constituit.

℣. **Confitébor nómini tuo, allelúja.**

℟. **Quóniam adjútor, et protéctor factus es mihi, allelúja.**

Ad Sextam.

Ant. **Ascéndit autem.**

Capit. **Gen. 49, 25.**

Deus patris tui erit adjútor tuus, et omnípotens benedícet tibi benedictiónibus cœli désuper.

℟. br. **Confitébor nómini tuo, * Allel. allel. Confitébor.**

℣. **Quóniam adjútor, et protéctor factus es mihi. Allelúja allelúja.**

Glória. Confitébor.

℣. **Justus germinábit sicut lílium, allel.**

℟. **Et florébit in ætérnum ante Dóminum, allelúja.**

Ad Nonam.

Ant. **Et ipse Jesus.**

Capitul. **Gen. 49. 22.**

Filius accréscens Joseph, filius accréscens, et decórus aspéctu: fíliæ discurrérunt super murum.

℟. br. **Justus germinábit sicut lílium, * Allel. allel. Justus.**

℣. **Et florébit in ætérnum ante Dóminum. Allel. allelúja.**

Glória Patri. Justus.

℣. **Plantátus in domo Dómini, allelúja.**

℟. **In átriis domus Dei nostri, allelúja.**

In ii. Vesper. omnia ut in i.

℣. **Sub umbra illius, quem desideráveram, sedi, allelúja.**

℟. **Et fructus ejus dulcis gútturi meo, allel.**

Ad Magnificat, Antiph.

Fili, quid fecísti nobis sic? ecce Pater tuus, et ego doléntes quærebámus te, allelúja.

Oratio. Deus, qui ineffábili, ut supra.
Deinde fit comm. Dom.

DOMINICA V.
post Pascha.

DEDICAT. BASILICÆ
Assis. S. P. N. Francisci.
Duplex maj.

Omnia de Comm. Dedicat. Ecclesiæ. 35*.
In utrisque Vesp. et Laud. fit comm. Dom.

FESTA MAJI.

Prima die non impedita dicitur Offic. Def. extra temp. Pasch.

DIE I. MAJI.

SS. PHILIPPI, et JACOBI Apostolorum.
Duplex ii. classis.

IN I. VESPERIS.

Ant. Dñe, osténde nobis cum reliq. de Laudib.
Psalm. Dixit Dóminus, cum reliq. de Dominica. 189. et loco ultimi, Psalm. Laudáte Dóminum omnes Gentes. 195.
Capit. Stabunt justi.
Hymn. Tristes erant Apóstoli, ut in comm. Apostolorum temp. Paschali. 7*.
℣. Sancti, et justi.

Ad Magnificat, Antiph.
Non turbétur cor vestrum, neque formídet: créditis in Deum, et in me crédite: in domo Patris mei mansiónes multæ sunt, allelúja, allelúja.

Oratio.

Deus, qui nos ánnua Apóstolorum tuórum Philíppi, et Jacóbi solemnitáte lætíficas: præsta quæsumus; ut quorum gaudémus méritis, instruámur exémplis. Per Dóminum.

Pro commem. S. Catharinæ. Ant. Veni spónsa. ℣. Diffúsa. 32*.
Oratio. Da quæsumus.
Ad Laud., et per Hor.
Antiphona.

Dómine, *osténde nobis Patrem, et súfficit nobis, allelúja.
Psal. Dóminus regnávit, cum reliq. 26.
Ant. Philíppe,* qui videt me, videt et Patrem meum, allelúja.
Ant. Tanto témpore* vobíscum sum, et non cognovístis me? Philíppe,

qui videt me, videt et Patrem meum, allelúja.
Ant. Si cognovissétis me, et Patrem meum útique cognovissétis, et ámodo cognoscétis eum, et vidístis eum, allelúja, allelúja, allelúja.
Antiph. Si diligitis me,* mandáta mea serváte, allel., allel., allelúja.
Capit. Stabunt justi.
Hymn. Paschále mundo gáudium. 8*.
℣. Pretiósa, etc.
Ad Benedictus, Anti. Ego sum via, véritas, et vita: nemo venit ad Patrem, nisi per me, allelúja.
Oratio. Deus, qui nos.
Ad Hor. Ant. de Laud., Capitula et ℟ ℟. br. de Commun. Apost. tempore Paschali. 9*.
In ii. Vesperis, Ant. Dómine, osténde nobis, cum rel. de Laudibus.
Psalm. Dixit Dóminus, cum rel. de Communi Apostolorum. 3*.
Capit. Stabunt justi.
Hymnus. Tristes erant Apóstoli. 7*.
℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, allelúja.
℟. Mors sanctórum ejus, allelúja.
Ad Magnificat, Antiph. Si manséritis in me, et verba mea in vobis mánserint: quodcúmque petiéritis, fiet vobis, allel., allel., allelúja.
Oratio. Deus, qui nos.
Deinde fit commem. S. Athanasii.

DIE II. MAJI.

S. ATHANASII Episc. Conf. et Eccl. Doctoris.

Duplex.

In utrisq. Vesp. ad Magnif. Ant. O Doctor ... beáte Athanási. 25*.
℣. Amávit.
Or. Exáudi quæsumus, ut in Communi Confess. Pont. 22*.
Vesp. de seq. cum commem. præc.

DIE III. MAJI.

INVENTION. S. CRUCIS

Duplex ii. classis.

Si hoc Festum transferri contigerit post Pent. tunc omittitur Allelúja in fine Antiphonarum, ℣℣. et ℟℟.

In Hymn. Vesp. ubi dicitur: Paschále,quæ fers gáudium ,dicatur: In hac triúmphi glória.

IN I. VESPERIS

Ant O magnum pietátis, rel. cum de Laudibus. Psal. Dixit Dóminus, cum reliq. de Dominica 189,et loco ult., Psalm. Laudáte Dóminum omnes Gentes 195.

Capit. Phil. 2. 5.

Fratres: Hoc enim sentíte in vobis, quod et in Christo Jesu: qui cum in forma Dei esset, non rapínam arbitrátus est esse se æquálem Deo:sed semetípsum exinanívit, formam servi accípiens,in similitúdinem hóminũ factus, et hábitu invéntus ut homo.

Hym. Vexílla Regis,ut in Sab. ante Domin. Pass. 329. sed dicitur: O Crux,ave spes unica, Paschále quæ fers gáudium.

℣. Hoc signum Crucis erit in cœlo, allelúja.

℞. Cum Dóminus ad judicándum vénerit, all.

Ad Magnificat,Antiph. O Crux, splendídior cunctis astris, mundo célebris, homínibus multum amábilis, sánctior univérsis: quæ sola fuísti digna portáre taléntum mundi: dulce lignum, dulces clavos, dúlcia ferens póndera: salva præséntem catérvam in tuis hódie láudibus congregátam, allelúja, allelúja.

Oratio.

Deus, qui in præclára salutiferæ Crucis Inventióne, passiónis tuæ mirácula suscitásti: concéde; ut vitális ligni prétio, ætérnæ vitæ suffrágia consequámur:Qui vivis, et regnas.

Pro comm. S. Athanasii.'Ant. O Doctor. 25*.
℣. Justum dedúxit.
Oratio. Exáudi, quæsumus, ut supra.

AD MATUTINUM.

Invit. Christum Regem crucífixum, * Veníte adorémus, allel.

Ps. Venite 2.
Hymnus. Pange lingua gloriosi 331.
Ad Laudes et per Hor.
Antiphona.
O magnum pietátis opus! *mors mórtua tunc est, in ligno quando mórtua vita fuit, allelúja.
Psal Dóminus regnávit. cum reliquis.26.
Ant. Salva nos,*Christe Salvátor, per virtútem Crucis, qui salvásti Petrum in mari, miserére nobis, allelúja.
Ant. Ecce Crucem Dómini,*fúgite partes advérsæ, vicit leo de tribu Juda, radix David, allelúja.
Ant. Nos autem gloriári opórtet in Cruce Dómini nostri. Jesu Christi, allelúja.
Ant. Per signum Crucis * de inimícis nostris líbera nos, Deus noster, allelúja.
Capit. Fratres: Hoc enim sentíte, ut supra.
Hymn. Lustra sex 332.
℣. Adorámus te, Christe, et benedícimus tibi, allelúja. ℟. Quia per Crucem tuam redemísti mundum, allel.
Ad Benedictus, Antiph. Super ómnia ligna cedrorum tu sola excélsior, in qua vita mundi pepéndit, in qua Christus triumphávit, et mors mortem superávit in ætérnum, alleluja.
Orat. ut supra.
Et fit comm. SS. Alexandri, Eventii, et Theoduli Mart. ac Juvenalis Episc. et Conf.
Ant. Fíliæ Jerúsalem.
℣. Pretiósa. 16*.
Oratio.
Præsta, quæsumus omnípotens Deus: ut, qui sanctórum tuórum Alexándri, Evéntii, Theodúli, atque Juvenális natalítia cólimus; a cunctis malis imminéntibus, eórum intercessiónibus liberémur. Per Dómin.
Ad Tertiam,
Ant. Salva nos.
Cap. Fratres: Hoc enim.
℟. br. Hoc signum Cru-

cis erit in cœlo, * Allelúja, allelúja. Hoc signum.
℣. Cum Dóminus ad judicándum vénerit. All. allel.
Glória Patri. Hoc.
℣. Adorámus te Christe, et benedícimus tibi, all. ℟. Quia per Crucem tuã redemísti mundum, allel.

Ad Sextam.

Ant. Ecce Crucem Dñi.
Capit. Gal. 6. 14.
Mihi autem absit gloriári, nisi in Cruce Dómini nostri Jesu Christi: per quem mihi mundus crucifíxus est, et ego mundo.
℟. br. Adorámus te Christe, et benedícimus tibi, * All. allelúja. Adorámus.
℣. Quia per Crucem tuam redemísti mundum, All. all.
Glória Patri, Adorámus.
℣. Omnis terra adóret te, et psallat tibi, all.
℟. Psalmum dicat nómini tuo, Dómine, allel.

Ad Nonam.

Ant. Per signum Crucis.
Capit. Phil. 2. 8.
Humiliávit semetípsũ, factus obédiens usque ad mortem; mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltávit illum, et donávit illi nomen, quod est super omne nomen.
℟. br. Omnis terra adóret te, et psallat tibi. Allelúja, allelúja. Omnis.
℣. Psalmum dicat nómini tuo, Dómine. Allelúja, all.
Glória Patri. Omnis.
℣. Hoc signum Crucis erit in cœlo, all.
℟. Cum Dóminus ad judicándum vénerit, all.
In ii. Vesperis, Antiph. O magnum, cum reliq. de Laudibus. Psalm. Capit. Hymn. et ℣. ut in i. Vesp.
Ad Magnificat, Antiph. Crucem sanctam súbiit qui inférnum confrégit, accínctus est poténtia, surréxit die tértia, allelúja.

Orat. Deus, qui in præclara, ut in I. Vesp.
Et fit comm. seq.

DIE IV. MAJI.

S. MONICÆ Viduæ.

Duplex.

Ant. Símile est. 33*.
℣. Spécie tua.

Oratio.

Deus, mœréntiū consolátor, et in te sperántium salus, qui beátæ Mónicæ pias lácrymas in conversióne fílii sui Augustíni misericórditer suscepísti : da nobis utriúsque intervéntu peccáta nostra deploráre ; et gratiæ tuæ indulgéntiam inveníre. Per Dóminum.

Vesp. a Capit. de seq. comm. præced.

DIE V. MAJI.

S. PII V. Papæ, et Conf.

Duplex.

In Hymn. Méruit suprémos.

Oratio.

Deus, qui ad conteréndos Ecclésiæ tuæ hostes, et ad divínum cultum reparándum, beátum Pium Pontíficem máximum elígere dignátus es : fac nos ipsíus deféndi præsidiis, et ita tuis inhærére obséquiis; ut ómnium hóstium superátis insídiis, perpétua pace lætémur. Per Dóminum.

Pro comm. S. Monicæ. Ant. Manum suam.
℣. Diffúsa est grátia. 35*
Orat. Deus, mœréntiū.
Vesp. de seq. cum commem. præc.

DIE VI. MAJI.

S. JOANNIS ante Portam Latinam.

Duplex maj.

Omnia de comm. Apost. temp. Pasch. præt. seq.

In utrisque Vesp. ad Magnificat, Ant. In fervéntis ólei dólium missus beátus Joánnes Apóstolus, divína se protegénte grátia, illæsus exívit, allelúja. Oratio.

Deus, qui cónspicis, quia nos úndique mala nostra pertúrbant: præsta quæsumus; ut beáti Joánnis Apóstoli tui, et Evangelístæ intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dom.

Pro commem. S. Pii.
Ant. **Dum esset. 24*.**
℣. **Justum.**
Oratio. ut supra.
In ii. Vesp. fit comm. sequent.

DIE VII. MAJI.

S. STANISLAI Episc. et Martyris.

Duplex.

Ant. **Lux perpétua.**
℣. **Sancti, et justi. 15*.**

Oratio.

Deus, pro cujus honóre gloriósus Póntifex Stanisláus gládiis impiórum occúbuit: præsta quæsumus; ut omnes, qui ejus implórant auxílium, petitiónis suæ salutárem consequántur effécium. Per Dóminum.

Vesp. de seq. comm. præc.

DIE VIII. MAJI.

APPARITIONIS S. MICHAELIS ARCHANGELI.

Duplex maj.

Omnia ut in ejus Dedicat. xxix. Septembr. ritu tamen Paschali. Si vero celebretur extra tempus Paschal. omnia absolute dicuntur, ut in dicta die Dedicat.
Ad Vesp. fit commem. S. Stanislai. Ant. **Sancti et justi.**
℣. **Pretiósa. 17***
Orat. **Deus, pro cujus.**
In ii. Vesp. fit commem. sequentis.

DIE IX. MAJI.

S. GREGORII NAZIANZENI Episc. Confess. et Eccl. Doctoris.

Duplex.

In utrisque Vesp. ad Magnificat, Antiphona. **O Doctor ... beáte Gregóri.**
℣. **Amávit.**
Oratio. **Deus, qui pópulo tuo. 25*.**
Vesp. a Capit. de seq. cum commem. præc. et SS. Gordiani etc. Mart.

DIE X. MAJI.

S. ANTONINI Episc. et Confess.

Duplex.

In Hym. **Méruit supr.**

Oratio.

Sancti Antoníni, Dómine, Confessóris tui, atque Pontíficis méritis adjuvémur: ut

sicut té in illo mirábilem prædicámus; ita in nos misericórdem fuisse gloriémur. Per Dóm.

Pro commem. S. Gregorii. Ant. O Doctor. ℣. Justum. 25*.

Oratio, ut supra.

Postea SS. Gordiani, et Epimachi Mart.

Antiph. Lux perpétua. ℣. Sancti, et justi. 15*.

Oratio.

Da, quæsumus, omnípotens Deus, ut qui beatórum Mártyrum tuórum Gordiáni, et Epímachi solémnia cólimus; eórum apud te intercessiónibus adjúvemur. Per Dom.

Ad Laudes pro comm. SS. Gordiani etc.

Ant. Filiæ Jerúsalem. ℣. Pretiósa. 16*.

Oratio. Da quæsumus.

In ii. Vesp. comm. seq.

DIE XI. MAJI.

S. GEORGII Martyris.

Semiduplex.

Ant. Lux perpétua. ℣. Sancti. 15*.

Oratio.

Deus, qui nos beáti Geórgii Mártyris tui méritis, et intercessióne lætíficas: concéde propítius: ut qui tua per eum beneficia póscimus, dono tuæ grátiæ consequámur. Per Dóminum.

Vesper. a Cap. de seq. comm. præced.

DIE XII. MAJI.

SS. NEREI, ACHILLEI, et DOMITILLÆ Virg. atque PANCRATII Martyrum.

Semiduplex. Oratio.

Semper nos, Dómine, Mártyrum tuórum Nérei, Achillei, Dómitillæ, atque Pancrátii fóveat, quæsumus, beáta solémnitas; et tuo dignos reddat obséquio. Per Dóminum.

Pro comm. S. Georgii. Ant. Sancti, et justi. ℣. Pretiósa. 17*.

Oratio. Deus, qui nos.

Vesp. de seq. sine commem. præcedentis.

DIE XIII. MAJI.

S. PETRI REGALATI Confess. i. Ord.

Duplex ii. class.

In Hymno Méruit supr.

In utrisque Vesper. et Laud.

℣. Ora pro nobis beáte Petre, allel.

℟. Ut digni efficiámur.

Oratio.

Deus, qui diléctum fámulum tuum Petrum, carne mortificátum, ad delícias glóriæ tuæ assúmere dignátus es: concéde propítius; ut ad delectatiónes, quæ in déxtera tua sunt usque in finem, méritis ejus et intercessióne pervenire valeámus. Per Dóminum.

In ii. Vesp. comm. ut infra.

DIE XIV. MAJI.

B. FRANCISCI A FABRIANO Confess. i. Ord.

Duplex.

Ant. Similábo. 26*.

℣. Amávit.

In Hymno Méruit suprémos.

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus; ut, sicut beátus Franciscus verbi tui præco ita fecit et dócuit, ut magnus esse merúerit in regno cælórum: nos quoque ejus précibus et imitatióne, tibi júgiter verbis et opéribus placére studeámus. Per Dóminum.

Pro commem. S. Bonifacii. Mart. Ant. Lux perpétua. 15*.

℣. Sancti, et justi.

Oratio.

Da, quæsumus omnípotens Deus: ut qui beáti Bonifácii Mártyris tui solémnia cólimus; ejus apud te intercessiónibus adjúvemur. Per Dóminum.

In Laud. fit commem. S. Bonifacii Mart.

Ant. Fíliæ Jerúsalem.

℣. Pretiósa. 16*.

Oratio. Da, quæsumus.

Vesp. a Capit. seq. commem. præc.

DIE XV. MAJI.

B. BENVENUTI A RECINETO Conf. i. Ord.

Duplex.

In Hymn. **Méruit supr.**

Oratio.

Largíre, miséricors Deus: ut dum beáti Benvenúti memóriam cólimus; humilitátis et devotiónis ejus vestígia sectémur in terris, ac tecum beátam mansiónem, ejúsdem intercessióne, teneámus in cœlis. Per Dñm.

Pro commem B. Francisci.

Ant. **Hic vir.**

℣. **Justum. 28*.**

Oratio, ut supra.

Vesp. a Capit. de seq. com. præced.

DIE XVI. MAJI.

S. JOANNIS NEPOMUCENI Martyris.

Duplex.

Omnia de Communi Martyr. temp. Paschali præter seq.

Oratio.

Deus, qui ob invíctum beáti Joánnis Sacramentále siléntiu, nova Ecclésiam tuam martyrii coróna decorásti: da nobis ejus intercessióne et exémplo línguam cáute custodíre, ac ómnia pótius mala, quam ánimæ detriméntum in hoc sæculo toleráre. Per Dñm.

Pro commem. B. Benvenuti. Ant. **Hic vir.**

℣. **Justum. 28*.**

Orat. **Largíre,** ut supra.

Vesp. de seq. com. præc.

DIE XVII. MAJI.

S. PASCHALIS BAYLON Confess. i. Ord.

Dupl. ii. class.

Si hoc Festum incidat intra Temp. Pasch., additur **Allelúja**, ut in Rubrica posita in Communi. **17*.**

IN I. VESPERIS.

Antiphona.

De torrénte in via bibit, proptérea exaltávit caput.

Psal. **Dixit Dóminus,** cum rel. de Dominica **189,** et loco ult., Psal. **Laudáte Dóminum omnes Gentes. 195.**

Ant. **Memóriam fecit**

Dóminus mirabíliū suórum, escam dedit timéntibus se.

Antiph. Dispérsit, dedit paupéribus: justítia ejus manet in sæculum sæculi, cornu ejus exaltábitur in glória.

Ant. Súscitat Dóminus a terra ínopem, et de stércore érigit páuperem, ut cóllocet eum cum princípibus.

Ant. Pópuli laudavérunt Dóminum, quia miráculis sanctū suum mirificávit.

Capit. 1. Cor. 1. 26.

Vidéte vocatiónem vestram, fratres, quia non multi sapiéntes secúndum carnem, non multi poténtes, non multi nóbiles: sed quæ stulta sunt mundi elégit Deus, ut confúndat sapiéntes: et infírma mundi, ut confúndat fórtia.

Hymnus.

Læta devóte célebret Minórum
Turba Paschálem, récolens frequénter
Quam pio, sanctam vénerans Synáxim,
Arsit amóre.

Dum puer pascit pecus iste, seque
Pane jam pasci cupit Angelórum,
Hunc in excélsis méruit paténte
Cérnere cœlo.

Júgiter sacras ínhians ad aras,
Dum cibum vitæ meditátur, hæret;
Totus et sancto liquefáctus igne
Lucet, et ardet.

Increpans hostes Fídei fidélis,
Pane, ait, Christum récipi sacráto,
Mártyrem non dat gládius, sed ipsum
Prompta volúntas.

Qui, quoad vixit, cóluit supérnum
Tam pie Panem: réserat beátos
Morte jam cláusos óculos, velútque
Vivus adórat.

Christe, Paschális méritis, ut omnes

Corde nos mundo fácias,
precámur;
Cœlica ut digne mereámur esca
Sæpe cibári. Am.
℣. Ora pro nobis, beáte Paschális.
℟. Ut digni efficiámur.
Ad Magnificat, Antiph.
Exaltávit húmilem Dóminus, et esuriéntem implévit bonis.

Oratio.

Deus, qui beátum Paschálem Confessórem tuum mirífica erga Córporis, et Sánguinis tui sacra mystéria dilectióne decorásti: concéde propítius; ut quam ille ex hoc divíno convívio spíritus percépit pinguédinem, eámdem et nos percípere mereámur: Qui vivis.
Pro comm. S. Joannis, Ant. Qui vult. 13*.
℣. Justus. Alias, Ant. Sancti, et justi.
℣. Pretiósa. 17*.
Or. Deus, qui ob invíctũ.

AD MATUTINUM.

Invit. Christum Regem, qui húmilem exaltávit Paschálem,* Veníte, adorémus. Hymnus.

Splendor Patérnæ glóriæ
Adesto, Jesu, sérvulis,
Ut queis micárit móribus
Paschális orbi, cóncinant.
Illum dies hæc áurea
Terris refulgens áttulit,
Hæc et decórum láurea
Victríce, cœlis rétulit.
Adhuc puer virtútibus,
Excúltus is niténtibus,
Pia, modésta, sóbria,
Puráque vita cláruit.
Fervens Minórum póstmodum
Ingréssus arctas sémitas,
Nil ad sinístram Régulæ,
Ad dextéramve déviat.
Hinc sancta membra sæviter
Flagris cruéntis púrpurat,
Nullísque fœdat sórdibus
Casti pudóris lília.
Christum sequéndo páuperem,

Nil, præter hunc, desíderat;
Sed mundo in hoc ditéscere
Sola cupit penúria.

Ad usque mortem fírmiter
Ut vere et ipse obédiat,
Vitæ subit discrímina,
Ne quando subdi désinat.

Jesu, tibi sit glória,
Merces perénnis páuperum,
Qui mente pura et símplici
Jussis tuis obtémperant. Amen.

Sic semper terminandus est Hymnus prædictus, et idem servatur etiam in Hymno ad Laudes, ut infra.

Ad Laudes, et per Horas

Antiphona.

Ecce jam regnat * in cœlo decórem indútus, quem in terra lácera vestis contéxit.

Psalm. Dóminus regnávit, cum reliquis 26.

Ant. Introívit exúltans* in conspéctu Dei, ut ovis mitíssima páscuæ ejus.

Ant. Edúxit fontes * aquárum in terra desérta et inaquósa, ut virtútem, et glóriam Dei multi vidérent.

Ant. Sancti, et húmiles corde benedicite Dómino, quia vobiscum est sermocinátio ejus.

Ant. Beneplácitum est* Dómino in pópulo suo, et exaltávit mansuétum in salútem.

Capit. 1. Cor. 2. 12.

Nos autem non spíritum hujus mundi accépimus, sed spíritũ, qui ex Deo est, ut sciámus, quæ a Deo donata sunt nobis: quæ et lóquimur, non in doctis humánæ sapiéntiæ verbis, sed in doctrína spíritus.

Hymnus.

Quam se Deus mirábilem
Paschále in almo prædicet,
Noster chorus, mirácula

Ejus recénsens, cóncinat.
Adest vocátus ómnibus,
Repénte curat lánguidos;
Paráta queis sunt fúnera,
A mortis áufert fáucibus.
Huncdum fides non hæsitans
Matris doléntis ínvocat,
En surdus áudit prótinus,
Cœcúsque cernit filius.
Cæsum secúre, sústinet
Quem vix cutis pars, índicem,
Ipsum sacérdos déprecans
Statim recépit íntegrum.
Terram colónus áridam
Semel ligóne pércutit,
Jugísque fontis rívulum
Arménto, et agris óbtinet.
Liquor sacro ex cadávere
Manat suávis tríduo,
Qui sanat insanábiles
Morbos, tumóres, últcera.
Custos beáti córporis
Audítur arca púlsibus
Lenis sonáre in prósperis
Rebus, tonáre in trístibus.
Almo precánte fámulo,
Cor, Christe, nostrum súscita,
Ne quando pulses jánuam,
Stulto sopóre tórpeat.
Amen.

℣. Ora pro nobis.
℟. Ut digni etc.

Ad Benedictus, Antiph. In sanctitáte, et justítia ambulávit Paschális coram Dómino, et accépit sciéntiam salútis ad ædificatiónem plebis ejus.

Oratio. Deus, qui.

Ad Tertiam.

Ant. Introívit exúltans.
Cap. Vidéte vocatiónē.
℟. br. Amávit.
℣. Os justi. 28*.

Ad Sextam.

Ant. Edúxit fontes.

Capit. Nos autem, ut in Laudibus.
℟. br. Os justi.
℣. Lex Dei. 28*.
Ad Nonam.
Ant. Beneplácitum est.
Capit. Rom. 12. 3.
Dico enim per grátiã, quæ data est mihi, ómnibus,qui sunt inter vos. Non plus sápere, quam opórtet sápere, sed sápere ad sobrietátem. ℟. br Lex Dei ejus. ℣. Justum. 28*.
In ii. Vesp. omn. ut in i.
Ad Magnificat, Antiph.
Exultávit spíritus meus in Deo salutári meo, quia respéxit humilitátem servi sui.
Oratio, ut supra.
Deinde fit comm seq.

DIE XVIII. MAJI.

S. FELICIS A CANTALICIO Ord. Min. Capuc. Conf.
Duplex maj.
Antiph. Similábo eum.
℣. Amávit eum. 26*.
Oratio.
Fac nos, Dómine Jesu, in simplicitáte,et innocéntia cordis nostri ambuláre: quarum amóre de sinu Matris inter beáti Felícis Confessóris tui bráchia descendísti. Qui vivis.
Vesp. a Capit. de seq. cum commem. præc. et S. Pudentianæ ut infra.

DIE XIX. MAJI.

S. IVONIS Conf. 3.Ord.
Duplex maj. Oratio.
Deus, qui beátum Ivónem Confessórem tuum piis opéribus, signis, et virtútibus in Ecclésia tua claráre fecísti: præsta quæsumus; ut,ejus méritis, et précibus, tua benefícia capiámus. Per Dóminum.
Pro commem. S. Felicis. Ant. Hic vir.
℣. Justum. 28*.
Orat. Fac nos, ut supr.
Pro comm. S. Pudentianæ Virg. Ant. Veni sponsa.
℣. Spécie tua. 29*.
Oratio. Exáudi nos Deus de Communi 30*.
In Laud. fit commem. S. Pudentianæ.
Ant. Símile est.
℣. Diffúsa. 31*.

Oratio. **Exáudi.**
Vesp. de seq. com. præc.

DIE XX. MAJI.

S. BERNARDINI SENENSIS Conf. i. Ord.
Dupl. ii. classis.
In utrisq. Vesp. et Laud.
℣. **Ora pro nobis, beáte Bernardíne.**
℟. **Ut digni etc.**
Ad Magníficat, Antiph.
Dedit illi virtútem super ómnia dæmónia; et misit illum prædicáre regnum Dei, et sanáre infirmos.

Oratio.

Dómine Jesu, qui beáto Bernardíno Confessóri tuo exímium sancti Nóminis tui amórem tribuísti: ejus, quæsumus, méritis, et intercessióne; Spíritum nobis tuæ dilectiónis benígnus infúnde: Qui vivis... ejusd. Spíritus.
Pro comm. S. Ivonis.
Ant. **Hic vir.**
℣. **Justum. 28*.**
Oratio ut supra.
Ad Benedictus, Antiph.
Loquebátur, et annuntiábat Dóminum Jesum, et erat manus Dómini cum eo.
In ii. Vesper. ad Magn.
Ant. **Manum tuam, Dómine, oránte servo tuo, extendébas ad sanitátes, et signa, et prodígia fieri per Nomen sancti Fílii tui Jesu.**
Oratio ut supra.
Et fit comm. seq.

DIE XXI. MAJI.

S. VENANTII Martyris.
Duplex.
Ant. **Iste sanctus. 11*.**
℣. **Glória, et honóre.**
Alias **Lux perpétua.**
℣. **Sancti, et justi 15*.**

Oratio.

Deus, qui hunc diem beáti Venántii Mártyris tui triúmpho consecrásti: exáudi preces pópuli tui, et præsta; ut, qui ejus mérita venerámur, fidei constántiam imitémur. Per Dómin.
Ubi hoc Festum transferatur, in alterutris, vel utrisque Vesperis, quas habeat, dicitur Hymn. **Mártyr Dei Venántius,** usque ad **Succénsa lampas ústulat,**

in fine, Sit laus Patri. Ad Matutinum autem, si præfatus Hymn. dictus fuerit in i. Vesper., dicitur Hymn. Athléta Christi nóbilis, usque in finem; alias vero erit Hymn., ut sequitur.

AD MATUTINUM.

Hymnus.

Martyr Dei Venántius,
Lux et decus Camértium,
Tortóre victo et júdice,
Lætus triúmphum cóncinit.

Annis puer, post víncula,
Post cárceres, post vérbera,
Longa fame freméntibus
Cibus datur leónibus.

Sed ejus innocéntiæ
Parcit leónum immánitas,
Pedésque lambunt Mártyris
Iræ, famísque immémores.

Verso deórsum vértice,
Hauríre fumum cógitur:
Costas utrimque, et víscera
Succénsa lampas ústulat.

Athléta Christi nóbilis
Idóla damnat Géntium,
Deíque amóre sáucius
Vitæ perícla déspicit.

Loris revínctus ásperis
E rupe præceps vólvitur:
Spinéta vultum láncinant,
Per saxa corpus scínditur.

Dum membra raptant Mártyris,
Languent siti satéllites:
Signo crucis Venántius
E rupe fontes élicit.

Bellátor o fortíssime,
Qui pérfidis tortóribus,
E cáute præbes póculum
Nos rore grátiæ írriga.

Sit laus Patri, et Fílio,
Tibíque, sancte Spíritus;
Da per preces Venántii
Beáta nobis gáudia.
Amen.

AD LAUDES.

Hymnus.

Dum nocte pulsa Lúcifer
Diem propínquam núntiat,
Nobis refert Venántius
Lucis beátæ múnera.
Nam críminum calíginem,
Stygisque noctem dépulit,
Veróque cives lúmine
Divinitátis ímbuit.
A quis sacri baptísmatis
Lustrávit ille pátriam:
Quos tinxit unda mílites,
In astra misit mártyres.
Nunc Angelórum párticeps
Adésto votis súpplicum:
Procul repélle crímina,
Tuúmque lumen íngere.
Sit laus, sit Fílio,
Tibíque, sancte Spíritus:
Da per preces Venántii
Beáta nobis gáudia.
Amen.

Vesp. a Capit. de seq. comm. præc.

—

DIE XXII. MAJI.

B. HUMILIANÆ DE CERCHIS Viduæ 3. Ord.

Duplex. Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, dulcédo córdium, et præmium Beatórum, qui beátam Humiliánam tuo amóre succénsam suavíssima contemplatiónis dulcédine replevísti: concéde propítius; ut ejus méritis, et imitatióne tibi júgiter adhæréntes, tuæ celsitúdinis spécie contemplári perpétuo mereámur. Per Dom.

Pro comm. S. Venantii. Ant. Qui vult veníre. ℣. Justus. 13*.

Alias. Sancti, et justi. ℣. Pretiósa. 17*.

Oratio, ut supra.

Vesp. a Capit. de seq. comm. præced.

DIE XXIII. MAJI.

S. PETRI COELESTINI Papæ, et Confessoris.

Duplex.

In Hymn. Méruit supr.

Oratio.

Deus, qui beátum Petrum-Cœlestinum

ad summi Pontificátus ápicem sublimásti, quique illum humilitáti postpónere docuísti: concéde propítius ; ut ejus exémplo cuncta mundi despícere, et ad promíssa humílibus præmia perveníre felíciter mereámur. Per Dóminum.

Pro com. B. Humilianæ. Ant. Manum suam. ℣. Diffúsa. 35*. Oratio. Omnípotens. Vesp. de sequenti cum commem. præced.

DIE XXIV. MAJI.

B. MARIÆ VIRGINIS Título AUXILIUM CHRISTIANORUM.

Duplex maj.

Omnia, ut in Festis B. M. V. per annum. 40*. præter ea quæ sequunt. Si fiat temp. Pasch. additur Allelúja Antiphonis, ℣℣. et ℟℟.

Ad Vesperas, et ad Matutinum.

Hymnus.

Sæpe dum Christi pópulus cruéntis
Hostis infénsi premerétur armis,
Venit adjútrix pia Virgo cœlo
Lapsa seréno.

Prisca sic Patrum monuménta narrant,
Templa testántur spóliis opímis
Clara, votivo repetíta cultu
Festa quotánnis.

En novi grates líceat Maríæ
Cántici lætis módulis reférre
Pro novis donis, resonánte pláusu
Urbis, et Orbis.

O! dies felix memoránda fastis,
Qua Petri Sedes Fídei Magistrum
Triste post lustrum rédducem beáta
Sorte recépit.

Vírgines castæ, pueríque puri,
Géstiens clerus, populúsque grato
Corde Regínæ celebráre cœli
Múnera certent.

Virginum Virgo, benedicta Jesu
Mater, hæc áuge bona: fac, precámur,
Ut gregem Pastor Pius ad salútis
Páscua ducat.

Te per ætérnos venerémur annos,
Trínitas, summo celebránda pláusu,
Te fide mentes, resonóque línguæ
Cármine láudent. Añ.

℣. Dignáre, etc.

Ad Magnificat, Antiph.

Ecce María erat spes nostra, ad quam confúgimus in auxílium, ut liberáret nos, et venit in adjutórium nobis.

Oratio.

Omnípotens, et miséricors Deus, qui ad defensiónē pópuli Christiáni in beatíssima Vírgine María perpétuum Auxílium mirabíliter constituísti: concéde propítius; ut tali præsídio muníti certántes in vita, victóriam de hoste malígno cónsequi valeámus in morte. Per Dóminum.

Pro commem. S. Petri. Ant. Dum esset. ℣. Justum. 24*.

AD LAUDES.

Hymnus.

Te Redemptóris, Dominíque nostri
Dícimus Matrem speciósa Virgo,
Christianórum decus et levámen
Rebus in arctis.

Sæviant portæ licet inferórum
Hostis antíquus fremat, et mináces,
Ut Deo sacrum populétur agmen
Súscitet iras.

Nil truces possunt fúriæ nocére
Méntibus castis, prece quas vocáta
Annuens Virgo fovet, et supérno
Róbore firmat.

Tanta si nobis fáveat Patróna
Béllici cessat scéleris tumúltus,
Mille sternúntur, fugiúntve turmæ,

Mille cohórtes.
Tollit ut sancta caput in Sióne
Turris, arx firmo fabricáta muro,
Civitas David, clypeis, et acri
Mílite tuta.
Virgo sic fortis Dómini poténti
Déxtera, cœli cumuláta donis,
A piis longe fámulis repéllit
Dæmónis ictus.
Te per ætérnos venerémur annos
Trínitas, summo celebránda pláusu
Te fide mentes resonóque linguæ
Cármine láudent. Am.
℣. Diffúsa, etc.
Ad Benedictus, Antiph. Ad te, o sancta Dei Génitrix, clamávimus, et per te venit Dómini auxílium nobis.
In ii. Vesper. omnia dicunt. ut in i., præter. Ad Magnificat, Antiph. Sancta María, succúrre míseris, juva pusillánimes, réfove flébiles, ora pro pópulo, intérveni pro clero, intercéde pro devóto fœmíneo sexu: séntiant omnes tuum juvámen quicúmque sanctū tuum implórant Auxílium.
Oratio. Omnípotens.
Et fit comm. seq. et S. Urbani Papæ, et Mart. ut infra.

DIE XXV. MAJI.

TRANSLATIONIS S. P. N. FRANCISCI.

Duplex maj.
Officium fit ut in die iv. Octobr. præter seq. Hymni semper terminandi erunt ut ibi, etiam temp. Paschali et infra Oct. Asc. Orat.
Deus, qui beáti Patris nostri Francísci corpus passiónis Fílii tui signáculis decorásti, et ánimam in cœlis mirabíliter sublimásti: concéde propítius; ut qui ejúsdem Translatiónem celebrámus, carnem nostram cum vítiis crucifígere, et ad cœléstem pátriam perveníre valeámus.

Per eúmdem Dóminũ.
Dein. fit com. S. Urbani.
Ant. Iste Sanctus. 11*.
℣. Glória, et honóre.
Alias. Lux perpétua.
℣. Sancti, et justi. 15*.
Oratio.
Da, quæsumus omnípotens Deus: ut qui beáti Urbáni Mártyris tui, atque Pontíficis solémnia cólimus; ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per Dóminum nostrum.
In Laudibus fit comm. S. Urbani. Ant. Qui odit. ℣. Justus 12*. Alias Ant. Fíliæ Jerúsalem. ℣. Pretiósa. 16*. Oratio. Da quæsumus.
In ii. Vesp. Antiphona Sanctus Franciscus de Laud. diei Festi cũ reliq. de ii. Vesp. ejusd. diei. Et fit commem. seq. ac S. Eleutherii ut infra.

DIE XXVI. MAJI.

S. PHILIPPI NERII Conf.
Duplex.
Ant. Similábo eum.
℣. Amávit. 26*. Orat.
Deus, qui beátum Philíppum Confessorem tuum Sanctórum tuórum glória sublimásti: concéde propítius; ut, cujus solemnitáte lætámur, ejus virtútum proficiámus exémplo. Per Dóminum.
Postea fit commem S. Eleutherii Papæ, et M.
Ant. Iste sanctus.
℣. Glória, et honóre. 11*
Alias Añ. Lux perpétua.
℣. Sancti, et justi. 15*.
Orat. Infirmitátem. 11*
In Laud. fit commem. S. Eleutherii.
Ant. Qui odit. 12*.
℣. Justus ut palma. vel Ant. Fíliæ Jerúsalem.
℣. Pretiósa. 16*.
Oratio. Infirmitátem.
Vesp. a Capit. de seq. com. ut infra.

DIE XXVII. MAJI.

S. MARIÆ - MAGDALENÆ DE PAZZIS Virg.
Duplex.
Ant. Veni sponsa.
℣. Spécie tua. 29*.
Oratio.
Deus virginitátis amátor, qui beátam Maríam - Magdalénam Vírginem, tuo amóre

succénsam, cœléstibus donis decorásti; da, ut quam festíva celebritáte venerámur, puritáte, et charitáte imitémur. Per Dóminum.

Deinde fit commem. S. Philippi. Ant. Hic vir. ℣. Justum. 28*.
Oratio ut supra.
Postea S. Joannis Papæ, et Martyris.
Ant. Iste sanctus. 11*.
℣. Glória, et honóre.
Alias. Lux perpétua.
℣. Sancti, et justi. 15*.
Orat. Deus, qui nos. 11*.
In Laud. fit commem. S. Joannis Papæ, et Mar.
Ant. Qui odit.
℣. Justus 12*. vel Ant. Filiæ Jesúsalem.
℣. Pretiósa. 16*.
Orat. Deus, qui nos. 11*.
Vesp. a Capit. de seq. cum commem. præc.

DIE XXVIII. MAJI.

S. GREGORII VII. Papæ et Confessoris.

Duplex.

In Hymno Méruit supr.

Oratio.

Deus, in te sperántium fortitúdo, qui beátum Gregórium Confessórem tuum, atque Pontíficem, pro tuénda Ecclésiæ libertáte, virtúte constántiæ roborásti: da nobis, ejus exémplo, et intercessióne, ómnia adversántia fórtiter superáre. Per Dom.

Pro com. S. M. Magdal.
Ant. Veni sponsa Christi.
℣. Diffúsa est. 32*.
Orat. Deus virginitátis.
In ii. Vesp. fit com. seq.

DIE XXIX. MAJI.

S. UBALDI Episcopi, et Confessoris.

Semiduplex.

Ant. Sacérdos, et Póntifex. ℣. Amávit. 22*.

Oratio.

Auxílium tuum nobis, Dómine, quæsumus, placátus impénde: et intercessióne beáti Ubáldi Confessóris tui, atque Pontíficis; contra omnes diáboli nequítias déxteram super nos tuæ propitiatiónis exténde. Per Dóminum.

In Hymn. Meruit supr.
Vesp. de seq. cum com. ut infra.

DIE XXX. MAJI.

B. JOANNIS DE PRADO Martyris. 1. Ord. Duplex maj.

Oratio.

Deus, qui contra Mahuméticam pravitátem Beátum Joánnem verbi tui præcónem exímium effecísti: concéde; ut, sicut ipse pro tuæ Fidei dilatatióne martyrii palmam méruit obtinère, sic nos ejus intercessióne fidei nostræ præmia cónsequi mereámur. Per Dóminum.

Et fit com. S. Ubaldi. Ant. Amávit. ℣. Justum. 24*. Oratio ut supra.

Deinde S. Felicis Papæ, et Mart. Ant. Iste sanctus. ℣. Glória. 11*. Alias. Lux perpétua. ℣. Sancti, et justi. 15*. Orat. Infirmitátem. 11*

In Laud. fit commem. S. Felicis. Ant. Qui odit. ℣. Justus, vel Ant. Filiæ Jerúsalem. ℣. Pretiósa. 16*. Oratio ut supra.

In ii. Vesp. comm. ut infra.

DIE XXXI. MAJI.

B. GHERARDI A VILLAMAGNA Confess. iii. Ordinis. Duplex.

In Hymn. Méruit supr.

Oratio.

Deus, per jugem Fílii tui Passiónis memóriam beátum Gherárdum Confessórem tuum altíssimæ contemplatiónis, et pœniténtiæ stúdio decorásti: da nobis fámulis tuis, ut ejus vestígia inhæréntes, redemptiónis præmia cónsequi valeámus. Per eúmdem.

Et fit comm. S. Petronillæ Virg. Ant. Veni sponsa. ℣. Specie tua. 29*. Oratio. Exáudi nos. 30*

In Laud. fit comm. S. Petronillæ. Ant. Símile. ℣. Diffúsa. 31*. Oratio ut supra.

In ii. Vesp. fit a Capit. B. Jacobi de Strepa Ep. et Conf. cum comm. præcedentis.

FERIA VI.

Post Oct. SS. Corporis Christi.

SS. CORDIS D. N. J. C.

Duplex maj.

IN I. VESPERIS.

Omnia de die Octava SS. Corporis Christi, sine commem. SS. Cordis. Sed si Officium Cordis Jesu transferatur, vel celebretur sub ritu duplici i. vel ii. Classis, tunc in i. Vesp. omnia dicuntur ut infra in ii; exceptis sequentib.

℣. Miserátor et miséricors Dóminus.

℟. Longánimis, et multum miséricors.

Ad Magnificat, Antiph. Misericórdia Dómini a progénie in progénies timéntibus eum, allelúja.

Oratio ut ad Laudes.

AD MATUTINUM.

Invit. Cor Jesu, charitátis víctimam. * Veníte adorémus.

Psalm. Veníte. 2.

Hymnus.

Quicúmque certum quæritis
Rebus levámen ásperis,
Seu culpa mordet ánxia,
Seu pœna vos premit comes.

Jesu, qui ut agnus ínnocens
Sese immolándum trádidit,
Ad Cor reclúsum vúlnere,
Ad mite Cor accédite.

Audítis ut suavíssimis
Invítet omnes vócibus
Veníte, quos gravat labor,
Premítque pondus críminum.

Quid Corde Jesu mítius?
Jesum cruci qui affíxerant
Excúsat, et Patrem rogat,
Ne perdat ultor ímpios.

O Cor, volúptas cœlitum,
Cor, fida spes mortálium,
En hisce tracti vócibus
Ad te venímus súpplices.

Tu nostra terge vúlnera,
Ex Te fluénte sánguine:
Tu da novum cor ómnibus,
Qui te geméntes ínvocant. Amen.

In i. Nocturno.

Ant. Factum est cor meum tamquam cera liquéscens in médio ventris mei.

Ps. Deus, Deus meus, respice in me. 48.

Ant. Sperávit cor meum in Dómino, et adjútus sum: et reflóruit caro mea.

Ps. Ad te Dómine. 71.

Ant. Convertisti planctum meum in gáudiũ mihi, et circumdedísti me lætitia.

Psal. Exaltábo te. 72.

℣. Ego autem in Dómino gaudébo.

℟. Et exultábo in Deo Jesu meo.

In ii. Nocturno.

Ant. Gustáte, et vidéte, quóniam suávis est Dóminus: beátus vir, qui sperat in eo.

Psal. Benedícam. 77.

Ant. Propter veritátem et mansuetúdinẽ, et justítiam: inténde, próspere procéde, et regna.

Psalm. Eructávit 98.

Ant. Judicábit pópulum in justítia, et páuperes in judício.

Psalm. Deus, judícium tuum. 129.

℣. Mihi autem adhærére Deo bonum est.

℟. Pónere in Dómino Deo spem meam.

In iii. Nocturno.

Ant. Misericórdiam et veritátem diligit Deus: grátiam et glóriam dabit Dóminus.

Ps. Quam diplécta. 149.

Ant. Dóminus dabit benignitátem: loquétur pacem in plebem suã.

Psal. Benedixisti. 150.

Ant. Suávis et mitis es, Dómine, et multæ misericórdiæ ómnibus invocántibus te.

Psal. Inclina Dñe. 151.

℣. Misericórdia Dómini ab ætérno.

℟. Et úsque in ætérnum super timéntes eum.

Ad Laudes, et per Horas
Antiphona.

Díscite a me, * quia mitis sum, et húmilis corde, et inveniétis réquiem animábus vestris.

Psalm. Dóminus regnávit, cum reliq. 26.

Ant. Suávis est Dóminus, * et in ætérnum misericórdia ejus.

Ant. Sitívit in te * ánima mea, quia mélior est misericórdia tua super vitas.

Ant. Sancti, et húmiles corde benedícite Dómino: laudáte, et superexaltáte eum in sæcula.

Ant. Beneplácitum est * Dño in pópulo suo: et exaltábit mansuétos in salútem.

Capit. Cant. 3. 11.

Egredímini, et vidéte, fíliæ Sion, regem Salomónem in diadémate, quo coronávit eum Mater sua in die desponsatiónis ejus, et in die lætítiæ cordis ejus.

Hymnus.

Summi Paréntis Fílio,
Patri futúri sæculi,
Pacis beátæ Príncipi,
Promámus ore cánticum.

Qui vulnerátus péctore
Amóris ictum pértulit,
Amóris urens ígnibus
Ipsum qui amántem díligunt.

Jesu dolóris víctima,
Quis te innocéntē cómpulit,
Dura ut apértum láncea
Latus patéret vulnéri?

O fons amóris ínclyte!
O vena aquárum límpida!
O flamma adúrens crímina!
O cordis ardens cháritas!

In corde, Jesu, júgiter
Recónde nos, ut úberi
Dono fruámur grátiæ,
Cœlíque tandem præmiis.

Semper Paréntì, et Fílio
Sit laus, honor, sit glória,
Sancto simul Paráclito
In sæculórum sæcula.
Amen.

℣. Misericórdia Dómini ab ætérno.

℟. Et usque in ætérnū super timéntes eum.

Ad Benedictus, Antiph. Per víscera misericórdiæ suæ visitávit nos Deus: et fecit redemptiónem pópuli sui, allelúja.

Oratio.

Fac nos, Dómine Jesu, sanctíssimi Cordis tui virtútibus índui, et afféctibus inflammári: ut et imágini bonitátis tuæ confórmes, et tuæ Redemptiónis mereámur esse partícipes. Qui vivis.

Ad Primam, in ℟. br. ℣. Per quem salváti, et liberáti sumus.

Ad Tertiam.

Ant. Suávis est Dñus.

Capit. Egredímini.

℟. br. Misericórdia tua, Dómine: * Plena est terra. Misericórdia.

℣. Justificatiónes tuas doce me. Plena.

Glória Patri. Misericórdia tua, Dómine.

℣. Secúndum misericórdiam tuam vivífica me, Dómine.

℟. Et custódiam testimónia oris tui.

Ad Sextam.

Ant. Sitívit in te.

Capit. Cant. 8. 6.

Pone me ut signáculum super cor tuū, ut signáculum super bráchium tuum: quia fortis est, ut mors, diléctio.

℟. br. Secúndum misericórdiam tuam: * Vivífica me, Dómine. Secúndum.

℣. Et custódiam testimónia oris tui. Vivífica.

Glória. Secúndum.

℣. Fac cum servo tuo secúndum misericórdiā tuam.

℟. Et doce me justificatiónes tuas.

Ad Nonam.

Ant. Beneplácitum est.

Capit. Psalm. 68. 21.

Impropérium expectávit cor meum, et misériam. Et sustínui, qui simul contristarétur, et non fuit: qui consolarétur, et non invéni.

℟. br. Fac cum servo tuo * Secúndum misericórdiam tuã. Fac cum.
℣. Et justificatiónes tuas doce me. Secúndum.
Glória Patri. Fac cum.
℣. Véniat super me misericórdia tua, Dñe.
℟. Salutáre tuum, secúndum elóquiũ tuum.

IN II. VESPERIS.

Ant. De torrénte in via bibet, proptérea exaltábit caput.
Psal. Dixit Dñus. 189.
Ant. Miserátor Dóminus, redemptiónem misit pópulo suo.
Psal. Confitébor. 189.
Ant. Apud Dóminum misericórdia, et copiósa apud eum redémptio.
Ps. De profúndis. 202.
Ant. Super misericórdia tua, Dómine, confitébor tibi in toto corde meo.
Psalm. Confitébor.... quóniam audísti. 209.
Ant. Suávis Dóminus univérsis, et miseratiónes ejus super ómnia ópera ejus.
Psalm. Exaltábo te Deus meus rex. 216.
Capit. Egredímini.
Hymn. Quicúmque.
℣. Misericórdia Dómini a progénie in progénies.
℟. Timéntibus eum.
Ad Magnificat, Antiph. Suscépit nos Dóminus in sinum, et Cor suum, recordátus misericórdiæ suæ, allelúja.
Oratio. Fac nos, ut supra.

FESTA JUNII

Prima die non impedita dicitur Offic. Def.

DIE I. JUNII.

B. JACOBI DE STREPA

Episc. et Conf. i. Ord. Duplex.

In Hym. Méruit supr.

Oratio.

Deus, qui beáto Jacóbo Confessóre tuo, atque Pontífice Apostólicum evangelizándi spíritum mirabíliter renovásti; præsta, quæsumus; ut ipso intercédente, fide ac móribus tibi júgiter adhæreámus. Per Dóminum.

Et fit commem. B.Gherardi. Ant. Hic vir. ℣. Justum. 28*. Oratio, ut supra. Vesp. a Capit. de seq. commem. ut infra.

DIE II. JUNII.

B. BAPTISTÆ VARANI Virginis ii. Ord. Duplex. Oratio.

Deus, qui beátam Baptístam Vírginem tuam in contemplatióne unigéniti Filii tui passiónis, amóris igne flagráre fecísti: concéde, quæsumus; ut ejus précibus et intercessióne, eam semper venerándo recoléntes, fructus ejúsdem percípere mereámur. Per eúmdem Dom. Et fit commem. B. Jacobi. Ant. Amávit. ℣. Justum. 24*. Postea SS. Marcellini etc. Mart. Ant Istórum. ℣. Lætamini. 18*. Alias Ant. Lux perpétua. ℣. Sancti, et justi. 15*.

Oratio.

Deus, qui nos ánnua beatórum Mártyrum tuórum Marcellíni, Petri, atque Erasmi solemnitáte lætíficas: præsta, quæsumus; ut quorum gaudémus méritis, accendámur exémplis. Per Dóminum. In Laud. pro comm. SS. Mart. Ant. Vestri capílli. ℣. Exultábunt. 20* Alias Ant. Filiæ Jerúsalem. ℣. Pretiósa. 16*. Vesp. a Capit. de seq. commem. præc.

DIE III. JUNII.

B. ANDREÆ DE HYSPELLO Conf. i. Ord. Duplex. Oratio.

Clementíssime Deus, qui Beáti Andréæ Confessóris tui méritis, et intercessióne, áeris serenitátem, et plúviã poscéntibus tribuísti congruéntem: mentes nostras ímbribus tuæ grátiæ perfúnde; ut sórdibus peccatórum abstérsis, perpétua vultus tui hilaritáte pérfrui mereámur. Per Dm. Et fit comm. B. Baptistæ. Ant. Veni sponsa. ℣. Diffúsa. 32*. Oratio ut supra.

Vesp. a Capit. de seq. cum comm. præc.

DIE IV. JUNII.

S. FRANCISCI CARACCIOLO Confessoris.

Duplex. Oratio.

Deus, qui beátum Franciscum novi Ordinis institutórem orándi stúdio, et pœniténtiæ amóre decorásti: da fámulis tuis in ejus imitatióne ita profícere, ut semper orántes, et corpus in servitútem redigéntes, ad cœléstem glóriam perveníre mereántur. Per Dóminum.

Pro commem. B. Andreæ. Ant. Hic vir. ℣. Justum. 28*.

Oratio ut supra.

Vesp. a Capit. de seq. cum commem. præc.

DIE. V. JUNII.

B. PACIFICI A CEREDANO Conf. i. Ord.

Duplex. Oratio:

Deus, qui beátum Pacíficum Confessórē tuum verbo atque exémplo clarére fecísti: præsta, quæsumus; ut ejúsdem vestígia sectántes, ad cœléstem pátriam perducámur. Per Dóminum.

Pro commem. S. Francisci. Ant. Hic vir. ℣. Justum. 28*.

Oratio, ut supra.

Vesp. a Capit. de seq. commem. præc.

DIE VI. JUNII.

S. NORBERTI Episc. et Confessoris.

Duplex. Oratio.

Deus, qui beátum Norbértum Confessórem tuum, atque Pontíficem, verbi tui præcónem exímium effecísti, et per eum Ecclésiam tuam nova prole fœcundásti: præsta, quæsumus; ut ejúsdem suffragántibus méritis, quod ore simul et ópere dócuit, te adjuvánte, exercére valeámus. Per Dóminum.

Pro commem. B. Pacifici. Ant. Hic vir. ℣. Justum deduxit 28*.

Oratio, ut supra.

—

DIE IX. JUNII.

SS. PRIMI, et FELICIANI Martyrum.

Simplex.

Ant. Istórum est.
℣. Lætámini. 18*. vel
Ant. Lux perpétua.
℣. Sancti, et justi. 15*.

Oratio.

Fac nos, quæsumus Dómine, sanctórum Mártyrum tuórum Primi, et Feliciáni semper festa sectári: quorum suffrágiis protectiónis tuæ dona sentiámus. Per Dóminum.

DIE X. JUNII.

S. MARGARITÆ SCOTORUM Reginæ Viduæ.

Semiduplex.

Oratio.

Deus, qui beátam Margaritam Reginam, exímia in páuperes charitáte mirábilem effecísti: da, ut ejus intercessióne et exémplo, tua in córdibus nostris cháritas júgiter augeátur. Per Dom.

Vesp. de seq. cum commem. præc.

—

DIE XI. JUNII.

S. BARNABÆ Apostoli.

Duplex maj.

Oratio.

Deus, qui nos beáti Bárnabæ Apóstoli tui méritis, et intercessióne lætíficas: concéde propítius; ut qui tua per eum benefícia póscimus, dono tuæ grátiæ consequámur. Per Dóminum.

Pro commem. S. Margaritæ.

Ant. Manum suam.
℣. Diffúsa. 35*.

Oratio ut supra.

Vesp. de præced. commem. ut infra.

DIE XII. JUNII.

B. GUIDI CORTONENSIS Confess. i. Ord.

Duplex maj.

Ant. Similábo eum.
℣. Amávit eum. 26*.

Oratio.

Deus, qui beátū Guidum Confessórem tuum religiósæ perfectiónis exémplar, et evangélicæ prædicatiónis minístrum præbuísti: ejus, quæsumus,

intercessióne concéde; ut per bona ópera próximis nostris lucis exémpla monstrémus. Per Dóminum.

Postea fit commem. SS. Mart. Basílidis, Cyrini, Náboris, et Nazárii.

Ant. Istórum est.

℣. Lætámini in Dómino. 18*.

Alias Ant. Lux perpétuá.

℣. Sancti, et justi. 15*.

Oratio.

Sanctórum Mártyrum tuórum Basílidis, Cyríni, Náboris, atque Nazárii, quæsumus Dómine, natalítia nobis votíva resplêndeant: et quod illis cóntulit excelléntia sempitérna, frúctibus nostræ devotiónis accréscat. Per Dóminum.

In Laud. fit comm. SS. Martyrum.

Ant. Vestri capílli.

℣. Exultábunt. 20*.

Alias Ant. Filiæ Jerúsalem.

℣. Pretiósa. 16*.

Oratio, ut supra.

Vesp. de seq. cum com. præced.

DIE XIII. JUNII.

S. ANTONII DE PADUA

Confess. i. Ordinis.

Duplex ii. classis cum Octava.

IN I. VESPERIS.

Antiphona.

Gáudeat Ecclésia, quam in beatórum sponsus ornat glória matrem filiórum.

Psalm. Dixit Dóminus. cum reliq. de Domínica, 189. et loco ultimi, Psalm. Laudáte Dóminũ omnes Gentes. 195.

Ant. Sapiénte filio pater gloriátur: hoc et in António, digne commendátur.

Ant. Qui dum sapiéntiam sæculi calcávit, prudens summi glóriã Patris exaltávit.

Ant. Augustíni prímitus régulæ subjéctus, sub Francísco pénitus mundo fit abjéctus.

Ant. Quorũ vitam móribus hic profitebátur, gloriósis Pátribus jam conglorіátur.

Capit. Sap. 7. 7.

Optávi, et datus est mihi sensus: et invocávi, et venit in me spíritus sapiéntiæ: et præpósui illam regnis et sédibus, et divítias nihil esse duxi in comparatióne illíus.

Hymnus.

En gratulémur hódie
Christo Regi jucúndius,
In cujus áula glóriæ
Jam júbilat Antónius.

Francisci Patris æmulus,
Sic ille se contémperat,
Ut fonte manans rívulus
Aquas vitæ circúmferat.

Longe latéque diffluit
Sitíque mortis áridos,
Verbo salútis ímbuit,
Dans rore sacro vívidos.

Hic stigmatum qui bájulo
Patri natus innítitur
Dum prædicat de título,
Confixus ille cérnitur.

Sub tanto duce mílitans
Vincéndo se, non víncitur,
Duci miles cohábitans,
Jam bello non concútitur.

Nos in campo certáminis,
Patrum zelántes glóriam,
Hic sub re nostri nóminis
Vincámus ignomíniam.

Præstet hoc Nati Génitor,
Hoc Genitóris Génitus,
Ac par utríque Cónditor,
Paráclitus hoc Spíritus. Amen.

℣. Ora pro nobis, beáte Antóni.
℟. Ut digni etc.

Ad Magnificat. Antiph.

O proles Hispániæ, pavor infidélium, nova lux Itáliæ, nóbile depósitum urbis Paduánæ: fer, Antóni, grátiæ Christi patrocínium; ne prolápsis véniæ tempus breve créditum défluat ináne.

Oratio.

Ecclésiam tuam, Deus, beáti Antónii Confessóris tui solémnitas votíva lætíficet: ut spirituálibus semper muniátur auxíliis; et gáudiis pérfrui mereátur ætérnis. Per Dóminum. Per annū dicatur commemorátio votíva lætíficet.

Et fit comm. B. Guidi. Ant. Hic vir. ℣. Justum. 28*. Oratio, ut supra.

AD MATUTINUM.

Iuvit. Jam Christum chorus húmilis alácrius in júbilo colláudet;* In quo sacérdos nóbilis Antónius de veritáte gáudet. Hymnus.

Laus Regi plena gáudio,
Qui merces militántiū
Seípsum dat António
Milítiæ stipéndium.
Antóni, vir egrégie,
Qui tuæ, quam prænóveras,
Hic vivens arrhas glóriæ,
Christum videns, accéperas.
Pro te digna, dum móreris,
Natórum fit commótio,
Margarítæ, non fúneris,
Cujus fias posséssio.
Hujus honórem glóriæ
Prædíxeras in Pádua,
Quæ tantis in te gràtiæ
Manet donis irrígua.
Per te Pater cum Filio,
Consolatórque Spíritus,
A crimiuis contágio
Nos hic emúndet fúnditus. Amen.

Ad Laudes, et per Horas Antiphona.

Domus ab António * supra petram Dóminum pósita perstábit, quam maris elátio, fluctus, seu vox flúminum ultra non turbábit.

Ps. Dóminus regnávit. cum reliq. 26.

Ant. Lætus tuo * júbilat in conspéctu, Dómine, quo jam introivit: lumen, quod es, símilat hunc tibi, qui lúmine frúitur, quo vivit.

Ant. Totus in te sitiens* Deus, ad te vígilans éx-

titit de luce: tu fons indeficiens, tu lux illi rútilans, qui sitis in cruce.

Ant. Cœli, terræ, márium benedícant Dóminum cunctæ creatúræ: qui tot per Antónium signis áuget hóminum vitæ spem futúræ.

Ant. Sono tubæ, tympano, * cithara, psaltério, cymbalísque Deū, choro, chordis, órgano, laudet in António mystice cor meum.

Capit. Optávi, et datus.

Hymnus.

Jesu, lux vera méntium.
Nos illústra dilúculo,
Tot signis per Antónium
Opáco fulgens sæculo.

Hic náutis in naufrágio
Signo salútis ádfuit:
Quibus sub lucis rádio
Viæ ducátum præbuit.

Hæréticum lux fidei
Signo purgat, dum jácitur
Ab alto, vasis vítrei
Fragílitas non frángitur.

Irrísor lucis grátiæ
Signórum languet cléricus:
Post votum surgens, glóriæ
Sancti fit testis públicus:

Per hunc nos, Pater lúminum,
Signes, et Lux de Lúmine,
Illustratóris hóminum
Cum Spíritus munímine. Amen.

℣. Ora pro nobis, beáte Antóni. ℟. Ut digni.

Ad Benedictus, Antiph. Gáude, felix Pádua, quæ thesáurum póssides, cujus clara vísio dignum fore lóculum in ara, monstrávit: tu signis irrígua, tot in tuo prývides míseris António, serva rei títulum, quæ sic te ditávit: sed tu nos ad árdua, Pater, his qui præsides, quorum es posséssio, transfer, quos hic vínculum mortis inclinávit.

Orat. Ecclésiam tuam,

Ad Tertiam.

Ant. Lætus tuo.

Capit. Optávi, et datus
℟. br. Amávit eum
℣. Os justi 28*.

Ad Sextam.

Ant. Totus in te sitiens.
Capit. Sap. 7. 11.
Venérunt autem mihi ómnia bona páriter cum illa, et innumerábilis honéstas per manus illíus, et lætátus sum in ómnibus: quóniam antecedébat me ista sapiéntia, et ignorábam, quóniam horum ómnium mater est. Quam sine fictióne dídici, et sine invídia commúnico, et honestátem illíus non abscóndo.
℟. br. Os justi.
℣. Lex Dei 28*.

Ad Nonam.

Ant. Sono tubæ, tympano.
Capit. Sap. 7. 15.
Mihi autē dedit Deus dícere ex senténtia, et præsúmere digna horum, quæ mihi dantur: quóniam ipse sapiéntiæ dux est, et sapiéntium emendátor.
℟. br. Lex Dei
℣. Justum. 28*.
In ii. Vesper. Ant. Domus ab António, cum reliq. de Laudib., Psal. Capit. Hymn. et ℣. ut in i. Vesperis.
Ad Magnificat, Antiph. O Jesu perpétua lux, tot in António signis dans splendórem, de quo non incóngrua nobis gloriátio tibi dat honórem. Grátia per hunc tua nos in vase próprio ferre da liquórem, lámpade non vácua lumen det relígio, cháritas ardórem: donec in domo sua, Pater frui præmio donet post labórem.
Oratio, ut supra.
Deinde fit comm. seq.

DIE XIV. JUNII.

S. BASILII Episc. Confes. et Eccl. Doctoris.

Duplex.

In utrisque Vesp. Ant. O Doctor... beáte Basíli 25*.
℣. Amavit eum.
Orat. Exáudi, quæsumus, ut in Comm. 22*.

Ad Matut. in Hym. Méruit suprémos.
In Laud. fit commem. Octav. S. Antonii Ant. Gaude felix. ℣. Ora pro nobis.
Orat. Ecclésiam tuam.
Vesp. a Capit. de seq. cum commem. ut infra.

DIE XV. JUNII.

S. JOANNIS A S. FACUNDO Confessoris.
Duplex.

In Hym. Méruit supr.

Oratio.

Deus áuctor pacis, et amátor charitátis, qui beátum Joánnem Confessórem tuum, mirífica dissidéntes componéndi grátia decorásti: ejus méritis, et intercessióne concéde; ut in tua charitáte firmáti, nullis a te tentatiónibus separémur. Per Dóminum.

Et fit comm. S. Basilii. Antiph. O Doctor.
℣. Justum dedúxit. 25.*
Orat. Exaudi. ut supra.
Deinde Oct. S. Antonii.
Ant. O Jesu perpétua.
℣. et Orat. ut in festo.
Postea SS. Viti, et Socior. Martyrum.
Ant. Istórum est.
℣. Lætamini. 18*. vel
Ant. Lux perpétua.
℣. Sancti, et justi 15*.

Oratio.

Da Ecclésiæ tuæ, quæsumus Dómine, sanctis Martyribus tuis Vito, Modésto, atque Crescéntia intercedéntibus, supérbe non sápere, sed tibi plácita humilitáte profícere: ut prava despíciens, quæcúmque recta sunt, líbera exérceat charitáte. Per Dóminum.

In Laud. fit commem. Oct. S. Antonii.
Antiphona Gáude.
℣., et Oratio ut in festo.
Ac SS. Viti, etc. Mart.
Ant. Vestrí capílli.
℣. Exultábunt. 20* vel
Ant. Fíliæ Jerúsalem.
℣. Pretiósa. 16*.
Orat. Da Ecclésiæ etc.
In ii. Vesp. fit comm. Octav. S. Antonii.
Ant. O Jesu perpétua.
℣. et Oratio ut in festo.

—

DIE XVI. JUNII.

Quarta infra Octavam Sancti Antonii.

Semiduplex

DIE XVII. JUNII.

Quinta infra Octavam Sancti Antonii.

Semiduplex.

In ii. Vesp. fit comm. SS. Marci, et Marcelliani Mart.

Ant. Istórum est.

℣. Lætámini 18* vel Ant. Lux perpétua.

℣. Sancti, et justi 15*.

Oratio.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus: ut qui sanctórum mártyrum tuórum Marci, et Marcelliáni natalítia cólimus; a cunctis malis imminéntibus, eórum intercessiónibus liberémur. Per Dóminũ.

DIE XVIII. JUNII.

Sexta infra Octavam Sancti Antonii.

Semiduplex.

In Laud. fit commem. SS. Mart.

Ant. Vestri capílli.

℣. Exultábunt. 20* vel Ant. Fíliæ Jerúsalem.

℣. Pretiósa. 16*.

Oratio. Præsta quæsumus, ut supra.

Vesp.de seq. cum commem. ut infra.

DIE XIX. JUNII.

B. MICHELINÆ Viduæ iii. Ordinis.

Duplex. Oratio.

Deus, qui beátam Michelinam a terrénis solútam affectibus, ad amórem tuum dispositióne admirábili transtulísti: tríbue nobis, quæsumus; ut ejus méritis et imitatióne, a nóxiis cupiditátibus expedíti, quæ tibi sunt plácita, líberis méntibus exequámur. Per Dóminum.

Et fit com. Oct. S. Antonii.

Ant. O Jesu perpétua.

℣. et Orat. 550.

Postea SS. Mart. Gervasii, et Protasii.

Ant. Istórum est enim.

℣. Lætámini. 18* vel Ant. Lux perpétua.

℣. Sancti, et justi 15*.

Oratio. Deus, qui nos ánnua 19*.

In Laud. fit com. Oct.
Ant. Gáude felix. 555.
℣., et Oratio ut in festo.
Deinde SS. Gervasii et Protasii Martyrum.
Ant. Vestri capilli.
℣. Exultábunt 20* vel Ant. Filiæ Jerúsalem.
℣. Pretiósa 16*.
Oratio. Deus, qui nos ánnua, 19*.
Vesp. a Cap. de die Oct. S. Antonii, ut in i. Vesp. festi, 552. cum comm. B. Michelinæ.
Ant. Manum suam.
℟. Diffúsa 35*.
Oratio. Deus, qui beátam Michelínam.
Postea S. Silverii Papæ et Mart. Iste sanctus.
℣. Glória, et honóre.
Orat. Infirmitatem 11*.

DIE XX. JUNII.

OCTAVA S. ANTONII DE PADUA. Duplex.

Omnia ut in festo 554.
In Laud. fit comm. S. Silverii Papæ, et Mart.
Ant. Qui odit.
℣. Justus 12*.
Oratio. Infirmitátem.
Vesp. a Cap. de seq. com. Oct.

DIE XXI. JUNII.

S. ALOYSII GONZAGÆ Confess.

Duplex. Oratio.
Cœléstium donórum distribútor Deus, qui in Angélico júvene Aloysio miram vitæ innocéntiam pari cum pœniténtia sociásti: ejus méritis, et précibus concéde; ut innocéntem non secúti, pœniténtem imitémur. Per Dóminum.
Pro comm. Oct. S. Ant.
Ant. O Jesu 556.
℣. et Oratio de festo.
Vesp. a Capit. de seq. cum comm. ut infra.

DIE XXII. JUNII.

S. JULIANÆ FALCONERIIS Virginis.

Duplex.
In utrísque Vesperis, et ad Matutinum.

Hymnus.

Cœléstis Agni núptias,
O Juliána, dum petis,
Domum patérnam déseris,
Chorúmque ducis Vírginum.

Sponsúmque suffixum Cruci
Noctes, diésque dum gemis,
Dolóris icta cúspide,
Sponsi refers imáginē.
Quin septifórmi vúlnere
Fles ad genu Deiparæ;
Sed crescit infúsa fletu,
Flammásque tollit chá-ritas.
Hinc morte fessam próxima
Non usitáto te modo
Solátur, et nutrit Deus,
Dapem supérnam pórrigens.
Ætérne rerum Cónditor,
Ætérne Fili par Patri,
Et par utríque Spíritus,
Soli tibi sit glória. Am.

Sic semper terminandus Hymnus prædictus.

Oratio.

Deus, qui beátam Juliánam Vírginem tuam, extrémo morbo laborántem pretióso Fílii tui Córpore mirabíliter recreáre dignátus es: concéde quæsumus; ut ejus intercedéntibus méritis, nos quoque eódem in mortis agóne refécti ac roboráti, ad cœléstem pátriam perducámur. Per eúmdem.

Et fit comm. S. Aloysii.
Ant. Hic vir.
℣. Justum. 28*.
Oratio. Cœléstium donórum, ut supra.
Deinde S. Paulini Ep. et Conf.
Ant. Sacérdos, et Pontifex.
℣. Amávit eum. 22*.
Or. Da, quæsumus. 22*.
In Laud. fit commem. S. Paulini.
Ant. Euge.
℣. Justum. 23*.
Oratio. Da, quæsumus.

DIE XXIII. JUNII.

VIGILIA S. JOANNIS BAPTISTÆ.

Antiph. ad Bened. ut in Psalter. et post Antiphonam dicunt. Prec. feriales flexis genib. 90.
Si non fiet Offic. de ea, pro comm. Vig. Antiph. prædicta, et ℣. de Fer. occurr. ut ante Psalt. pag. ¶¶

Oratio.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus: ut família tua per viam salútis incédat, et beáti Joánnis præcursóris hortaménta sectándo, ad eum, quem prædíxit, secúra pervéniat, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit, etc.

Vesperæ de S. Joanne Baptista.

DIE XXIV. JUNII.

IN NATIVITATE S. JOANNIS BAPTISTÆ

Dupl. i. class. cum Oct.

Si hoc Festum incidat in diem SS. Corporis Christi, aut alterius Duplicis 1. classis videatur Rubrica pecul. in Brev.

IN I. VESPERIS.

Antiphona.

Ipse præíbit ante illum in spíritu, et virtúte Elíæ, paráre Dómino plebem perféctam.

Psalm. Dixit Dóminus. cum reliquis de Dominica 189, et loco ultimi, Psalm. Laudáte Dóminum omnes Gentes. 195.

Ant. Joánnes est nomen ejus: vinum et síceram non bibet, et multi in Nativitáte ejus gaudébunt.

Ant. Ex útero senectútis et stérili Joánnes natus est præcúrsor Dómini.

Ant. Iste puer magnus coram Dómino: nam et manus ejus cum ipso est.

Ant. Nazaræus vocábitur puer iste: vinum et síceram non bibet, et omne immundũ non manducábit ex útero matris suæ.

Capit. Isai. 49. 1.

Audíte ínsulæ, et atténdite pópuli de longe: Dóminus ab útero vocávit me, de ventre matris meæ recordátus est nóminis mei.

Hymnus.

Ut queant laxis resonáre fibris
Mira gestórum fámuli tuórum,

Solve pollúti lábii reátum,
Sancte Joánnes.
Núntius celso véniens Olympo,
Te patri magnum fore nascitúrum,
Nomen, et vitæ sériem geréndæ
Ordine promit.
Ille promíssi dúbius supérni,
Pérdidit promptæ módulos loquélæ:
Sed reformasti génitus perémptæ
Organa vocis.
Ventris obstrúso récubans cubíli,
Sénseras Regem thálamo manéntem :
Hinc parens nati méritis, utérque
Abdita pandit.
Sit decus Patri, genitæque Proli,
Et tibi compar utriúsque virtus,
Spíritus semper, Deus unus, omni
Temporis ævo.
Amen.
℣. Fuit homo missus a Deo.
℟. Cui nomen erat Joánnes.
Ad Magnificat, Antiph. Ingrésso Zacharía templum Dómini, appáruit ei Gábriel Angelus, stans a dextris altáris incénsi.

Oratio.

Deus, qui præséntem diem honorábilem nobis in beáti Joánnis Nativitáte fecísti : da pópulis tuis spirituálium grátiam gaudiórum, et ómnium fidélium mentes dírige in viam salútis ætérn Per Dóminum.

AD MATUTINUM.

Invit. Regem Præcursóris Dóminum, * Venite adorémus.
Psalm. Venite. 2.

Hymnus.

Antra desérti téneris sub annis,
Cívium turmas fúgiens, petísti,
Ne levi posses maculáre vitam
Crímine linguæ.
Præbuit durum tégumen camélus

Artubus sacris, stróphium bidéntes,
Cui latex háustum, sociáta pastum.
Mella locústis.
Cœteri tantum cecinére Vatum
Corde præságo jubar affutúrum:
Tu quidem mundi scelus auferéntem,
Indice prodis.
Non fuit vasti spátium per orbis
Sánctior quisquam génitus Joánne,
Qui nefas sæcli méruit lavántem
Tingere lymphis.
Sit decus Patri, genitæque Proli,
Et tibi compar utriúsque virtus,
Spíritus, semper, Deus unus, omni
Témporis ævo. Amen.
Ad Laudes, et per Hor.
Antiphona.
Elísabeth Zacharíæ * magnum virum génuit, Joánnem Baptístã præcursórem Dómini.
Psal. Dóminus regnávit. cum reliq 26.

Ant. Innuébant patri ejus, * quem vellet vocári eum: et scripsit, dicens: Joánnes est nomen ejus.
Ant. Joánnes vocábitur nomen ejus: et in Nativitáte ejus multi gaudébunt.
Ant. Inter natos mulíerum non surréxit major Joánne Baptísta.
Ant. Tu puer * Prophéta Altíssimi vocáberis: præíbis ante Dóminum paráre vias ejus.
Capit. Audíte ínsulæ.
Hymnus.
O nimis felix, merítique celsi,
Nésciens labem nívei pudóris,
Præpotens Martyr, nemorúmque cultor,
Máxime Vatum.
Serta ter denis álios corónant
Aucta creméntis, duplicáta quosdam;
Trina te fructu cumuláta centum
Néxibus ornant.
Nunc potens nostri méritis opimis

Péctoris duros lápides revélle,
Asperum planans iter, et refléxos
Dírige calles.
Ut pius mundi Sator et Redémptor,
Méntibus culpæ sine labe puris,
Rite dignétur véniens beátos
Pónere gressus.
Láudibus, cives célebrent supérni,
Te, Deus simplex, paritérque tríne,
Súpplices et nos veniam precámur:
Parce redémptis. Am.

℣. Iste puer magnus coram Dómino.
℟. Nam et manus ejus cum ipso est.

Ad Benedictus, Antiph. Apértũ est os Zacharíæ, et prophetávit dicens: Benedíctus Deus Israel.

Orátio. Deus, qui præséntem, ut supra.

Ad Tertiam.

Añ. Innuébant patri ejus.

Capit. Audíte ínsulæ.

℟. br. Fuit homo * Missus a Deo. Fuit. ℣. Cui nomen erat Joánnes. Missus. Glória Patri. Fuit.

℣. Inter natos mulierũ non surréxit major.
℟. Joánne Baptísta.

Ad Sextam.

Añ. Joánnes vocábitur.

Capit. Isai. 49. 5.

Et nunc hæc dicit Dóminus, formans me ex útero servum sibi: Dedi te in lucẽ géntium, ut sis salus mea usque ad extrémum terræ.

℟. br. Inter natos mulíerum * Non surréxit major. Inter natos. ℣. Joánne Baptísta. Non. Glória Patri. Inter.

℣. Elísabeth Zacharíæ magnum virum génuit.
℟. Joánnem Baptístam præcursórem Dómini.

Ad Nonam.

Ant. Tu puer.

Capit. Isai. 49. 7.

Reges vidébunt, et consúrgent príncipes, et adorábunt Dóminum Deum tuum, et sanctum Israel, qui elégit te.

℟. br. Elísabeth Zacha-

riæ * Magnum virum génuit. Elísabeth.
℣. Joánnem Baptístam præcursórem Dómini. Magnum.
Glória Patri. Elísabeth.
℣. Iste puer magnus coram Dómino.
℟. Nam et manus ejus cum ipso est.

In ii. Vesperis.

Ant. Elísabeth Zachariæ, cum reliquis de Laudibus.
Psal. Capit. et Hymn. ut in i. Vesp.
℣. Iste puer magnus coram Dómino.
℟. Nam et manus ejus cum ipso est.
Ad Magníficat, Antiph. Puer, qui natus est nobis, plusquam Prophéta est: hic est enim, de quo Salvátor ait: Inter natos mulíerum non surréxit major Joánne Baptísta.
Oratio. Deus, qui præséntem. ut in i. Vesp.
Deinde fit commem. sequentis, ut infra.

—

DIE XXV. JUNII.

S. GULIELMI Abbatis.

Duplex.

Ant. Similábo eum.
℣. Amávit eum. 26*.

Oratio.

Deus, qui infirmitáti nostræ ad teréndum salútis viam in Sanctis tuis exémplum et præsídium collocásti: da nobis, ita beáti Guliélmi Abbátis mérita venerári; ut ejúsdem excipiámus suffrágia, et vestígia prosequámur. Per Dómin.
In Laud. fit comm. Oct. Ant. Apértum est.
℣. Iste puer.
Orat. de Festo.
Vesp. a Capit. de seq. cum commem. ut infra.

DIE XXVI. JUNII.

S. JOANNIS, et PAULI Martyrum.

Duplex.

Si contigerit dici i. Vesper. integras hujus festi, tunc dicatur Antiph. Paulus, et Joánnes, cum reliq. de Laud. Psalm. Dixit Dóminus, cum reliq. de Domini-

ca 189. et loco ultimi, Psal. Laudáte Dóminum omnes. 195.
Capit., Hymn., et ℣. de Comm. plur. Martyr. 17*.
Ad Magnificat, Antiph. Astitérunt justi ante Dóminum, et ab ínvicem non sunt separáti: cálicem Dómini bibérunt, et amíci Dei appelláti sunt.

Oratio.

Quæsumus, omnípotens Deus: ut nos gemináta lætítia hodiérnæ festivitátis excípiat, quæ de beatórum Joánnis et Pauli glorificatióne procédit; quos éadem fides, et pássio vere fecit esse germános. Per Dom.
Et fit commem. S. Gulielmi Abbatis.
Antiphona. Hic vir.
℣. Justum. 28*.
Orat. ut supra.
Deinde commem. Oct.
Ant. Puer, qui natus.
℣. Iste puer.
Oratio. Deus, qui præsentem, ut in festo.

Ad Laudes, et per Horas

Antiphona.

Paulus et Joánnes * dixérunt Juliáno: Nos unum Deum cólimus, qui fecit cœlum et terram.
Ps. Dóminus regnávit. cum reliq. 26.
Ant. Paulus et Joánnes * dixérunt Terentiáno: Si tuus dóminus est Juliánus, habéto pacem cum illo: nobis álius non est, nisi Dóminus Jesus Christus.
Ant. Joánnes et Paulus * agnoscéntes tyránnidem Juliáni, facultátes suas paupéribus erogáre cœpérunt.
Ant. Sancti spíritus et ánimæ justórum hymnum dícite Deo, all.
Ant. Joánnes et Páulus * dixérunt ad Gallicánum: Fac votum Deo cœli, et eris victor mélius quam fuisti.
Capit. Hymn. et ℣. de Comm. plur. Mart. 19*.
Ad Benedictus, Antiph. Isti sunt sancti, qui pro Christi amóre minas

hóminum contempsérunt: sancti Mártyres in regno cœlórum exúltant cum Angelis: O quam pretiósa est mors Sanctórum, qui assídue assístunt ante Dóminum, et ab ínvicem non sunt separáti!
Oratio. Quæsumus, omnípotens, ut supra.
Et fit comm. Oct.
Ant. Apértum est.
℣. Iste puer.
Oratio ut in Festo.
Ad Horas Antiph. de Laud. Capit. et ℟℟. br. de Communi plur. Martyr. 20*.
Vesp. de seq. comm. præc. et Octav.
Verum si contigerit fest. SS. Joannis, et Pauli habere ii. Vesp. integras, tunc in ii. Vesp. Ant. Paulus, et Joánnes cum rel. de Laudibus.
Ps. Dixit Dóminus. 189 cum rel. de Dominica, et loco ultimi, Ps. Crédidi. 194.
Capit. Hymn., et ℣. de Communi. 17*.
Ad Magnificat, Antiph. Isti sunt, ut infra.

DIE XXVII. JUNII.

B. BENVENUTI Confess. i. Ord.

Duplex maj.

Oratio.

Dómine Jesu, qui beátum Benvenútum Confessórem perfécta sui abnegatióne imitatórem tui gloriósum effecísti: da nobis, quæsumus; ut voluntátem tuam semper exequéntes, ejúsdem glóriæ partícipes esse mereámur: Qui vivis, et regnas.
Et fit comm. SS. Joannis, et Pauli Mart.
Añ. Isti sunt duæ olívæ, et duo candelábra lucéntia ante Dóminum: habent potestátē cláudere cœlum núbibus, et aperíre portas ejus; quia línguæ eórum claves cœli factæ sunt.
℣. Exultábunt. 20*.
Oratio. Quæsumus.
Deinde Oct. S. Joannis.
Ant. Puer, qui natus.
℣. Iste puer.

Oratio ut in Festo.
In Laud. fit commi. Oct.
Ant. **Apértum est.**
℣. **Iste puer.**
Oratio ut in Festo.
In ii. Vesp. commem. ut infra.

DIE XXVIII. JUNII.
S. LEONIS Papæ, et Conf.
Semiduplex.

Ant. **Sacérdos, et Póntifex.** ℣. **Amávit eum.** 22*

Oratio.

Deus, qui beátum Leónem Pontíficem, sanctórum tuórum méritis coæquásti: concéde propítius; ut, qui commemoratiónis ejus festa percólimus, vitæ quoque imitémur exémpla. Per Dóminum.

Et fit comm. Oct.
Ant. **Puer, qui natus.**
℣. **Iste puer.**
Oratio. **Deus, qui præséntem,** ut in Festo.
In Laud. fit comm. Oct.
Ant. **Apértum est.**
℣. **Iste puer.**
Oratio ut in Festo.
Deinde fit commem. Vigiliæ.
Antiph. et ℣. de Feria ocurrente, ut ante Psalt. pag. ¶¶

Oratio.

Præsta, quæsumus omnípotens Deus: ut nullis nos permíttas perturbatiónibus cóncuti, quos in Apostólicæ confessiónis petra solidásti. Per Dómin.

Vesperæ de sequenti sine ulla commemoratione.

Si festum Sancti Leonis transferri contigerit, tunc in secundis Vesperis dicitur Antiph. ad Magnificat. **Dum esset summus Póntifex.** 24*.

DIE XXIX. JUNII.
SS. PETRI, ET PAULI. Apostolorum.
Dupl. i. class. cum. Oct.

IN I. VESPERIS.

Ant. **Petrus, et Joánnes,** cum reliq. de Laud.
Psalm. **Dixit Dóminus,** cum reliq. de Domin. **189.** et loco ult., Psal. **Laudáte Dóminum omnes Gentes. 195.**
Capit. **Act. 12. 1.**

Misit Heródes rex manus, ut afflígeret

quosdãdeEcclésia.Occídit autem Jacobum fratremJoánnis gládio. Videns autem quia placéret Judæis, appósuit ut apprehénderet et Petrum.

Hymnus.

Decóra lux æternitátis, áuream
Diem beátis irrigávit ígnibus,
Apostolórum quæ corónat Príncipes,
Reísque in astra líberã pandit viam.
Mundi Magíster, atque cœli Jánitor,
Romæ Paréntes, ArbitríqueGéntium,
Per ensis ille, hic per crucis victor necem
Vitæ senátum laureáti póssident.
O Roma felix, quæ duórum Príncipum
Es consecráta glorióso sánguine:
Horum cruóre purpuráta céteras
Excéllis orbis una pulchritúdines.
Sit Trinitáti sempitérna glória,
Honor, potéstas, atque jubilátio,
In unitáte, quæ gubérnat ómnia,
Per univérsa sæculórũ sæcula. Amen.

℣. In omnem terram exívit sonus eórum.
℟. Et in fines orbis terræ verba eórum.

Ad Magníficat, Antiph. Tu es pastor óvium princeps Apostolórum, tibi tráditæ sunt claves regni cœlórum.

Oratio.

Deus, qui hodiérnam diem Apostolórum tuórum Petri, et Pauli martyrio consecrásti : da Ecclésiæ tuæ, eórum in ómnibus sequi præcéptum, per quos religiónis sumpsit exórdiũ. Per Dóminum.

Et non fit commemór. S. Pauli, cum Oratio sit communis.

AD MATUTINUM.

Invit. Regem Apostolórum Dóminum, * Veníte adorémus.

Hymnus, et Psalmi de commun. Apostol.

Ad Laudes, et per Hor.
Antiphona.

Petrus et Joánnes* ascendébant in templum ad horam oratiónis nonam.
Psal. Dóminus regnávit cum reliq. 26.
Ant. Argéntum et áurũ * non est mihi: quod autem hábeo, hoc tibi do.
Ant. Dixit Angelus * ad Petrum: Circúmda tibi vestiméntum tuum, et séquere me.
Antiph. Misit Dóminus Angelum suum, et liberávit me de manu Heródis, allelúja.
Ant. Tu es Petrus, * et super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam.
Capit. Misit Heródes.
Hymnus.

Beáte Pastor Petre, clemens áccipe
Voces precántum, crimínúmque víncula
Verbo resólve, cui potéstas trádita
Aperíre terris cœlum, apértum cláudere.

Egrégie Doctor Paule mores instrue,
Et nostra tecum péctóra in cœlum trahe:
Veláta dum merídiem cernat Fides,
Et solis instar sola regnet Cháritas.

Sit Trinitáti sempitérna glória
Honor, potéstas, atque jubilátio,
In unitáte, quæ gubérnat ómnia,
Per univérsa æternitátis sæcula. Amen.

℣. Annuntiavérunt ópera Dei.
℟. Et facta ejus intellexérunt.
Ad Benedictus, Antiph.
Quodcúmque ligáveris super terram erit ligátum et in cœlis: et quodcúmque sólveris super terram, erit solútum et in cœlis: dicit Dóminus Simóni Petro.
Oratio. Deus, qui hodiérnam diem ut supr.

Ad Tertiam.

Ant. Argéntum, et áurũ.
Capit. Misit Heródes.
℟. br. In omnem terrã.

℣. Constítues. 3*.

Ad Sextam.

Ant. Dixit Angelus.

Capit. Act. 12. 5.

Petrus quidem servabátur in cárcere. Orátio autem fiébat sine intermissióne ab Ecclésia ad Deũ pro eo.

℟. Constítues.

℣. Nimis honoráti. 3*.

Ad Nonam.

Ant. Tu es Petrus.

Capit. Act. 12. 11.

Et Petrus, ad se revérsus, dixit: Nunc scio vere, quia misit Dóminus Angelũ suum, et erípuit me de manu Heródis, et de omni expectatióne plebis Judæórum.

℟. br. Nimis honoráti.

℣. Annuntiavérunt. 3*.

In ii. Vesperis, ubi non est faciendum Off. S. Pauli in Eccl. propria, dicitur Antiph. Jurávit Dóminus. cum reliq. Añis, et Psalm. ut in ii. Vesper. de Comm. Apost. 3*.

Capit. et Hymn. ut in i. Vesp.

℣. Annuntiavérunt ópera Dei.

℟. Et facta ejus intellexérunt.

Ad Magnificat, Antiph. Hódie Simon Petrus ascéndit crucis patíbulum, allelúja: hódie Claviculárius regni gáudens migrávit ad Christum: hódie Paulus Apóstolus, lumen orbis terræ inclináto cápite pro Christi nómine martyrio coronátus est, allelúja.

Orátio. Deus, qui hodiérnam diem, ut sup. Et nulla fit commemorátio.

UBI VERO

fit Officium S. Pauli in Ecclesia propria.

Ad Vesperas, Antiph. Ego plantávi, cum rel. de Laud. Psal. de Dominica 189. et loco ultimi, Psalm. Laudáte Dóminum omnes Gentes. 195.

Capit. 2. Tim. 4. 7.

Bonum certámen certávi, cursum consummávi, fidẽ servávi,

In réliquo repósita est mihi coróna justítiæ, quam reddet mihi Dóminus in illa die, justus judex.
Hymn. Egrégie Doctor ut supra, 570.
℣. Tu es vas electiónis sancte Paule Apóstole.
℟. Prædicátor veritátis in univérso mundo.
Ad Magnificat, Antiph. Sancte Paule Apóstole, Prædicátor veritátis, et Doctor Géntium, intercéde pro nobis ad Deũ, qui te elégit.
Oratio.
Deus, qui multitúdinẽ Géntium beáti Pauli Apóstoli prædicatióne docuísti : da nobis, quæsumus ; ut cujus natalítia cólimus, ejus apud te patrocínia sentiámus. Per Dóminum.
Et fit comm. S. Petri.
Antiph. Tu es pastor óvium, Princeps Apostolórum, tibi tráditæ sunt claves regni cœlórum.
℣. Tu es Petrus.
℟. Et super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam.
Oratio.
Deus, qui beáto Petro Apóstolo tuo, collátis clávibus regni cœléstis, ligándi atque solvéndi Pontifícium tradidísti : concéde ; ut intercessiónis ejus auxílio, a peccatórum nostrórum néxibus liberémur: Qui vivis.
Et non fit commem. S. Joannis, neque in Laudibus.

DIE XXX. JUNII.
COMMEMOR. S. PAULI Apostoli.
Duplex maj.
Si Commem. S. Pauli venerit in die Oct, Corp. Christi, extra propriam Eccl. transfertur in primam diem infra Oct. Dominica vel festo non impeditam, et totum Off. fit ut in propria Ecclesia.
AD MATUTINUM.
Invit. Regem Apostolórum Dóminum, * Veníte, adorémus.
Psalm. Veníte. 2.

Hymn. Egrégie Doctor, ut supra 570.

Ad Laudes, et per Hor. Antiphona.

Ego plantávi,* Apollo rigávit, Deus autem increméntum dedit, allelúja.

Ps. Dóminus regnávit. cum reliq. 26.

Añ. Libénter gloriabor* in infirmitátibus meis, ut inhábitet in me virtus Christi.

Ant. Grátia Dei* in me vácua non fuit, sed grátia ejus semper in me manet.

Ant. Damásci, præpósitus gentis Arétæ regis vóluit me comprehéndere: a frátribus per murum demíssus sum in sporta, et sic evási manus ejus in nómine Dómini.

Ant. Ter virgis cæsus sum, * semel lapidátus sum, ter naufrágium pértuli pro Christi nómine.

Capit. Bonū certámen, ut supra.

Hymn. Exúltet orbis, gáudiis. ut in Communi Apost. 1*.

℣. Tu es vas electiónis, sancte Paule Apóstole.

℟. Prædicátor veritátis in univérso mundo.

Ad Benedictus, Antiph. Vos, qui secúti estis me, sedébitis super sedes, judicántes duódecim tribus Israel, dicit Dóminus.

Oratio. Deus, qui multitúdinem, ut supra.

Et fit comm. S. Petri.

Ant. Tu es Pastor.

℣. Tu es Petrus.

Oratio, ut supra.

Deinde Oct. S. Joannis.

Ant. Apértum est.

℣. Iste puer.

Oratio ut supra.

Ad Tertiam.

Añ. Libénter glóriábor.

Capit. Bonum certámen.

℟. br. In omnem terrā.

℣. Constítues. 3*.

Ad Sextam.

Ant. Grátia. Dei.

Capit. 2. Cor. 12.7.

Ne magnitúdo revelatiónum extóllat me, datus est mihi stí-

mulus carnis meæ ángelus sátanæ, qui me colaphízet. Propter quod ter Dóminum rogávi, ut discéderet a me: et dixit mihi: Súfficit tibi grátia mea.
℟. br. Constitues.
℣. Nimis honoráti. 3*.

Ad Nonam.

Ant. Ter virgis cæsus sum.

Capit. 1. Cor. 19. 15. Ego enim sum mínimus Apostolórum, qui non sum dignus vocári Apóstolus, quóniam persecútus sum Ecclésiam Dei. Grátia autem Dei sum id quod sum, et grátia ejus in me vácua non fuit.
℟. br. Nimis honoráti sunt.
℣. Annuntiavérunt. 3*.

In ii. Vesperis, Ant. Jurávit Dóminus, cum reliquis Antiphonis, et Psalm. ut in ii. Vesperis de Comm. Apost 3*.
A Capit. fit de Oct. S. Joannis ut in i. Vesp. cum comm. SS. Apost. Petri, et Pauli, ut infra.

Sed in Ecclesia S. Pauli, Vesp. integræ dicuntur de eo.
Ant. Jurávit Dóminus, cum rel. ut in ii. Vesp. de Comm. Apost. 3*.
Capit. et reliq. ut in i. Vesp. cum commem. S. Petri, ut supra, et Oct. S. Joannis ut in i. Vesper. festi.

FESTA JULII.

Prima die non impedita dicitur Officium Defunctorum.

DOMINICA I. JULII.
PRETIOSISS. SANGUINIS D. N. J. C.

Duplex ii. classis.

IN I. VESPERIS.

Antiphona.

Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis véstibus de Bosra? Iste formósus in stola sua.
Psalm. Dixit Dóminus, cum rel. de Dom. 189.
(loco ult., Psal. Laudáte Dóminum omnes Gentes. 195.
Ant. Ego qui loquor justitiam, et propugnátor sum ad salvándum.
Ant. Vestitus erat veste

aspérsa Sánguine, et vocátur nomen ejus Verbum Dei.

Ant. Quare ergo rubrū est induméntum tuum, et vestiménta tua sicut calcántium in torculári?

Ant. Tórcular calcávi solus, et de géntibus non est vir mecum.

Capit. Hebr. 9.11.

Fratres, Christus assístens Póntifex futurórum bonórum, per ámplius, et perféctius tabernáculum non manufáctum, idest non hujus creatiónis, neque per sánguinem hircórū, aut vitulórum, sed per próprium sánguinem introívit semel in sancta, ætérna redemptióne invénta.

Hymnus.

Festívis résonent cómpita vócibus,
Cives lætítiā fróntibus éxplicent,
Tædis flammíferis órdine pródeant,
Instrúcti púeri et senes.

Quem dura móriens Christus in árbore
Fudit multíplici vúlnere Sánguinem,
Nos facti mémores dum cólimus, decet
Saltem fúndere lácrymas.

Humáno géneri perníciës gravis,
Adámi véteris crímine cóntigit:
Adámi intégritas, et píetas novi
Vitam réddidit ómnibus.

Clamórem válidū summus ab æthere
Languéntis Géniti si Pater áudiit,
Placári pótius Sánguine débuit,
Et nobis véniā dare.

Hoc quicúmque stolam Sánguine próluit,
Abstérgit máculas, et róseum decus,
Quo fiat símilis prótinus Angelis,
Et regi pláceat, capit.

A recto instábilis trámite póstmodum

Se nullus rétrahat; meta sed última
Tangátur: tríbuet nóbile præmium,
Qui cursum Deus ádjuvat.
Nobis propítius sis Génitor potens,
Ut quos Unígenæ Sánguine Fílii
Emísti, et plácido Flámine récreas,
Cœli ad cúlmina tránsferas.
Amen.

℣. Redemísti nos, Dómine, in Sánguine tuo.
℟. Et fecísti nos Deo nostro regnum.

Ad Magnificat, Antiph. Accessístis ad Sion montem, et civitátem Dei vivéntis Jerúsalem cœléstem, et testaménti novi mediatórem Jesū, et Sánguinis aspersiónē méliusloquéntem, quam Abel.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui unigénitum Fílium tuum mundi Redemptórem constituísti, ac ejus Sánguine placári voluísti: concède, quæsumus, salútis nostræ prétium solémni cultu ita venerári, atque a præséntis vitæ malis ejus virtúte defendi in terris; ut fructu perpétuo lætémur in cœlis. Qui tecum vivit, et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus.

Et fit com. Domin. occ.

AD MATUTINUM.

Invit. Christum Dei Fílium, qui suo nos redémit Sánguine, * Veníte adorémus.

Psalm. Veníte. 2.

Hymnus.

Ira justa Conditóris
Imbre aquárum víndice,
Criminósum mersit orbem
Noe in arca sóspite:
Mira tandem vis amóris,
Lavit orbem Sánguine.
Tam salúbri terra felix
Irrigáta plúvia,
Ante spinis quæ scatébat,
Germinávit flósculos,

Inque néctaris sapórem
Transiére absínthia.
Triste prótinus venénū
Dirus ánguis pósuit,
Et cruénta belluárum
Désiit ferócia:
Mitis Agni vulneráti
Hæc fuit victória.
O sciéntiæ supérnæ
Altitúdo impérvia!
O suávitas benígni
Prædicánda péctoris!
Servus erat morte dignus,
Rex luit pœnam óptimus.
Quando culpis provocámus
Ultiónem Júdicis,
Tunc loquéntis protegámur
Sánguinis præséntia,
Ingruéntium malórum
Tunc recédant ágmina.
Te redémptus láudet orbis
Grata servans múnera,
O salútis sempitérnæ
Dux et áuctor ínclyte,
Qui tenes beáta regna
Cum Parénte et Spíritu. Amen.

In i. Nocturno.

Ant. Postquam consummáti sunt dies octo, ut circumciderétur puer, vocátum est nomen ejus Jesus.
Psalm. Quare fremuérunt gentes. 5.
Ant. Factus in agonía, prolíxius orábat, et factus est sudor ejus sicut guttæ sánguinis decurréntis in terram.
Psalm. Dómine quid multiplicáti sunt. 6.
Ant. Judas, qui eum trádidit, pœniténtia ductus, rétulit trigínta argénteos, dicens: Peccávi, tradens Sánguinē justum.
Psalm. Consérva me 15.
℣. Redemísti nos, Dñe.
℟. In Sánguine tuo.

In ii. Nocturno.

Antiph. Pilátus volens pópulo satisfácere, trádidit illis Jesum flagéllis cæsum.
Ps. Dñus regit me. 48.
Ant. Videns autem, quia nihil profíceret, accepta aqua, lavit manus coram pópulo, dicens: Innocens ego sum a Sánguine justi hujus.

Psalm. Exaltabo...quoniam 72.

Ant. Et respóndens univérsus pópulus, dixit: Sanguis ejus super nos, et super filios nostros.

Psalm. Exáudi.... cum déprecor. 116.

℣. Sanguis Jesu Christi Filii Dei.

℟. Emúndat nos ab omni peccáto.

In iii. Nocturno.

Ant. Exívit ergo Jesus, portans corónam spíneam, et purpúreum vestiméntum, et dixit eis: Ecce Homo.

Psalm. Ut quid Deus repulísti in finem. 132.

Ant. Et bájulans sibi Crucem exívit in eum, qui dícitur Calváriæ locum: ubi crucifixérunt eum.

Psal. Domine Deus salútis meæ. 152.

Ant. Ut vidérunt eum jam mórtuum, non fregérunt ejus crura: sed unus mílitum láncea latus ejus apéruit, et contínuo exívit Sanguis, et aqua.

Psalm. Deus ultiónum Dóminus. 156.

℣. Christus diléxit nos.

℟. Et lavit nos a peccátis nostris in Sánguine suo.

Ad Laud., et per Horas.

Antiphona.

Hi qui amícti sunt * stolis albis, qui sunt, et unde venerunt?

Ps. Dóminus regnávit. cum rel. 26.

Ant. Hi sunt, qui venérunt * de tribulatióne magna, et lavérunt stolas suas in Sánguine Agni.

Antiph. Ideo sunt * ante thronum Dei, et sérviunt ei die ac nocte.

Ant. Et ipsi vicérunt dracónem propter Sánguinem Agni, et propter testaméntum Verbi sui.

Ant. Beáti, * qui lavant stolas suas in Sánguine Agni.

Capit. Fratres: Christus assístens, ut supra.

Hymnus.

Salvéte Christi vúlnera,
Imménsi amóris pígnora

Quibus perénnes rívuli
Manant rubéntis Sánguinis.
Nitóre stellas víncitis,
Rosas odóre et bálsama,
Prétio lapíllos índicos,
Mellis favos dulcédine.
Per vos patet gratíssimum
Nostris asylum méntibus,
Non huc furor minántium
Unquam pénetrat hóstium.
Quot Jesus in prætório
Flagélla nudus éxcipit!
Quot scissa pellis úndique
Stillat Cruóris gúttulas!
Frontem venústā, proh dolor!
Coróna pungit spínea,
Clavi retúsa cúspide
Pedes manúsque pérforant.
Postquam sed ille trádidit
Amans volénsque spíritum,
Pectus ferítur láncea,
Geminúsque liquor éxilit.
Ut plena sit redémptio,
Sub torculári stríngitur,
Suíque Jesus ímmemor,
Sibi nil resérvat Sánguinis.
Veníte, quotquot críminum
Funésta labes ínficit:
In hoc salútis bálneo
Qui se lavat, mundábitur.
Summi ad Paréntis déxteram
Sedénti habénda est grátia,
Qui nos redémit Sánguine
Sanctóque firmat Spíritu. Amen.

℣. Justificáti in Sánguine Christi.
℟. Salvi érimus ab ira per ipsum.

Ad Benedictus, Antiph. Erit sanguis agni vobis in signum, dicit Dóminus: Et vidébo sánguinem, et transíbo vos, nec erit in vobis plaga dispérdens.

Orat. Omnípotens sempitérne Deus.

Et fit comm. Dominicæ.

Ad Primam in ℟. br. ℣. Qui tuo nos Sánguine redemísti.

Ad Tertiam.

Ant. Hi sunt qui venérunt.

Capit. Fratres: Christus assístens.

℟. br. Redemísti nos, Dómine, * In Sánguine tuo. Redemísti.

℣. Ex omni tribu, et lingua, et pópulo, et natióne. In Sánguine.

Glória Patri. Redemísti.

℣. Sanguis Jesu Christi Fílii Dei.

℟. Emúndat nos ab omni peccáto.

Ad Sextam.

Ant. Ideo sunt.

Capit. Hebr. 9.13.

Si sánguis hircórum et taurórum, et cinis vítulæ aspérsus inquinátos sanctíficat ad emundatiónem carnis: quanto magis Sanguis Christi, qui per Spíritum sanctum semetípsum óbtulit immaculátum Deo, emundábit consciéntiam nostram ab opéribus mórtuis, ad serviéndum Deo vivénti?

℟. brev. Sanguis Jesu Christi Fílii Dei, * Emúndat nos. Sanguis.

℣. Ab omni peccáto. Emúndat nos.

Glória Patri. Sanguis.

℣. Christus diléxit nos.

℟. Et lavit nos in Sánguine suo.

Ad Nonam.

Ant. Beáti.

Capit. Hebr. 9.19.

Accípiens Móyses sánguinem vitulórum et hircórum, cum aqua et lana coccínea, et hyssópo; ipsum quoque librum, et omnem pópulum aspérsit, dicens: Hic sanguis testaménti, quod mandávit ad vos Deus.

℟. br. Christus diléxit nos, et lavit nos, * In Sánguine suo. Christus.

℣. Effecit nos regnum, et sacerdótes Deo, et Patri. In Sánguine.

Glória Patri. Christus.

℣. Justificáti in Sánguine Christi.

℟. Salvi érimus ab ira per ipsum.
In ii. Vesp. omnia ut in i. sed loco ultimi Ps., dicitur Láuda Jerúsalē Dóminum. 218.
℣. Te ergo quæsumus, tuis fámulis súbveni.
℟. Quos pretióso Sánguine redemísti.
Ad Magníficat, Antiph. Habébitis autem hunc diem in monuméntum: et celebrábitis eum solémnem Dño in generatiónibus vestris cultu sempitérno.
Oratio, ut supra.
Et fit comm. Dominicæ.

DIE I. JULII.

OCTAVA S. JOANNIS BAPTISTÆ.

Duplex.

Omnia ut in die festi. 561.
Et fit comm. Sanctorū Apostolorum.
Ad Vesperas per totam Octavam.
Ant. Petrus Apóstolus, et Paulus Doctor Géntium, ipsi nos docuérunt legem tuam Dómine.
℣. Constítues eos príncipes super omnem terram.
℟. Mémores erunt nóminis tui, Dómine.
Oratio. Deus, qui hodiérnam diem. 569.
In Laudibus vero Ant. Gloriósi príncipes terræ, quómodo in vita sua dilexérunt se, ita et in morte non sunt separáti.
℣. In omnem terram exívit sonus eórum.
℟. Et in fines orbis terræ verba eórum.
Vesp. de seq. cum commem. ut infra.

DIE II. JULII.

VISITATIONIS BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.

Duplex. ii. class.

IN I. VESPERIS.

Ant. Exúrgens Maria cum rel. de Laud.
Psalm. Capit. et Hymn. ut in Festis B. Mariæ Virg. per annum. 40.*
℣. Benedícta tu in muliéribus.
℟. Et benedíctus fructus ventris tui.

Ad Magnificat, Antiph. Beáta es, María, quæ credidísti: perficiéntur in te, quæ dicta sunt tibi a Dómino, allelúja.

Oratio.

Fámulis tuis, quæsumus Dómine, cœléstis grátiæ munus impertíre: ut quibus beátæ Vírginis partus éxtitit salútis exórdium, Visitatiónis ejus votíva solémnitas, pacis tríbuat increméntum. Per Dóm.

Et fit comm. diei Oct: S. Joannis.

Ant. Puer, qui.

℣. Iste puer, 565.

Oratio, ut supra, 562.

Ad Compl. et per Horas diei in fine Hymn. dicitur: Jesu... Qui natus es.

Ad Laudes, et per Hor.

Antiphona.

Exúrgens María, * ábiit in montána cum festinatióne in civitátem Juda.

Psalm. Dóminus regnávit, cum reliq. 26.

Ant. Intrávit María * in domum Zacharíæ, et salutávit Elísabeth.

Ant. Ut audívit * salutatiónem Maríæ Elísabeth, exultávit infans in útero ejus, et repléta est Spíritu sancto, allelúja.

Ant. Benedícta tu inter mulíeres, et benedíctus fructus ventris tui.

Ant. Ex quo facta est * vox salutatiónis tuæ in áuribus meis, exultávit infans in útero meo, allelúja.

Capit. Ab inítio.

Hymn. O gloriósa Vírginum. 53*.

℣. Benedícta tu in mulíeribus.

℟. Et benedíctus fructus ventris tui.

Ad Benedictus, Antiph. Cum audísset salutatiónē Maríæ Elísabeth, exclamávit voce magna, et dixit: Unde hoc mihi, ut véniat Mater Dómini mei ad me? allelúja.

Oratio. Fámulis tuis.

Et fit comm. SS. Processi, et Martiniani Martyrum.

Ant. Vestri capilli.
℣. Exultábunt 20*.

Oratio.

Deus, qui nos sanctórū Mártyrum tuórum Procéssi, et Martiniáni gloriósis confessiónibus circúmdas, et prótegis: da nobis et eórum imitatióne profícere, et intercessióne gaudére. Per Dñum.

Ad Primam in ℟. brev. dicitur ℣. Qui natus es.
In ii. Vesp. omnia ut in primis.
Ad Magnificat, Antiph. Beátā me dicent omnes generatiónes, quia ancíllam húmilē respéxit Deus, allelúja.
Oratio. Famulis tuis.
Deinde fit comm. Oct. SS. Apost. ut infra.

DIE III. JULII.

Quinta infra Oct. SS. Petri, et Pauli Apostolorum.

Semiduplex.

Pro comm. SS. Apost. Ant. Petrus Apóstolus.
℣. Constítues ut supra.
Oratio. Deus, qui hodiérnam. 569.

Ad Laudes, et per Horas. Omnia de Communi Apost. exceptis seq.
℣. In omnem terrā exívit sonus eórum.
℟. Et in fines orbis terræ verba eórum.
Ad Benedictus, Antiph. Gloriósi príncipes terræ, ut supra.
Oratio, Deus, qui hodiérnam. 569.
Vesp. de seq. sine commemor.

DIE IV JULII.

ANNIVERSARIUM DEDICATIONIS OMNIUM ECCLESIARUM consecratarum Trium Ord. S. P. N. Francisci.

Duplex i. classis cum Octava.

Omnia ut in Comm. Dedicationis Eccl. 35*.
In ii. Vesp. fit comm. seq. tantum.

DIE V. JULII.

B. ARCHANGELI A CALATAPHIMO Confess. i. Ordinis.

Duplex.

Ant. Similábo eum.
℣. Amávit. 26*.

—

Oratio.

Clementíssime Deus, qui beátum Archángelum Confessórem tuũ solitúdinis cultórem evangélicæ prædicatiónis grátia sublimásti: concéde nobis fámulis tuis; ut ejúsdem imitántes exémpla, consequámur et præmia. Per Dóminum.

In Laud. fit comm. Oct. Dedic. Ant. Zachæe.

℣. Hæc est. 38*.

Oratio. Deus, qui nobis. 36*.

Et fit comm. Oct. SS. Apost.

Ant. Gloriósi príncipes.

℣. In omnem. 581.

Oratio. Deus, qui hodiérnam. 569.

Vesp. a Capit de seq. cum commem. præced. et Oct. Dedic.

DIE VI. JULII.

OCTAVA SS. PETRI ET PAULI Apostolorum.

Duplex.

In i. Vesperis, Antiph. Hoc est præcéptum meum, cum reliquis Añis., Psalm. Capit. et Hymn. ut in i. Vesp. de Communi Apost. 1*.

℣. Constítues eos.

Ad Magnificat, Antiph. Petrus Apóstolus, ut supra. 581.

Oratio.

Deus, cujus déxtera beátum Petrum ambulántem in flúctibus, ne mergerétur, eréxit: et coapóstolum ejus Paulum, tértio naufragántem, de profúndo pélagi liberávit: exáudi nos propítius, et concéde; ut ambórum méritis æternitátis glóriam consequámur: Qui vivis.

Pro comm. B. Archang.

Ant. Hic vir.

℣. Justum. 28*.

Oratio. Clementíssime.

Deinde fit comm. Oct. Dedic. Eccl.

Ant. O quam.

℣. Domum tuam. 39*.

Oratio. Deus, qui nobis. 36*.

In Laud. ℣. In omnem terram exívit sonus eórum.

℟. Et in fines orbis terræ verba eórum.

Ad Benedictus, Antiph. Gloriósi príncipes. 581. Oratio. Deus, cujus déxtera. Deinde fit comm. Oct. Dedic. Ant. Zachæe. ℣. Hæc est. 38*. Oratio. Deus, qui nobis. 36*. In ii. Vesp. Antiphona Jurávit Dóminus, cum reliq. Ant., et Psal. ut in ii. Vesp. de Comm. Apost. 3*. A Capitul. de seq. cum com. diei Oct. SS. Apost. et Oct. Dedic. ut infra.

DIE VII. JUNII.

B. LAURENTII A BRUNDUSIO Confess. Ordin. Min. Capucc.

Duplex.

In Hymno Méruit supr.

Oratio.

Deus, qui ad árdua quæque pro Nóminis tui glória, et animárum salúte, beáto Lauréntio Confessóri tuo spíritum consílii, et fortitúdinis contulísti: da nobis in eódem spíritu et agénda cognóscere, et cógnita ejus intercessióne perfícere. Per Dóminum.

Pro comm. diei Oct. SS. Apost. Ant. Petrus Apostolus. 581. ℣. Constítues. Oratio. Deus, cujus déxtera, ut supra. Deinde commem. Oct. Dedic. Ant. O quam. ℣. Domum tuam. 39* Or. Deus, qui nobis. 36*. Ad Laud. fit comm. Oct. Dedic. Ant. Zachæe. ℣. Hæc est. 38*. Or. Deus, qui nobis. 36*. Vesperæ de seq. cum commem. præc. et Oct. Dedic.

DIE VIII. JULII.

S. ELISABETH Reginæ Portugalliæ 3. Ord.

Duplex maj.

IN I. VESPERIS.

Ant. Dum esset rex, cum reliq. de Laud. Psalm. Dixit Dóminus, cum rel. Ps. ut in Festis B. M. V. per annum 40* Cap. Mulíerē fortē. 32*.

Hymnus.

Domáre cordis ímpetus Elísabeth Fortis, inópsque, Deo

Servíre, regno prætulit.
En fúlgidis recépta cœli sédibus,
Sidereæque domus
Ditáta sanctis gáudiis.
Nunc regnat inter Cœlites beátior,
Et premit astra, docens
Quæ vera sint regni bona.
Patri potéstas, Filióque glória,
Perpetuúmque decus
Tibi sit, alme Spíritus.
Amen.

℣. Ora pro nobis beáta Elísabeth.
℟. Ut digni, etc.

Ad Magníficat, Antiph. Et nunc Reges intellígite, erudímini qui judicátis terram.

Oratio.

Clementíssime Deus, qui beátam Elísabeth Regínam, inter céteras egrégias dotes, béllici furóris sedándi prærogatíva decorásti: da nobis ejus intercessióne; post mortális vitæ, quam supplíciter pétimus, pacem, ad ætérna gáudia perveníre. Per Dóminum.

Pro commem. B. Laurentii, Ant. Hic vir. ℣. Justum. 28*. Oratio, ut supra.

Pro comm. Oct. Dedic. Ant. O quam. ℣. Domum tuam. 39*. Or. Deus, qui nobis. 36*.

AD MATUTINUM.

Invit. Laudémus Deum nostrum, * In sanctis opéribus beátæ Elísabeth.

Psalm. Veníte. 2.

Hymn. Domáre cordis.

Ad Laudes, et per Horas Antiphona.

Dum esset Rex * in accúbitu suo, nardus mea dedit odórem suavitátis.

Psalm. Dóminus regnávit cum reliq. 26.

Antiph. Et concupíscet Rex * decórem tuum, quia ipse est Dóminus Deus tuus.

Ant. Potens in ópere * et sermóne lenívit iracúndiam Dómini, et conciliávit cor patris ad filium.

Ant. Quasi arcus refúlgens inter nébulas glóriæ: et quasi flos rosárum in diébus vernis.
Ant. Quasi stella matutína * in médio nébulæ; et quasi luna plena in díebus suis.
Cap. Mulíerē fortē. 32*.
Hymnus.

Opes decúsque régium reliqueras,
Elísabeth, Dei dicáta númini:
Recépta nunc beáris inter Angelos;
Libens ab hóstiū tuére nos dolis.

Præi, viamque dux salútis índica:
Sequémur. O sít una mens fidélium,
Odor bonus sit omnis áctio, tuis
Id ínnuit rosis opérta Cháritas.

Beáta Cháritas in arce síderum
Potens locáre nos per omne sæculum:
Patríque, Filióque summa glória,
Tibíque laus perénnis, alme Spíritus. Am.

℣. Méritis, et précibus beátæ Elísabeth.
℟. Propítius esto, Dómine, pópulo tuo.
Ad Benedictus, Antiph. Tu glória Jerúsalem, tu lætítia Israel, tu honorificéntia pópuli tui.
Oratio. Clementíssime.
Deinde fit comm. Oct. Dedic.
Ant. Zachæe.
℣. Hæc est. 38*.
Or. Deus, qui nobís. 36*.
Ad Horas Antiph. de Laudibus Capit. et ℟℟. br. de Communi nec Virg. nec Mart. 34*.
In ii. Vesperis omnia ut in primis: a Capit. fit de seq. cum comm. præced. et Oct. Dedic. ut infra.

DIE IX. JULII.

B. NICOLAI, et SOCIOR. Martyrum Gorcomiensium i. Ord.

Duplex maj.

Oratio.

Deus, qui beatórum Mártyrum tuórum Nicolái, et sociórum ejus gloriósum pro Fide tua certámen æterni-

tátis láurea decorásti: concéde propítius; ut eórum méritis et imitatióne certántes in terris, cum ipsis coronári mereámur in cœlis. Per Dóminum.

Et fit commem. S. Elisabeth.

Ant. Elísabeth pacis, et pátriæ mater, in cœlo triúmphans, dona nobis pacem.

℣. Ora pro nobis.

Oratio. Clementíssime.

Deinde Oct. Dedic. Eccl.

Ant. O quam.

℣. Domum tuam. 39*.

Or. Deus, qui nobis. 36*.

In Laud. fit commem. Oct. Dedic. Eccl.

Ant. Zachæe.

℣. Hæc est. 38*.

Oratio. Deus, qui nobis. 36*.

In ii. Vesp. fit com. seq. et Oct. Dedic. ut infra.

DIE X. JULII.

SS. SEPTEM FRATRUM, ac RUFINÆ, et SECUNDÆ Virg. et Mart.

Semiduplex.

Ant. Istórum.

℣. Lætámini, 18*.

Oratio.

Præsta, quæsumus omnípotens Deus: ut qui gloriósos Mártyres fortes in sua confessióne cognóvimus; pios apud te in nostra intercessióne sentiámus. Per Dóm.

Deinde fit comm. Oct. Dedic. Ant. O quam.

℣. Domum tuam. 39*.

Or. Deus, qui nobis. 36*

In Laud. comm. Oct. Dedic. Ant. Zachæe.

℣. Hæc est. 38*.

Or. Deus, qui nobis. 36*

Vesperæ de seq. comm. præc. et S. Pii Papæ, et Mart. ut infra.

DIE XI. JULII.

OCTAVA DEDIC. OMNIUM ECCLESIARUM, etc.

Duplex.

Ad Vesper. ut in i. Vesper. diei Dedicat. 35*.

Pro comm. SS. Mart. Ant. Gáudent in cœlis.

℣. Exultábunt. 21*.

Or. Præsta, quæsumus.

Deinde S. Pii Papæ, et Mart.

Ant. Iste sanctus.

℣. Gloria, et honóre.

Or. Infirmitátem. 11*.

In Laud. fit commem. S. Pii Papæ, et Mart.
Ant. Qui odit.
℣. Justus. 12*.
Oratio Infirmitátem.
Vesp. a Capit. de seq. cum comm. ut infra.

DIE XII. JULII.
S. JOANNIS GUALBERTI Abbatis.
Duplex.

Ant. Similábo eum.
℣. Amavit 26*.
Orat. Intercéssio nos... beáti Joánnis Abbátis.
Deinde fit comm. Oct. Dedic. Eccl.
Ant. O quam.
℣. Domum tuam 39*.
Oratio. Deus, qui nobis. 36*.
Postea SS. Naboris, et Felicis Mart.
Ant. Istorum.
℣. Lætámini. 18*.

Oratio.

Præsta, quæsumus Dómine : ut sicut nos sanctórum Mártyrum tuórum Náboris, et Felícis natalitia celebránda non déserunt; ita júgiter suffrágiis comiténtur. Per Dóminum.

In Laud. fit comm. SS. Mart.
Ant. Vestri capílli.
℣. Exultábunt 20*.
Or. Præsta quæsumus.
In ii. Vesp. comm. seq.

DIE XIII. JULII.
S. ANACLETI Papæ et Mart. Semiduplex.

Ant. Iste sanctus.
℣. Glória, et honóre.
Orat. Deus qui nos 11*.
Vesp. de seq. sine com.

DIE XIV. JULII.
S. BONAVENTURÆ Ep. Conf. et Eccl. Doct. i. Ordinis.
Dupl. ii. clas. cum Oct.

IN I. VESPERIS.

Antiphona.

Ecce vir bonus, et benígnus, verecúndus visu, modéstus móribus, et elóquio decórus.
Psalm. Dixit Dóminus, cum rel. 189. et loco ult., Psal. Laudáte Dóminum omnes. 195.
Ant. In ómnibus seípsum præbuit exémplū bonórum óperum in doctrína, in integritáte, in gravitáte.
Ant. Fecit, quod plá-

cuit Deo, et fórtiter ivit in via Patris sui.

Ant. Longe divulgátum est nomen ejus, et diléctus est in pace sua.

Ant. Mansuétis dabit grátiam, glóriam sapiéntes possidébunt.

Capit. Sap. 8. 2.

Sapiéntiam amávi, et exquisívi a juventúte mea, et quæsívi sponsam mihi eam assúmere, et amátor factus sum formæ illius.

Hymnus.

En dies lucet veneránda nobis
Qua decus nostrum, jubar, et coróna,
Doctor, et pastor penetrávit astra,
Prómite cantum.

Indolem nactus plácidam, benígnam,
Matris ut voto Dómino dicátum
Se videt, promptus pénetrat, libénsque
Cláustra Minórum.

Eloquens, mitis, fácilis, modéstus,
Móribus castus, fácie decórus,
Omnibus carus, sibi corda nexu
Vinxit amóris.

Sanctus hinc vivens, mérito vocátus,
Acta dum Patris cálamo notántem,
Spíritu mire, placidéque raptum
Cernit Aquínas

Sint Patri summo, Genitóque Verbo,
Ac tibi verax utriúsque Flamen,
Cum quibus regnas Deus unus, idem,
Láudis honóres.
Amen.

℣. Ora pro nobis.

Ad Magnificat, Antiph.

O Doctor óptime, Ecclésiæ sanctæ lumen, beáte Bonaventúra, divinæ legis amátor, deprecáre pro nobis Fílium Dei.

Oratio.

Deus, qui Ecclésiæ tuæ beatum Bonaventúram Confessórem tuum, atque Pontíficem, Doctórem mirábilem tribuísti: concéde propítius; ut apud te hunc

pium semper intercessórem habére mereátur. Per Dóminum.

AD MATUTINUM.

Invit. Deum, qui docet hóminem sciéntiam,. * Veníte adorémus.

Ps. Venite exultémus. 2.

Hymnus.

Voce lætánti, módulis canóris
Cœtus exúltans résonet Minórum,
Gesta, virtútes, duplicáta serta
Præsulis almi.

Hic gregis custos vigil, atque prudens,
Dum lupos fortis rábidos repéllit,
Légibus sanctis, monitúque amíco.
Vallat ovíle.

Luce doctrínæ rádians per orbem,
Púrpuræ sacræ tégitur decóre,
Qua nitens, clari rutiláre cœpit.
Syderis instar.

Hinc sedens Patrum célebri in Senátu,
Cuncta dispóuit sápiens geréuda,
Dévios jungit cápiti suprémo,
Schísmate scissos.

Qui Deus regnas moderátor orbis
Unus, et Trinus super astra cœli,
Sint tibi grates, tibi sint honóres
Omne per ævum.
Amen.

Ad Laudes, et per Hor.
Antiphona.

Dabo vobis pastórem* juxta cor meum, et pascet vos sciéntia, et doctrína.

Psalm. Dóminus regnávit, cum reliq. 26.

Ant. Sapiéntia ejus * pudíca fuit, et pacífica, modésta, suadíbilis, bonis consénliens, plena misericórdia, et frúctibus bonis.

Ant. Præváluit * amplificáre civitátem, adéptus est glóriam in conversatióne gentis.

Ant. Benedíctus Deus, qui dedit nobis virum sapiéntem, et erudítũ, et sensátum atque prudéntem.

Ant. Sapiéntiam ejus * enarrábunt gentes, et láudem ejus enuntiábit Ecclésia.

Cap. Sapiéntiam amávi.

Hymnus.

Qui poli sedē méritis parátam
Jam tenes inter Súperos beátus,
Da tuas nobis reseráre digne
Cármine láudes.

Abstinens ara pietáte ductus,
Corde suspírans, ínhians ad ipsam,
Angeli pasci mánibus meréris
Córpore Christi.

Tu Redemptóris récolens dolóres,
In rubescéntis láteris cavérna
Aspicis mœrens, penetrásque clare
Dógmata pura.

Vírginis Christi Genitrícis almæ
Corde transfíxæ, méditans agónem,
Júgiter nutris; geminásque flammas
Dulcis amóris.

Laus sit augústæ Tríadi per ævum,
Quæ tibi mentem tríbuit benígnam,
Luce nunc nostras fériens adúrat
Igne supérno.
Amen.

℣. Ora pro nobis etc.

Ad Benedictus, Antiph. Qui docti fúerint, fulgébunt quasi splendor firmaménti, et qui ad justítiam erúdiunt multos, quasi stellæ in perpétuas æternitátes.

Oratio. Deus, qui Ecclésiæ tuæ, ut supra.

Ad Tertiam.

Ant. Sapiéntia ejus.

Capit. Sapiéntiam.

℟. br. Amávit eum. 23*.

℣. Elégit eum.

Ad Sextam.

Ant. Præváluit.

Capit. Sap. 8. 7.

Labóres sapiéntiæ magnas habent virtútes: sobrietátem enim, et prudéntiam docet, et justítiam, et virtútem, quibus utílius nihil est in vita homínibus.

℟. br. Elégit eum.
℣. Tu es sacérdos 24*.
. Ad Nonam.
Añt. Sapiéntiam ejus.
Capit. Sap. 8. 16.
Intrans in domum meam, conquiéscam cum sapiéntia: non enim habet amaritúdinem conversátio illíus, nec tædium convictus illíus, sed lætítiam, et gáudium.
℟. br. Tu es sacérdos.
℣. Justum 24*.
In ii. Vesp. Añæ, Capit., Hym. et ℣. de Laudib. Psalm. Dixit Dóminus cum rel. 189. et loco ult., Psalm. Meménto, 204.
Ant. O Doctor.
Et fit comm. sequent.

DIE XV. JULII.

B. ANGELINÆ DE MARSCIANO Vid. 3. Ord.

Duplex.

Ant. Símile est.
℣. Spécie tua. 33*.

Oratio.

Deus, qui beátam Angelínam exímiæ humilitátis et charitátis dono decorásti, ac per eam fœtu novæ prolis Ecclésiam tuam amplificáre voluísti: concéde propítius; ut ejus exémpla sectántes, ætérna gáudia consequámur. Per Dñum.
In Laud. fit comm. Oct.
Ant. Qui docti 592.
℣. Ora pro nobis.
Or. Deus, qui Ecclésiæ.
Vesp. de seq. comm. præc. et Oct.

DIE XVI. JULII.

B. M. V. DE MONTE CARMELO

Duplex majus.

Omnia ut in Festis B. M. V. per annum. 40*. præter sequentia.
In fine Añæ Sancta María dicitur... tuam solémnem Commemoratiónem.

Oratio.

Deus, qui beatíssimæ semper Vírginis et Genitrícis tuæ Mariæ singulári título Carméli Ordinem decorásti: concéde propítius; ut cujus hódie Commemoratiónẽ solémni celebrámus offício, ejus

munîti præsîdiis, ad gáudia sempitérna perveníre mereámur: Qui vivis.

Et fit com. B. Angelinæ.
Ant. Manum suam.
℣. Diffúsa 35*.
Oratio. Deus, qui beatam Angelinam.

Postea Octav. Antiph. O Doctor. 590.
℣. Ora pro nobis.
Or. Deus, qui Ecclésiæ.
In fine Hymnorum dic. Jesu ... Qui natus es.

Ad Benedictus, Antiph. Caput tuum ut Carmélus, et comæ cápitis tui, sicut púrpura Regis vincta canálibus, allelúja.

Et fit comm. Oct.
Ant. Qui docti 592.
℣. Ora pro nobis.
Or. Deus, qui Ecclésiæ.

In ii. Vesp. ad Magnif. Ant. Glória Líbani data est ei, decor Carméli, et Saron, allelúja.

Et fit comm. seq. et Oct.

DIE XVII. JULII.

S. ALEXII Conf.

Semiduplex.

Ant. Similábo eum.
℣. Amávit.
Or. Deus, qui nos 26*.

Deinde fit comm. Oct.
Ant. O Doctor. 590.
℣. Ora pro nobis.
Oratio. Deus, qui Ecclésiæ tuæ.

In Laud. fit com. Oct.
Ant. Qui docti 592.
℣. Ora pro nobis.
Oratio. Deus, qui Ecclesiæ tuæ.

Vesp. de seq. cum commemor. præcedentis, Octavæ, et SS. Mart. ut infra.

DIE XVIII JULII.

B. SIMONIS A LYPNICA Conf. 1. Ord.

Duplex. Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui beátum Simónem Confessórem tuum evangélicæ prædicatiónis grátia sublimásti: concéde propítius; ut ejus doctrínæ pábulo nutríti, quæ tibi sunt plácita exequéntes, per sémitas justítiæ ad cœléstem pátriam felíciter perveníre valeámus. Per Dom.

Pro comm. S. Alexii.
Ant. Hic vir.

℣. Justum. 26*.
Oratio. Deus, qui nos.
Deinde fit comm. Oct.
Ant. O Doctor. 590.
℣. Ora pro nobis.
Or. Deus, qui Ecclésiæ.
Postea SS. Symphorosæ, et Filior. ejus Mm.
Ant. Istórum.
℣. Lætámini 18*.
Oratio. Deus, qui nos concédis 19*.
In Laud. fit comm. Oct.
Ant. Qui docti 592.
℟. Ora pro nobis.
Or. Deus, qui Ecclésiæ.
Deinde SS. Martyrum.
Ant. Vestri capílli.
℣. Exultábunt. 20*.
Or. Deus, qui nos concédis. 19*.
Vesp. a Capit. de seq. comm. præc. et Oct.

DIE XIX. JULII.

B. JOANNIS DE DUKLA
Conf. 1. Ordinis.
Duplex.
In Hym. Méruit. supr.
Oratio.

Deus, qui beátum Joánnem Confessórem tuum exímiæ humilitátis, et patiéntiæ donis decorásti : concéde propítius; ut ejúsdem imitántes exémpla, consequámur et præmia. Per Dñum.
Et fit com. B. Simonis.
Ant. Hic vir.
℣. Justum. 28*.
Oratio. Omnípotens.
Deinde Octavæ.
Ant. O Doctor. 590.
℣. Ora pro nobis.
Or. Deus, qui Ecclesiæ
In Laud. fit comm. Oct.
Ant. Qui docti 592.
℟. Ora pro nobis.
Or. Deus, qui Ecclésiæ.
Vesp. a Capit. de seq. cum comm. ut infra.

DIE XX. JULII.

S. HIERONYMI ÆMILIANI Confess.
Duplex.
In Hymn Méruit suprémos.
Oratio.

Deus, misericordiárum Pater, per mérita et intercessiónem beáti Hierónymi, quem órphanis adjutórem, et patrem esse voluísti : concéde ; ut spíritum adoptiónis, quo filii tui nominá-

mur, et sumus, fidéliter custodiámus. Per Dominum.
Pro commem. B. Joannis. Ant. Hic vir.
℣. Justum. 28*.
Oratio, ut supra.
Deinde fit comm. Oct.
Ant. O Doctor. 590.
℣. Ora pro nobis.
Or. Deus,qui Ecclésiæ.
Postea S. Margaritæ Virg. et Mart.
Ant. Veni sponsa.
℣. Spécie tua. 29*.
Orat. Indulgéntiam.30*
In Laud. fit comm. Oct.
Ant. Qui docti. 592.
℣. Ora pro nobis.
Or. Deus,qui Ecclésiæ.
Deinde S. Margaritæ.
Ant. Símile est.
℣. Diffúsa. 31*.
Or. Indulgéntiam. 30*.
Vesp. a Capit. de die Oct. S. Bonaventuræ cum commem. ut infra.

DIE XXI. JULII.

OCT. S. BONAVENT. Ep. Conf. et Eccl. Doct.
Duplex.

Omnia ut in festo. 590.
Et fit comm. S. Hieronymi. Ant. Hic vir.
℣. Justum dedúxit. 28*.
Oratio, ut supra.
Deinde S. Praxédis Virg.
Ant. Veni sponsa.
℣. Spécie tua. 29*.
Or. Exáudi nos. 30*.
In Laud. fit comm. S. Praxédis.
Ant. Símile est.
℣. Diffúsa. 31*.
Or. Exáudi nos Deus. 30*
Vesp. a Capitulo de seq. ut infra, com. præc.

DIE XXII. JULII.

S. M. MAGDALENÆ Pœnitentis.
Duplex.

Omnia de Comm. non Virg. 33* præter seq.

IN I. VESPERIS.

Hymnus.

Pater supérni lúminis,
Cum Magdalénam réspicis;
Flammas amóris éxcitas,
Gelúque solvis péctoris.
Amóre currit sáucia
Pedes beátos úngere,
Laváre fletu, térgere
Comis, et ore lámbere.
Adstáre non timet Cruci:
Sepúlchro inhæret ánxia:

Truces nec horret mílites,
Pellit timórem Cháritas. . . .
O vera, Christe, Cháritas,
Tu nostra purga crímina ,
Tu corda reple grátia ,
Tu redde cœli præmia.
Patri, simúlque Fílio ,
Tibíque, Sancte Spíritus,
Sicut fuit, sit júgiter,
Sæclum per omne glória.
Amen.

Ubi forte hic Hymnus in néutrisVesperis dici potest, congrue ponitur ad Matutin.,omisso ibi Hymno , María castis ósculis.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.

℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Magnificat,Antiph. Múlier, quæ erat in civitáte peccátrix, ut cognóvit , quod Jesus accúbuit in domo Simónis leprósi, áttulit alabástrum unguénti, et stans rétro secus pedes Jesu, lácrymis cœpit rigáre pedes ejus, et capíllis cápitis sui tergébat,et osculabátur pedes ejus,et unguénto ungébat.

Oratio.

Beátæ Maríæ Magdalénæ , quæsumus Dómine , suffrágiis adjuvémur : cujus précibus exorátus, quatriduánum fratrem Lázarum vivum ab ínferis resuscitásti: Qui vivis.

Et fit comm. Oct.

Ant. O Doctor 590.

℣. Ora pro nobis.

Or. Deus, qui Ecclésiæ.

AD MATUTINUM.

Invit. Laudémus Deum nostrum,* In conversióne Maríæ Magdalénæ.

Psalm. Veníte. 2.

Hymnus.

María castis ósculis
Lambit Dei vestígia :
Fletu rigat , tergit comis,
Detérsa nardo pérlinit.
Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,

Cum Spíritu Paráclito,
Nunc, et per omne sæculum. Amen.

AD LAUDES.

Hymnus.

Summi Paréntis Unice,
Vultu pio nos réspice,
Vocans ad arcem glóriæ
Cor Magdalénæ pœnitens.

Amissa drachma régio
Recóndita est ærário:
Et gemma, detérso luto,
Nitóre vincit sídera.

Jesu, medéla vúlnerum,
Spes una pœniténtium,
Per Magdalénæ lácrymas
Peccáta nostra díluas.

Dei Parens piíssima,
Hevæ nepótes flébiles
De mille vitæ flúctibus
Salútis in portum vehas.

Uni Deo sit glória,
Pro multifórmi grátia,
Peccántium qui crímina
Remíttit, et dat præmia. Amen.

℣. Elégit eam Deus, et præelégit eam.
℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

Ad Benedictus, Antiph. María unxit pedes Jesu et extérsit capíllis suis: et domus impléta est ex odóre unguénti.

Orat. Beátæ Máriæ Magdalénæ, ut supra.

Vesp. a Cap. de seq. cum comm. ut infra. Sed si contigerit dici ii. Vesper. integras de S. Maria Magdalena Capitulum et Hymn. sumuntur ex i. Vesp., ℣. et Antiph. ad Magnificat erunt ut infra.

DIE XXIII. JULII.

S. APOLLINARIS Episc. et Martyris.

Duplex. Oratio.

Deus, fidélium remunerátor animárum, qui hunc diem beáti Apollináris Sacerdótis tui martyrio consecrásti: tribue nobis, quæsumus fámulis tuis; ut, cujus venerándam celebrámus festivitátem, précibus ejus indulgéntiam consequámur. Per Dóminum.

Pro commem. S. Mariæ Magdal.

Ant. **Múlier, quæ erat in civitáte peccátrix, áttulit alabástrum unguénti, et stans retro secus pedes Dómini, lácrymis cœpit rigáre pedes ejus, et capíllis cápitis sui tergébat.**
℣. **Elégit eam Deus.**
Oratio. **Beátæ Mariæ,** ut supra.
Deinde S. Liborii Ep. et Conf.
Ant. **Sacérdos, et Póntifex.**
℣. **Amávit eum.**
Or. **Da, quæsumus. 22*.**
In Laud. fit comm. S. Liborii. Ant. **Euge.**
℣. **Justum. 23*.**
Oratio. **Da quæsumus.**
Si hac die contingat fieri commemorat. Vigil. S. Jacobi Apostoli, tunc pro S. Liborío Oratio erit, **Exáudi quæsumus.**
Vesp. de seq. commem. præc. tantum.

DIE XXIV. JULII.

S. FRANCISCI SOLANI Conf. 1. Ord.

Dupl. ii. classis.

In Hymno. **Méruit suprémos.**
In Vesp. et Laud.
℣. **Ora pro nobis, beáte Francísce.**
℟. **Ut digni.**

Oratio.

Deus, qui plúrimas Américæ gentes per beátum Franciscum ad sinum Ecclésiæ perduxísti: ejus méritis et précibus, indignatiónem tuam a peccátis nostris avérte; et in gentes, quæ te non cognovérunt, timórem nóminis tui benígnus immítte. Per Dóminum.
Pro commem. S. Apollinaris. Ant. **Qui vult.**
℣. **Justus. 13*.**
Oratio. **Deus fidélium.**
In Laud. fit commem. Vigiliæ, Ant. et ℣. ut ante Psalt. pag. ¶¶.

Oratio.

Da, quæsumus omnípotens Deus; ut beáti Jacóbi Apóstoli tui, quam prævenímus, veneránda solémnitas, et devotiónem nobis áugeat, et salútē. Per Dóm.
Deinde S. Christinæ V. et Mart.

Ant. Simile est.
℣. Diffúsa. 31*.
Or. Indulgéntiam 30*.
Vesp. de seq. eum comm. præc. tant.

DIE XXV. JULII.
S. JACOBI Apostoli.
Duplex ii. classis.
Oratio.

Esto, Dómine, plebi tuæ sanctificátor et custos: ut Apóstoli tui Jacóbi muníta præsídiis et conversatióne tibi pláceat, et secúra mente desérviat. Per Dóminum.

Pro com. S. Francisci.
Ant. Hic vir. 28*.
℣. Ora pro nobis.
Oratio. Deus, qui plúrimas, ut supra.
In Laud. fit comm. S. Christophori Mart.
Ant. Qui odit.
℣. Justus 12*.
Or Præsta...ut qui 11*.
In ii. Vesp. fit com. seq.

DIE XXVI. JULII.
S. ANNÆ MATRIS BEATÆ MARIÆ VIRG.
Duplex maj.
Ant. Simile est.
℣. Spécie tua. 33*.
Oratio.

Deus, qui beátæ Annæ grátiam conférre dignátus es, ut Genitrícis unigéniti Fílii tui Mater éffici mererétur: concéde propítius; ut cujus solémnia celebrámus, ejus apud te patrocíniis adjuvemur. Per eúmdem Dóminum.

In ii. Vesper. comm. ut infra.

DIE XXVII. JULII.
B. CUNEGUNDIS Virg. ii. Ordinis.
Duplex.
Ant. Veni sponsa.
℣. Spécie tua. 29*.
Oratio.

Deus, qui beátam Cunegúndem dulcédinis tuæ benedictiónibus prævenísti, ac vírginem etiam in conjúgio conservásti: præsta quæsumus; ut, ipsa intercedénte, per vitæ puritátem tibi júgiter adhærére, et per ejus vestígia gradiéntes, ad te perveníre felíciter mereámur. Per Dom.

Et fit comm. S. Pantaleonis Mart.
Ant. Iste sanctus.
℣. Glória, et honóre. 11*
Oratio. Præsta... ut intercedénte. 12*.
In Laud. fit comm. S. Pantaleonis Mart.
Ant. Qui odit.
℣. Justus ut palma. 12*.
Orat. Præsta, ut supra.
In ii. Vesp. fit comm. sequentis.

DIE XXVIII. JULII.

SS. NAZARII, CELSI, et VICTORIS Martyrum, ac INNOCENTII Papæ et Conf.

Semiduplex.

Ant. Istórum est..
℣. Lætámini. 18*.

Oratio.

Sanctórum tuórum nos Dómine, Nazárii, Celsi, Victóris, et Innocéntii conféssio beáta commúniat: et fragilitáti nostræ subsídium dignánter exóret. Per Dóminum.

Vesp. a Capitulo de seq. com. ut infra.

DIE XXIX. JULII.

S. MARTHÆ Virginis.

Semiduplex.

Or. Exáudi nos Deus, de Comm. Virg. 30*.
Et fit comm. SS. Nazarii, Celsi etc. Mm.
Ant. Gáudent in cœlis.
℣. Exultábunt 21*.
Orat. Sanctórum tuórum, ut supra.
Postea SS. Felicis, Simplicii, Faustini, et Beatricis Martyrum.
Ant. Istórum est.
℣. Lætámini. 18*.

Oratio.

Præsta, quæsumus Dómine: ut, sicut pópulus Christiánus Mártyrum tuórum Felícis, Simplícii, Faustíni, et Beatrícis temporáli solemnitáte congáudet; ita perfruátur ætérna, et quod votis célebrat, comprehéndat effectu. Per Dóminum.

In Laud. fit comm. SS. Mm. Felicis, etc.
Ant. Vestri capílli.
℣. Exultábunt. 20*.
Oratio. Præsta, quæsumus.

Vesp. de seq. cum commem. ut infra.

DIE XXX. JULII.

S. CAMILLI DE LELLIS Conf. Duplex.

In Hymn. Méruit supr.

Oratio.

Deus, qui sanctum Camíllum, ad animárum in extrémo agóne luctántium subsídium, singulári charitátis prærogatíva decorásti: ejus, quæsumus, méritis spíritum nobis tuæ dilectiónis infúnde; ut in hora éxitus nostri hostem víncere, et ad cœléstem mereámur corónam perveníre. Per Dóminum.

Pro comm. S. Marthæ Ant. Veni sponsa.

℣. Diffúsa. 32*.

Oratio. Exáudi nos, ut supra.

Postea SS. Abdon, et Sennen Martyrum.

Ant. Istórum est enim.

℣. Lætámini 18*.

Oratio.

Deus, qui sanctis tuis Abdon, et Sennen ad hanc glóriam veniéndi copiósum munus grátiæ contulísti: da fámulis tuis suórum véniam peccatórum; ut Sanctórum tuórum intercedéntibus méritis, ab ómnibus mereámur adversitátibus liberári. Per Dominum.

In Laud. fit com. SS. Mm. Abdon et Sennen.

Ant. Vestri capílli.

℣. Exultábunt. 20*.

Oratio. Deus, qui sanctis tuis.

Vesp. a Capit. de seq. com. præc.

DIE XXXI. JULII.

S. IGNATII Conf. Duplex. Oratio.

Deus, qui ad majórem tui Nóminis glóriā propagándam, novo per beátum Ignátium subsidio militántem Ecclésiam roborásti: concéde; ut ejus auxílio, et imitatióne certántes in terris, coronári cum ipso mereámur in cœlis. Per Dóminum.

Pro comm. S. Camilli. Antiph. Hic vir.

℣. Justum. 28*.

Oratio, ut supra.
Vesp. de seq. cum commem. ut infra.

FESTA AUGUSTI

Prima die non impedita dicitur Offic. Defunctorum.

DIE I. AUGUSTI

S. PETRI AD VINCULA

Duplex majus.

IN I. VESPERIS.

Ant. **Heródes rex,** cum rel. de Laud.

Psalm. **Dixit Dóminus,** cum rel. de Dom. **189.** et loco ult., Psal. **Laudáte... omnes. 195.**

Capit. **Act. 12. 71.**

Misit Heródes rex manus, ut afflígeret quosdam de Ecclésia. Occídit autem Jacóbum fratrem Joánnis gládio. Videns autem quia placéret Judæis, appósuit ut apprehénderet et Petrum.

Hymnus.

Miris modis repénte liber, férrea,
Christo jubénte, vincla Petrus éxuit:
Ovílis ille Pastor et Rector gregis
Vitæ reclúdit páscua, et fontes sacros,
Ovésque servat créditas, arcet lupos.
Patri perénne sit per ævum glória;
Tibíque láudes concinámus inclytas
Ætérne Nate, sit supérne Spíritus
Honor tibi, decúsque: sancta júgiter
Laudétur omne Trínitas per sæculum.
Amen.

℣. **Tu es Petrus.**
℟. **Et super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam.**

Ad Magníficat, Antíph.

Tu es pastor óvium, princeps Apostolórum, tibi tráditæ sunt claves regni cœlórum.

Oratio.

Deus, qui beátum Petrum Apóstolum, a vínculis absolútum, illæsum abíre fecísti: nostrórum, quæsumus, absólve víncula peccatórum: et ómnia mala a nobis propitiátus exclúde. Per Dóminum.

Et fit comm. S. Pauli.

Ant. Sancte Paule Apóstole, prædicátor veritátis, et Doctor Géntium, intercéde pro nobis ad Deum, qui te elégit.

℣. Tu es vas electiónis, sancte Paule Apóstole.

℟. Prædicátor veritátis in univérso mundo.

Oratio.

Deus, qui multitúdinem Géntium beáti Pauli Apóstoli prædicatióne docuísti: da nobis quæsumus; ut cujus commemoratiónem cólimus, ejus apud te patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

Deinde S. Ignatii.

Ant. Hic vir.

℣. Justum. 28*.

Oratio. Deus, qui ad majórem, ut supra.

Postremo SS. Martyr. Machabæorum.

Ant. Istórum.

℣. Lætámini. 18*.

Oratio.

Fratérna nos, Dómine, Mártyrum tuórum coróna lætíficet: quæ et fídei nostræ præbeat increménta virtútum, et multíplici nos suffrágio consolétur. Per Dóminum.

AD MATUTINUM.

Hym. Quodcúmque. 445.

Ad Laudes, et per Hor.

Antiphona.

Heródes rex* appósuit, ut apprehénderet et Petrum: quem cum apprehendísset, misit in cárcerem, volens post Pascha prodúcere eum pópulo.

Psalm. Dóminus regnávit, cum reliq. 26.

Antiph. Petrus quidem* servabátur in cárcere; orátio autem fiébat sine intermissióne ab Ecclésia ad Deum pro eo.

Ant. Dixit Angelus* ad Petrum: Circúmda tibi vestiméntum tuum, et séquere me.

Antiph. Misit Dóminus Angelum suum, et liberávit me de manu Heródis, allelúja.

Ant. Tu es Petrus,* et super hanc Petram ædificábo Ecclésiam meam.

Capit. Misit Heródes.
Hym. Beáte Pastor Petre. 447.
℣. Tu es Petrus.
℟. Et super hanc etc.
Ad Benedictus, Antiph. Quodcúmque ligáveris super terram. 447.
Oratio. Deus, qui beátũ Petrum, ut supra.
Et fit comm. S. Pauli, ut supra in Vesp.
Deinde SS. Machabæorum.
Ant. Vestri capílli.
℣. Exultábunt. 20*.
Oratio. Fratérna nos.

Ad Tertiam.

Ant. Petrus quidem.
Capit. Misit Heródes.
℟. br. In omnem.
℣. Constítues. 3*.

Ad Sextam.

Ant. Dixit Angelus.
Capit. Act. 12. 5.

Petrus quidem servabátur in cárcere. Orátio autem fiébat sine intermissióne ab Ecclésia ad Deum pro eo.
℟. br. Constítues.
℣. Nimis honoráti. 3*.

Ad Nonam.

Ant. Tu es Petrus.
Capit. Act. 12. 11.

Et Petrus ad se revérsus, dixit: Nunc scio vere, quia misit Dóminus Angelum suum, et erípuit me de manu Heródis, et de omni expectatióne plebis Judæórum.
℟. br. Nimis honoráti.
℣. Annuntiavérunt. 3*.
Vesp. de seq. cum com. ut infra.
Sed si contigerit dici ii. Vesp. integras de S. Petro, tunc dicitur Ant. Heródes rex, cum rel. de Laud.
Psalm. ut in ii. Vesper. de Comm. Apost. 3*.
Capit. Hymn. et ℣. ut in i. Vesp. Ant. ad Magnif. Solve jubénte ut infra.

DIE II. AUGUSTI.

CONSECRAT. ECCLESIÆ S. MARIÆ ANGELORUM.

Duplex maj.

Omn. de Com. Dedic. 35*
Et fit comm. S. Petri.
Ant. Solve jubénte Deo terrárum, Petre, caténas; Qui facis ut páteant cœléstia regna beátis.

℣. Tu es Petrus.
℟. Et super hanc. etc.
Orat. **Deus, qui beátum Petrum,** ut supra.
Deinde S. Pauli, ut supra.
Postremo S. Stephani Papæ et Mart.
Ant. **Iste sanctus.**
℣. **Glória, et honóre.**
Or. **Deus, qui nos. 11*.**
In Laud. fit comm. S. Stephani Pap. et Mart.
Ant. **Qui odit.**
℣. **Justus. 12*.**
Or. **Deus, qui nos. 11*.**
In ii. Vesp. fit comm. sequent.

DIE III. AUGUSTI.

IN INVENTIONE S. STEPHANI Protomart.

Semiduplex.

In i. Vesp., si erunt dicendæ, Ant. **Lapidavérunt** cum rel. de Laud., Ps. de Domin. **189.** cum **Laudáte... omnes 195.**
Capit. **Stéphanus autem** ut in Laudibus.
Hym. **Deus tuórum mílitum** de Communi **11*.**
Ad Magnificat, Antiph. **Stéphanus autem plenus grátia, et fortitúdine, faciébat signa magna in pópulo.**
℣. **Glória, et honóre. 11*.**

Oratio.

Da nobis, quæsumus Dómine, imitári quod cólimus, ut discámus et inimícos dilígere: quia ejus Inventiónem celebrámus, qui novit etiam pro persecutóribus exoráre Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit.

Ad Laudes, et per Horas Antiphonæ, et rel. ut in die Natal. ejus 26. Decembris. **265.**
Oratio vero ut supra.
Vesp. de seq. sine ulla commem.

DIE IV. AUGUSTI.

IN SOLEMNITATE S. P. N. DOMINICI Confess. Ord. Prædic. Fundat.

Duplex i. clas. cum Oct.

IN I. VESPERIS.

Antiph. **Adest dies,** cum rel. de Laud.
Ps. **Dixit Dóminus,** cum rel. de Domin. **189.** et loco ult., Psalm. **Laudáte.... omnes 195.**

Capit. Eccli. 50.6.

Quasi stella matutina in médio nébulæ, et quasi luna plena in diébus suis: Et quasi sol refúlgens, sic iste effúlsit in templo Dei.

Hymnus.

Gáude, mater Ecclésia,
Lætam agens memóriam,
Quæ novæ prolis gáudia
Mittis ad cœli cúriam.
Prædicatórum Ordinis
Dux et Pater Domínicus,
Mundi jam fulget términis,
Civis effectus cœlicus.
Carnis liber ergástulo
Cœli potítur glória:
Pro paupertátis cíngulo,
Stola dotátur régia.
Fragrans odor de túmulo,
Cum virtútum frequéntia,
Clamat pro Christi fámulo
Summi regis magnália.
Trino Deo, et Símplici
Laus, honor, virtus glória;
Qui nos, prece Domínici,
Ducat ad cœli gáudia.
Amen.

℣. Ora pro nobis, beáte Pater Domínice.
℟. Ut digni etc.

Ad Magnificat, Antiph. Transit páuper ad regni sólium, dux ad sceptrum, victor ad præmium, mors in vitam, labor in ótium, præsens cedit luctus in gáudium.

Oratio.

Deus, qui Ecclésiam tuam beáti Domínici Confessóris tui, Patris nostri, illumináre dignátus es méritis, et doctrínis: concéde; ut ejus intercessióne, temporálibus non destituátur auxíliis, et spirituálibus semper profíciat increméntis. Per Dom.

AD MATUTINUM.

Invit. Adsunt Domínici læta solémnia: * Láude multíplici plándat Ecclésia.
Psalm. Veníte. 2.

Hymnus.

Novus athléta Dómini
Collaudétur Domínicus,
Qui rem confórmat nómini,
Vir factus Evangélicus.
Consérvans sine mácula,
Virginitátis lilium,
Ardébat quasi fácula,
Pro zelo pereúntium.
Mundum calcans sub pédibus,
Manum misit ad fórtia:
Nudus occúrrens hóstibus
Christi suffúltus grátia.
Pugnat verbo, miráculis,
Missis per orbem frátribus:
Crebros adjúngens sédulis
Fletus oratiónibus.
Trino Deo, et Símplici
Laus, honor, virtus, glória:
Qui nos, prece Domínici,
Ducat ad cœli gáudia.
Amen.

Ad Laudes, et per Horas Antiphona.

Adest dies lætitiæ * quo beátus Domínicus aulam cœléstis cúriæ civis intrat magníficus.
Psalm. Dóminus regnávit, cum reliq. 26.
Ant. Páuper in pecúlio, * dives vita pura, paupertátis prétio, cœli tenet jura.
Ant. Scala cœlo próminens * fratri revelátur, per quam Pater tránsiens rursum ferebátur.
Ant. Linguæ, manus stúdio scalam hanc eréxit: quam Virgo cum fílio mater sursum vexit.
Ant. Fulget in choro * vírginum doctor veritátis, sertum honóris géminum gerens cum beatis.
Capit. Quasi stella.

Hymnus.

Hymnum novæ lætitiæ,
Dulci prodúctum cántico,
Noster deprómat hódie
Chorus sancto Domínico.
Vergénte mundi véspere,
Novum sidus exóritur:
Et cláusis culpæ cárcere
Præco salútis míttitur.

Doctrínam evangélicam
Spargens per orbis cárdinem,
Pestem fugat hæréticam,
Novum prodúcens Ordinem.
Hic est fons ille módicus
Crescens in flumen máximum,
Qui mundo jam miríficus
Potum largítur óptimum.
Trino Deo et Simplici
Laus, honor, virtus, glória:
Qui nos, prece Domínici,
Ducat ad cœli gáudia.
Amen.

℣. Justus germinábit sicut lílium.
℟. Et florébit in ætérnum ante Dóminum.

Ad Benedictus, Antiph. Carnis viror, mentis martyrium, mundum replens linguæ præcónium, pauper Christi post cursus stádium, vitæ tibi mereántur præmium.

Oratio. Deus, qui Ecclésiam, ut supra.

Ad Tertiam.

Ant. Pauper in pecúlio.
Capit. Quasi stella.
℟. br. Amávit eum Dóminus * Et ornávit eum. Amávit.
℣. Stolam glóriæ índuit eum. Et ornavit. Glória Patri. Amávit.
℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.
℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Sextam.

Ant. Scala cœlo próminens.
Capit. Isaiæ 59. 21.
Spíritus meus, qui est in te, et verba mea, quæ pósui in ore tuo, non recédent de ore tuo, et de ore séminis tui, dicit Dóminus, ámodo, et usque in sempitérnum.
℟. br. Justum dedúxit Dóminus * Per vias rectas. Justum.
℣. Et osténdit illi regnũ Dei. Per vias. Glória Patri. Justum.
℣. Justus ut palma florébit in domo Dómini.
℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Ad Nonam.

Ant. Fulget in choro.

Capit. Malach. 2. 6.

Lex veritátis fuit in ore ejus, et iníquitas non est invénta in lábiis ejus: in pace, et æquitáte ambulávit mecum, et multos avértit ab iniquitáte.

℟. br. Justus ut palma florébit * In domo Dómini. Justus.

℣. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur. In domo. Glória Patri. Justus.

℣. Justus germinábit sicut lílium.

℟. Et florébit in ætérnum ante Dominum.

In ii. Vesp. omnia ut in primis præter.

Ad Magnificat, Antiph. O lumen Ecclésiæ, doctor veritátis, rosa patiéntiæ, ebur castitátis, aquam sapiéntiæ propinásti gratis; prædicátor grátiæ, nos junge beátis.

Oratio, ut supra.

Et fit comm. seq.

INFRA OCTAVAM S. P. N. DOMINICI.

Ad Benedictus, et ad Magnificat dicuntur Antiphonæ sequentes.

Ad Benedictus, Antiph. Benedíctus Redémptor ómnium, qui salúti próvidens hóminum, mundo dedit sanctum Domínicum.

℣. Justus germinábit sicut lílium, ut supra.

Ad Magnificat, Antiph. Magne Pater, sancte Domínice, mortis hora nos tecum súscipe, et hic semper nos pie réspice.

℣. Ora pro nobis.

Oratio.

Deus, qui Ecclésiam tuam beáti Domínici Confessóris tui, Patris nostri, illumináre dignátus es méritis, et doctrínis: concéde; ut ejus intercessióne, temporálibus non destituátur auxíliis, et spirituálibus semper profíciat increméntis. Per Dóminum.

DIE V. AUGUSTI.

S. MARIÆ AD NIVES

Duplex maj.

Omnia ut in Festis B.M. V. per annum. 40*. Et fit comm. Oct. Ant. Benedíctus. ℣. Justus germinábit. Oratio. Deus, qui Ecclésiam, ut supra. Vesp. de seq. cum com. ut infra.

DIE VI. AUGUSTI.

TRANSFIGURATIO D. N. JESU CHRISTI.

Duplex maj.

IN I. VESPERIS.

Ant. Assúmpsit Jesus, cum rel. de Laud.; Ps. Dixit Dóminus, cum reliq. de Domin. 189. et loco ult., Psal. Laudáte Dñum omnes. 195.

Capit. Philip. 3.20.

Salvatórē expectámus Dóminum nostrum Jesum Christum, qui reformábit corpus humilitátis nostræ, configurátum córpori claritátis suæ.

Hymnus.

Quicúmque Christum quæritis,
Oculos in altum tóllite:
Illic licébit vísere
Signum perénnis glóriæ.

Illústre quiddam cérnimus,
Quod nésciat finem pati,
Sublíme, celsum, intérminum,
Antíquius cœlo, et chao.

Hic ille Rex est Géntiū,
Populíque Rex Judáici,
Promíssus Abrahæ patri,
Ejúsque in ævum sémini.

Hunc et Prophétis téstibus,
Iisdémque signatóribus,
Testátor et Pater jubet
Audíre nos, et crédere.

Jesu tibi sit glória,
Qui te revélas párvulis,
Cum Patre, et almo Spíritu,
In sempitérna sæcula.
Amen.

℣. Gloriósus apparuísti in conspéctu Dómini.
℟. Proptérea decórem índuit te Dóminus.

Ad Magnificat, Antiph. Christus Jesus splendor Patris, et figúra substántiæ ejus, portans ómnia verbo virtútis suæ, purgatiónem peccatórum fáciens, in monte excélso gloriósus apparére hódie dignátus est.

Oratio.

Deus, qui fídei sacraménta in Unigéniti tui gloriósa Transfiguratióne, Patrũ testimónio roborásti, et adoptiónem filiórum perféctam, voce delápsa in nube lúcida, mirabíliter præsignásti: concéde propítius; ut ipsíus Regis glóriæ nos cohærédes effícias, et ejúsdem glóriæ tríbuas esse consórtes. Per eúmdem.

Et fit comm. S. Mariæ ad Nives.

Ant. Beátam me dicent.

℣. Dignáre me. 54*.

Orat. Concéde nos. 53*.

Deinde Octavæ.

Ant. Magne Pater. 610.

℣. Ora pro nobis.

Or. Deus, qui Ecclésiam.

Postremo Ss. Xysti, Felicíssimi, et Agapiti Martyrum.

Ant. Istórum. est.

℣. Lætámini. 18*.

Oratio. Deus, qui nos concédis. 19*.

Ad Completor. et per omnes Hor. in fine Hymnor. dic. Jesu... Qui te revélas párvulis...

AD MATUTINUM.

Invit. Summum Regem glóriæ*, Christum adorémus.

Psalm. Veníte. 2.

Hymn. Quicúmque.

In i. Nocturno.

Ant. Paulo minus ab Angelis minorátus, glória et honóre coronátus est, et constitútus super ópera mánuum Dei.

Ps. Dñe Dñus noster. 8.

Ant. Revelávit Dóminus condénsa, et in templo ejus omnes dicent glóriam.

Ps. Afférte Dómino. 72.

Ant. Speciósus forma præ fíliis hóminum: diffúsa est grátia in lábiis tuis.

Psal. Eructávit. 98.

℣. Gloriósus apparuísti in conspéctu Dómini.
℟. Proptérea decórem índuit te Dóminus.

In II Nocturno.

Ant. Illúminans tu mirabiliter a móntibus ætérnis: turbáti sunt omnes insipiéntes corde.
Ps. Notus in Judæa 134.
Antiph. Mélior est dies una in átriis tuis super míllia.
Ps. Quam diléctа. 149.
Ant. Gloriósa dicta sunt de te, cívitas Dei.
Ps. Fundaménta. 152.
℣. Glória, et honóre coronásti eum Dómine.
℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

In III. Nocturno.

Ant. Thabor et Hermon in nómine tuo exultábunt: tuum bráchium cum poténtia.
Ps. Misericórdias. 154.
Ant. Lux orta est justo, et rectis corde lætítia.
Ps. Dóminus regnávit exúltet. 159.
Ant. Confessiónem et decórem índuit, amíctus lúmine sicut vestiménto.
Ps. Bénedic... Dómine Deus meus. 171.
℣. Magna est gloria ejus in salutári tuo.
℟. Glóriam, et magnum decórem impónes super eum.

Ad Laudes, et per Horas Antiphona.

Assúmpsit Jesus * Petrum, et Jacóbum, et Joánnem fratrem ejus, et duxit eos in montem excélsum seórsum, et transfigurátus est ante eos.
Ps. Dóminus regnávit, cum reliquis. 26.
Ant. Resplénduit fácies ejus * sicut sol, vestiménta autem ejus facta sunt alba sicut nix, allelúja.
Ant. Et ecce apparuérunt eis * Móyses, et Elías, loquéntes cum Jesu.
Ant. Respóndens autem Petrus dixit ad Jesum: Dómine, bonum est nos hic esse.
Ant. Adhuc eo loquén-

te, * ecce nubes lúcida obumbrávit eos.

Capit Salvatórem.

Hymnus.

Lux alma, Jesu, méntium,
Dum corda nostra récreas,
Culpæ fugas calíginem,
Et nos reples dulcédine.

Quam lætus est, quem vísitas!
Consors Patérnæ déxteræ,
Tu dulce lumen patriæ,
Carnis negátum sénsibus.

Splendor Patérnæ glóriæ,
Incomprehénsa Cháritas,
Nobis amóris cópiam
Largíre per præséntiã.

Jesu tibi sit glória,
Qui te revélas párvulis,
Cum Patre, et almo Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

℣. Coróna áurea super caput ejus.
℟. Expréssa signo sanctitátis, glóriæ, et honóris.

Ad Benedictus, Antiph.
Et ecce vox de nube, dicens: Hic est Fílius meus diléctus, in quo mihi complácui, ipsum audíte, allelúja.

Oratio. Deus, qui fídei sacraménta.

Et fit comm. Oct.
Ant. Benedictus. 610.
℣. Justus germinábit.
Or. Deus, qui Ecclésiam ut ibi.

Deinde SS. Martyrum.
Ant. Vestri capílli.
℣. Exultábunt. 20*.
Oratio. Deus, qui nos concédis, 19*.

Ad Primam in ℟. br.
℣. Qui apparuísti hodie.

Ad Tertiam.

Ant. Resplénduit fácies ejus.
Capit. Salvatórem.
℟. br. Gloriósus apparuísti in conspéctu Dómini * Allelúja, allelúja. Gloriósus.
℣. Proptérea decórem índuit te Dóminus. Allelúja, allelúja.

Glória Patri. Gloriósus apparuísti.
℣. Glória, et honóre coronásti eum, Dñe, allel.
℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum, allelúja.

Ad Sextam.

Ant. Et ecce apparuérunt eis.

Capit. 2. Cor. 3. 18.

Nos omnes reveláta fácie glóriam Dómini speculántes, in eámdem imáginẽ transformámur a claritáte in claritátem, támquam a Dómini Spíritu.

℟. br. Glória, et honóre coronásti eum, Dómine, * Allelúja, allel. Glória et honóre.
℣. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum. Allelúja, allelúja. Glória Patri. Glória, et honóre.
℣. Magna est glória ejus in salutári tuo, all.
℟. Glóriam, et magnum decórem impónes super eum allelúja.

Ad Nonam.

Ant. Adhuc eo loquénte.

Capit. Apoc. 21. 10.

Sústulit me in spíritu in montem magnum et altum, et osténdit mihi civitátem sanctam Jerúsalem, descendéntem de cœlo a Deo, habéntem claritátem Dei: et lucérna ejus est Agnus.

℟. br. Magna est glória ejus in salutári tuo, * Allelúja, allel. Magna.
℣. Glóriam, et magnum decórem impónes super eum. Allelúja allelúja. Glória Patri. Magna.
℣. Coróna áurea super caput ejus, allelúja.
℟. Expréssa signo sanctitátis, glóriæ, et honóris, allelúja.

In ii. Vesperis.

Ant. Assúmpsit Jesus, ut in Laudibus. Psal. Capit. Hymnus et ℣. ut in i. Vesp.

Ad Magnificat, Antiph. Et audiéntes discípuli cecidérunt in fáciem suam, et timuérunt valde: et accéssit Jesus, et tétigit eos, dixítque eis: Súrgite, et no-

lite timére, allelúja. Orátio. Deus, qui fidei, ut supra.

Dein comm. ut infra.

DIE VII. AUGUSTI.

S. CAJETANI Conf.

Duplex.

In utrisque Vesperis.

Ad Magníficat, Antiph. Quærite primum regnū Dei, et justítiam ejus, et hæc ómnia adjiciéntur vobis. ℣. Amávit.

Orátio.

Deus, qui beáto Cajetáno Confessóri tuo Apostólicā vivéndi formam imitári tribuísti: da nobis, ejus intercessióne, et exémplo, in te semper confídere, et sola cœléstia desideráre. Per Dóminum.

Et fit commem. Oct.

Ant. Magne Pater. 610. ℣. Ora pro nobis.

Orátio, ut ibi.

Deinde S. Donati Ep. et Mart.

Ant. Iste sanctus.

℣. Glória, et honóre. 11*.

Orátio.

Deus tuórum glória sacerdótum: præsta quæsumus; ut sancti Mártyris tui, et Epíscopi Donáti, cujus festa gérimus, sentiámus auxílium. Per Dom.

In Laud. ad Benedictus.

Ant. Nolíte solíciti esse, dicéntes: Quid manducábimus, aut quid bibémus? Scit enim Pater vester, quid vobis necésse sit.

Deinde fit comm. Oct.

Ant. Benedíctus. 610.

℣. Justus germinábit.

Orátio, ut ibi.

Postea S. Donati.

Ant. Qui odit.

℣. Justus ut palma. 12*.

Orátio. Deus tuórum.

In ii. Vesp. fit comm. seq. et Oct. ut infra

DIE VIII. AUGUSTI.

SS. CYRIACI, LARGI, et SMARAGDI Mart.

Semiduplex.

Ant. Istórum est.

℣. Lætámini. 18*.

Orátio.

Deus, qui nos ánnua sanctórum Mártyrum tuorum Cyríaci, Largi, et Smarágdi solemnitáte lætíficas; con-

céde propítius; ut quórum natalítia cólimus, virtútē quóque passiónis imitémur. Per Dom.
Et fit comm. Oct.
Ant. Magne Pater. 610.
℣. Ora pro nobis.
Oratio, ut ibi.
In Laud. fit comm. Oct.
Ant. Benedíctus. 610.
℣. Justus germinábit.
Oratio, ut ibi.
Vesp. de seq. comm. ut infra.

DIE IX. AUGUSTI.

S. VINCENTII A PAULO
Confessoris.
Duplex.

In Hymn, Méruit suprémos.

Oratio.

Deus, qui ad evangelizándum paupéribus, et Ecclesiástici órdinis decórem promovéndum, beátū Vincéntium Apostólica virtúte roborásti: præsta, quæsumus; ut cujus pia mérita venerámur, virtútum quoque instruámur exémplis. Per Dóminum.
Pro comm. SS. Mart. Ant. Gáudent in cœlis.
℣. Exultábunt. 21*.
Oratio, ut supra.
Deinde fit comm. Oct.
Ant. Magne Pater. 610.
℣. Ora pro nobis.
Oratio, ut ibi.
Postea S. Románi Mart.
Ant. Iste sanctus. 11*.
℣. Glória, et honóre.
Oratio. Præsta... ut intercedénte. 12*.
In Laud. fit comm. Oct.
Ant. Benedictus. 610.
℣ Justus germinábit.
Oratio, ut ibi.
Deinde Vigil. S. Lauréntii, Antiph. et ℣. de Feria occurr. ut ante Psalter. pag. ¶¶.

Oratio.

Adésto, Dómine, supplicatiónibus nostris: et intercessióne beáti Lauréntii Mártyris tui, cujus prævenímus festivitátem; perpétuam nobis misericórdiam benígnus impénde.
Postremo S. Romani.
Ant. Qui odit.
℣. Justus, ut palma.
Oratio ut supra. 12*.

Vesp. de seq. cum commem. præc. tant.

DIE X. AUGUSTI.

S. LAURENTII MART.

Duplex ii. classis cum Octava.

IN I. VESPERIS.

Ant. **Lauréntius ingréssus,** cum reliq. de Laud.

Psalm. **Dixit Dñus,** cum reliq. de Dom. **189.** et loco ult., Ps. **Laudáte Dóminum omnes. 195.**

Capit. **2. Cor. 9. 6.**

Fratres : Qui parce séminat , parce et metet: et qui séminat in benedictiónibus, de benedictiónibus et metet.

Hym. **Deus tuórum. 11*.**

℣. **Glória, et honóre.**

Ad Magnificat, Antiph. **Levita Lauréntius bonum opus operátus est, qui per signum crucis cæcos illuminávit, et thesáuros Ecclésiæ dedit paupéribus.**

Oratio.

Da nobis, quæsumus omnípotens Deus, vitiórum nostrórũ flammas extínguere : qui beáto Lauréntio tribuisti tormentórum suórũ incéndia superáre. Per Dóminum.

Et fit commem. S. Vincentii.

Ant. **Hic vir.**

℣. **Justum. 28*.**

Oratio. **Deus, qui ad evangelizándum,** ut sup.

AD MATUTINUM.

In iii. Nocturno.

Psalm. **Exáudi Dómine justítiam meam. 16.**

Ad Laudes, et per Hor.

Antiphona.

Lauréntius* ingréssus est martyr, et conféssus est nomen Dómini Jesu Christi.

Ps. **Dóminus regnávit,** cum reliq. **26.**

Añ. **Lauréntius* bonum opus operátus est, qui per signum crucis cæcos illuminávit.**

Antiph. **Adhæsit ánima mea* post te, quia caro mea igne cremáta est pro te, Deus meus.**

Antiph. **Misit Dóminus Angelum suum, et liberávit me de médio ignis, et non sum æstuátus.**

Ant. **Beátus Lauréntius***

orábat, dicens: Grátias tibi ago, Dómine, quia jánuas tuas íngredi mérui.

Cap. Fratres: Qui parce.

Hym. Invicte Martyr., ut in Com. i. Mart. 12*.

℣. Dispérsit, dedit paupéribus.

℟. Justítia ejus manet in sæculum sæculi.

Ad Benedictus, Antiph. In cratícula te Deum non negávi, et ad ignem applicátus, te Christum confessus sum: probásti cor meum, et visitásti nocte: igne me examinásti, et non est invénta in me iníquitas.

Oratio, ut supra.

Ad Tertiam.

Ant. Lauréntius.

Capit. Fratres: Qui parce seminat.

℟. br. Glória, et honóre.

℣. Posuísti. 12*.

Ad Sextam.

Antiph. Adhæsit ánima mea.

Capit. 2. Cor. 9. 7.

Unusquísque prout destinávit in corde suo, non ex tristítia, aut ex necessitáte: hílarem enim datórem díligit Deus.

℟. brev. Posuísti Dómine.

℣. Magna est. 13*.

Ad Nonam.

Ant. Beátus Lauréntius.

Capit. 2. Cor. 9. 8.

Potens est autem Deus omnem grátiam abundáre fácere in vobis: ut in ómnibus semper omnem sufficiéntiã habéntes, abundétis in omne opus bonum, sicut scriptum est: Dispérsit, dedit paupéribus: justítia ejus manet in sæculum sæculi.

℟. br. Magna est.

℣. Justus. 13*.

In ii. Vesperis.

Ant. Lauréntius ingréssus, cum rel. de Laud.

Ps. Dixit Dóminus, cum rel. de Dominica 189. et loco ult., Psal. Crédidi. 194.

Capit. et Hymn. ut in primis Vesp.

℣. Levíta Lauréntius

bonum opus operátus est.

℟. Qui per signum Crucis cœcos illuminávit.

Ad Magníficat, Antiph. Beátus Lauréntius, dum in craticula superpósitus ureretur, ad impiíssimum tyránnum dixit: Assátum est jam, versa, et mandúca: nam facultátes Ecclésiæ, quas requíris, in cœléstes thesáuros manus páuperum deportavérunt.

Orat.o. Da nobis, quæsumus, ut supra.

Deinde comm. ut infra.

DIE XI. AUGUSTI.

OCT. S.P.N. DOMINICI.

Duplex.

Omnia ut in Festo. 607.

Pro comm. SS. Tyburtii, et Susannæ Mart.

Ant. Istórum est.

℣. Lætámini. 18*.

Oratio.

Sanctórum Mártyrum tuórum Tibúrtii, et Susánnæ, nos Dómine, fóveant continuáta præsídia: quia non désinis propítius intuéri, quos tálibus auxíliis concésseris adjuvári. Per Dóminum.

In Laud. fit comm. Oct. S. Laurentii Mart.

Ant. In craticula.

℣. Dispérsit, dedit.

Oratio. Da nobis. 618.

Deinde SS. Mart.

Ant. Vestri capílli.

℣. Exultábunt. 20*.

Oratio. Sanctórum.

Vesp. de S. Clara sine ulla commem.

DIE XII. AUGUSTI.

S. CLARÆ Virg.

Omnium Clarissarum Institutricis.

Duplex i. classis cum Octava.

IN I. VESPERIS.

Antiphona.

Jam sanctæ Claræ cláritas splendóre mundi cárdines mirífice complévit: cujus perfécta sánctitas in devótas propágines velócius excrévit.

Psalm. Dixit Dóminus. cum reliq. ut in Festis B. M. V. per annum. 40*.

Ant. Mundi totíus glóriam, ut Christum lucrifáceret, vile quid

arbitráta ; instábilem lætítiam, ne infinitam pérderet, semper est aspernáta.

Ant. Hæc in patérnis láribus puélla sacris móribus agébat cœlibátum, quam prædocébat únctio, sine magistro médio, cor Christo dare gratum.

Ant. Sacra spirat infántia magni Regis connúbia virtúte promeréri : moxque Francisci stúdia sectátur, et in grátia conátur exercéri.

Antiph. Hanc et Papa Gregórius fovit, et Innocéntius Patrum more piórum; quam Alexánder inclytus adscrípsit, motus cœlitus catálogo Sanctórum.

Capit. 2. Cor. 10. 17.

Fratres : Qui gloriátur, in Dómino gloriétur : Non enim qui seípsum comméndat, ille probátus est, sed quem Deus comméndat.

—

Hymnus.

Concinat plebs fidéliū
Virginále præcónium,
Matris Christi vestigiū,
Et novitátis gáudium.
Páuperū primogénita,
Dono cœlésti prædita,
Obtinet supra mérita
Præmia vitæ rédditа.
Novum sidus emícuit,
Candor lucis appáruit,
Nam lux, quæ lucem íntuit,
Claram clarére vóluit.
Claris orta natálibus,
Nec dum relíctis ómnibus,
Vacat plenis afféctibus,
Pietátis opéribus.
Sub paupertátis régula,
Patris Francísci férula,
Clara Christi discípula
Luce respérsit sæcula.
Mundus et caro víncitur,
Matri Christi connéctitur,
Christo prorsus innítitur,
Páuperem páuper séquitur.
Spretis natívo génere,
Carnis et mundi fœdere;

Clauditur velut cárcere,
Dives superno múnere.
Clauditur velut túmulo
Nequam subdúcta sæculo :
Patet in hoc ergástulo
Solum Dei spectáculo.
Tegmina carnis vília,
Urgens famis inédia,
Arcta quoque jejúnia
Præstant orándi spátia.
Virginis hujus mérito,
Laus Patri sit ingénito,
Glória Unigénito,
Virtus summa Paráclito. Amen.
℣. Ora pro nobis.
Ad Magnificat, Antiph.
Duce cœlésti númine, Matre favénte vírgine, Clara re, Clara nómine, spreto patérno límine, spreto nativo sánguine, est in Sanctórum lúmine, ac Beatórum ágmine, exúta carnis tégmine.

Oratio.

Fámulos tuos, quæsumus Dómine, beátæ virginis tuæ Claræ votíva natalítia recenséntes: cœléstium gaudiórum sua fácias interventióne partícipes, et tui Unigéniti cohærédes: Qui tecum.

Per annum dicatur : Votívam commemoratiónem recenséntes.

AD MATUTINUM

Invitat. Regi, qui carnem índuit, sit laus cordis, et oris: * Cujus in Clara cláruit perfécti vis amóris.
Ps. Venite, exultemus. 2.

Hymnus.

Génerat virgo fílias
Mentis matérnæ cónscias,
Christi sponsas et sócias,
Corruptiónis ínscias.
Clarum nomen effúnditur,
Sanctum nomen exténditur,
Facto doctrina próditur,
Virtus divína pánditur.
Construúntur cœnóbia
Vasti per orbis spátia,
Crescit Sorórum cópia,
Claret matris notítia.
Déficit virtus córporis
Morbo prolíxi témporis,
Sumit augméntum róboris:

Virtus sacráti péctoris.
Tandem languóre prémitur,
Læta nimis egréditur,
Dies extréma cláuditur,
Spíritus cœlo rédditur.
Te prosequéntes láudibus
Piis favéto précibus,
Adésto postulántibus
Tuis, Virgo, supplícibus.
Vírginis hujus mérito
Laus Patri sit ingénito,
Glória Unigénito,
Virtus summa Paráclito. Amen.

Ad Laudes, et per Hor. Antiphona

Post vitæ Claræ términum, *Clara cum turba Vírginum ad cœlos evolávit: suum compléxa Dóminum, regnat in regno lúminum, quo Dóminus regnávit.

Psal. Dóminus regnávit. cum reliq. 26.

Ant. Agnes ad Agni núptias, * et ætérnas delícias, post Claram evocátur: ubi per Sion fílias, post tránsitas misérias, ætérne jubilátur.

Ant. Sicut soróre prævia * Christi passi vestígia sectátur, gáudens cruce: sic, dum hæc signis rútilat, Agnes post ipsam vígilat, Deus, ad te de luce.

Ant. Honórat Christi déxtera, per sanitátum múnera, vírginis mausoléum: sanat morbos, et vúlnera, ut benedícant ópera, quæ fecit Deus, Deum.

Ant. Láudans laudáre stúdeat, * in láudem semper pródeat plebs ista Salvatóris: quam tanta ditat sánctitas, non cesset ipsa cívitas a láude Conditóris.

Capitul. Fratres: Qui gloriátur, ut in Vesp.

Hymnus.

O Clara luce clárior,
Lucis ætérnæ fília,
Dies ista solémnior
Tua colit solémnia.
Vitæ labéntis gáudia
Spernéndo, Christum séqueris
Pascéntem inter lília:
Tuque cum Christo pásceris.

Custos sacrárum vírginum,
Omni virtúte prævia,
Ducis ad sponsum Dóminum
Puellárum collégia.
Francisco duce, fórtiter
Evíncis trina prælia:
Dum carnem vincis júgiter,
Mundum, atque dæmónia.
Jam nunc in regno lúminum
Patri conrégnans fília:
Da, te sequéntum ágminum
Recta fore vestígia.
Sit Patri, Nato, Flámini
Decus, honor, et glória:
Nosque comméndent Númini
Sanctæ Claræ suffrágia.
Amen.

℣. Ora pro nobis.
℟. Ut digni etc.

Ad Benedictus, Antiph. Novum sidus emícuit, candor lucis appáruit, lux claritátis ádfuit, cœli splendor enítuit: nam lux, quæ lucem ínfluit, Claram clarére vóluit.

Oratio. Famulos tuos.

Ad Horas, Antiphonæ de Laud. Capit. et ℟ br. de Comm. Vírginum. 31*.

In ii. Vesperis Antiph. Post vitæ Claræ términum, cum rel. de Laud.; Psalm. Capit. Hymnus, et ℣. ut in i. Vesp.

Ad Magnificat, Antiph. Salve sponsa Dei, virgo sacra, planta Minórum: tu vas mundítiæ, tu prævia forma Sorórum, Clara, tuis précibus duc nos ad regna polórum.

Oratio, ut supra.

Et fit comm. seq. tant.

DIE XIII. AUGUSTI.

B. PETRI A MOLLEANO

Confess. 1. Ord.

Duplex.

In Hymno. Méruit suprémos.

Ant. Similábo eum.

℣. Amávit.

Oratio.

Deus charitátis amátor, et áuctor pacis, qui beátum Petrum Confessórem tuum admirábili stúdio fovén-

dæ concórdiæ decorásti: præsta, quæsumus; ut ejus intercedéntibus méritis perpétuæ pacis gáudiis perfruámur. Per Dóminum.

In Laud. fit com. Oct. S. Claræ. Ant. Novum sidus. ℣. Ora pro nobis. Oratio. Fámulos tuos. Deinde Oct. S. Laurent. Ant. In craticula. 619. ℣. Dispérsit. Oratio. Da nobis. 618. Postremo SS. Mart. Ant. Vestri capilli. ℣. Exultábunt 20*.

Oratio.

Da, quæsumus, omnípotens Deus: ut beatórum Mártyrum tuórum Hippólyti, et Cassiáni veneránda solémnitas, et devotiónem nobis áugeat et salútem. Per Dóminum.

Vesperæ a Cap. de seq. commem. ut infra.

DIE XIV. AUGUSTI

B. SANCTES DE MONTE FABRORUM Conf. 1. Ord. Duplex. Oratio.

Salútis nostræ áuctor, omnípotens Deus, qui beátum Sanctem Confessórem tuum admirábili providéntia a sæculi perículis eréptum, in tui sequélam venire fecísti: da nobis quæsumus; ut ejus précibus et méritis, in tuo sancto servítio fervéntes, ab ómnibus inimicórum nostrórum insídiis liberémur. Per Dóminum.

Et fit comm. B. Petri. Ant. Hic vir. ℣. Justum 28*. Oratio. Deus charitátis amátor, ut supra. Deinde Oct. S. Claræ. Ant. Salve sponsa. ℣. Ora pro nobis. Oratio. Fámulos tuos. Et Oct. S. Laurentii. Ant. B. Laurentius 620. ℣. Levíta Lauréntius. Oratio. Da nobis. 618. Postea S. Eusebii Conf. Ant. Euge. ℣. Os justi 27*.

Oratio.

Deus, qui nos beáti Eusébii Confessóris tui ánnua solemnitáte lætíficas: concéde pro-

pitius; ut cujus natalítia cólimus, per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

In Laud. fit commem. Oct. S. Claræ.

Ant. Novum sidus. 624.

℣. Ora pro nobis.

Oratio. Fámulos tuos.

Deinde Octav. S. Laurentii.

Ant. In cratícula. 619.

℣ Dispérsit.

Oratio. Da nobis.

Postea Vig. Ant. et ℣. de Feria occur. ut ante Psalter. pag. ¶¶

Oratio.

Deus, qui Virginálem áulam beátæ Maríæ, in qua habitáres, elígere dignátus es: da quæsumus; ut sua nos defensióne munítos, jucúndos fácias suæ interésse festivitáti.

Demum S. Eusebii.

Ant. Similábo.

℣. Amávit. 26*.

Oratio, ut supra.

Vesp. de seq. sine ulla comm.

DIE XV. AUGUSTI.

IN ASSUMPTIONE BEATÆ MARIÆ VIRG.

Duplex i. classis cum Octava.

IN I. VESPERIS.

Ant. Assúmpta est María, cum rel. de Laud.; Psalmi ut in festis B. M. V. per an. 40*.

Capit. Eccl. 24. 11.

In ómnibus réquiem quæsívi, et in hæreditáte Dómini morábor. Tunc præcépit, et dixit mihi Creátor ómnium: et qui creávit me, requiévit in tabernáculo meo.

Hymn. Ave Maris stella etc. 43*.

℣. Exaltáta est sancta Dei Génitrix.

℟. Super choros Angelórum ad cœléstia regna.

Ad Magnificat, Antiph. Virgo prudentíssima, quo progréderis, quasi auróra valde rútilans? filia Sion tota formósa et suávis es, pulchra ut luna, elécta ut sol.

—

Oratio.

Famulórum tuórum, quæsumus Dómine, delíctis ignósce: ut, qui tibi placére de áctibus nostris non valémus; Genitrícis Fílii tui Dómini nostri intercessióne salvémur. Qui tecum.

Ad Completor. et per Hor. diei, ac etiam per totam Octavam in fine Hymn. dicitur: Jesu... Qui natus es.

Ad Laudes, et per Hor.

Antiphona.

Assúmpta est * María in cœlum, gáudent Angeli, laudántes benedícunt Dóminum.

Psal. Dóminus regnávit, cum rel. 26.

Ant. María Virgo * assúmpta est ad æthéreum thálamum, in quo Rex regum stelláto sedet sólio.

Ant. In odórem * unguentórum tuórum cúrrimus, adolescéntulæ dilexérunt te nimis.

Ant. Benedícta fília tu a Dómino, quia per te fructum vitæ communicávimus.

Ant. Pulchra es * et decóra fília Jerúsalem, terríbilis ut castrórum ácies ordináta.

Capit. In ómnibus.

Hym. O gloriósa. 53*.

℣. Exaltáta est.

Ad Benedictus, Antiph. Quæ est ista, quæ ascéndit sicut auróra consúrgens, pulchra ut luna, elécta ut sol, terríbilis ut castrórum ácies ordináta?

Oratio. Famulórum.

Ad Primam.

In ℟. br. Qui natus es per tot. Oct.

Ad Tertiam.

Ant. María Virgo.

Capit. In ómnibus.

℟. br. Exaltáta est * Sancta Dei Génitrix. Exaltáta.

℣. Super choros Angelórum ad cœléstia regna. Sancta.

Glória. Exaltáta.

℣. Assúmpta est María in cœlum, gáudent Angeli.

℟. Laudántes benedícunt Dóminum.

Ad Sextam.
Ant. In odórem.
Capit. Eccli. 24. 15.
Et sic in Sion firmáta sum, et in civitáte sanctificáta simíliter requiévi, et in Jerúsalem potéstas mea. Et radicávi in pópulo honorificáto, et in parte Dei mei hæréditas illíus, et in plenitúdine Sanctórum deténtio mea.
℟. br. Assúmpta est María in cœlum, * Gáudent Angeli. Assúmpta.
℣. Laudántes benedícunt Dñm. Gáudent. Glória. Assumpta est.
℣. María Virgo assúmpta est ad æthéreum thálamum.
℟. In quo Rex regum stelláto sedet sólio.
Ad Nonam.
Ant. Pulchra es.
Capit. Eccli. 24. 20.
In platéis sicut cinnamómum, et bálsamum aromatízans odórem dedi: quasi myrrha elécta dedi suavitátem odóris.
℟. brev. María Virgo assúmpta est, * Ad æthéreum thálamũ. María Virgo.
℣. In quo Rex regum stelláto sedet sólio. Ad æthéreum.
Glória Patri. María.
℣. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta.
℟. Da mihi virtútem contra hostes tuos.
In ii. Vesp. omnia ut in primis.
Ad Magnificat, Antiph. Hódie María Virgo cœlos ascéndit, gaudéte, quia cum Christo regnat in ætérnum.
Oratio Famulórum.
Deinde fit commem. S. Rochi tantum ut infra, nisi transferatur.

DOMINICA.

Infra Oct. Assumption.

S. JOACHIM Confessoris, Patris B. M. V.

Duplex maj.

Si in hac Dominica occurrat dies Oct. S. Laurentii, aut Assumptionis Beatæ Mariæ Virg. vel festũ S. Ludovici Episc. transfertur festũ S. Joachim in aliam diem.

In Hymn. **Méruit suprémos.**
℣. **Potens in terra erit semen ejus.**
℟. **Generátio rectórum benedicétur.**
Ad Magnificat, Antiph. **Laudémus virum gloriósum in generatióne sua, quia benedictiónem ómnium géntium dedit illi Dóminus, et testaméntum suum confirmávit super caput ejus.**

Oratio.

Deus, qui præ ómnibus Sanctis tuis beátum Jóachim Genitrícis Filii tui Patrem esse voluísti: concéde, quæsumus; ut cujus festa venerámur, ejus quoque perpétuo patrocínia sentiámus. Per eúmdem Dóminum.
Et fit comm. Dominicæ. Postea Octavarum, nisi festū S. Joachim transferatur post omnes Octavas.
In Laud. ℣. **Potens.**
Antiph. ad Benedictus. **Laudémus virum.**
Oratio, ut supra.
Et fit comm. Dominicæ. Postea Oct. Assumpt. et S. Claræ, ac S. Laurentii.
In ii. Vesp. omnia dicuntur de Communi, præter Orationem **Deus, qui præ ómnibus,** ut supra.
Et fit comm. Dominicæ occurrentis.
Postea Octavar. etc.

DIE XVI. AUGUSTI.
S. ROCHI Confessoris iii. Ord.
Duplex maj.

Antiph. **Similábo eum.**
℣. **Amávit eum. 26*.**

Oratio.

Deus, qui beáto Rocho, per Angelum tuum, tábulam eídem afferéntem promisísti: ut, qui ipsum invocáverit, a nullo pestis cruciátu læderétur: præsta, quæsumus, ut, qui ejus solémnia celebrámus, ipsíus méritis et précibus, a mortífera peste córporis, et ánimæ liberémur. Per Dóminum.
In Laud. fit commem.

Octav. Assumptionis.
Ant. Quæ est ista. 627.
℣. Exaltáta est.
Oratio. Famulórum.
Deinde Oct. S. Claræ.
Ant. Novum sidus.624.
℣. Ora pro nobis.
Oratio. Fámulos tuos.
Postea Oct.S. Laurentii.
Ant. In cratícula. 619.
℣. Dispérsit.
Oratio. Da nobis. 618.
In ii. Vesp. fit comm. festi seq. ut in i. Vesp. festi cum comm. ut infra.

DIE XVII. AUGUSTI.

OCTAVA S. LAURENTII.

Duplex.

Omnia ut in festo. 618.

Oratio.

Excita, Dómine, in Ecclésia tua Spíritum, cui beátus Laurêntius Levíta servívit: ut eódem nos repléti; studeámus amáre quod amávit, et ópere exercére quod dócuit. Per Dóm... ejúsdem Spíritus sancti.

Et fit comm. Octav. Assumptionis.
Ant. Hódie María. 628.
℣. Exaltáta est.
Oratio. Famulórum.
Deinde Oct. S. Claræ.
Ant. Salve sponsa Dei.
℣. Ora pro nobis. 624.
Oratio. Fámulos tuos.
In Laud. fit commem. Octav. Assumptionis.
Ant. Quæ est ista.
℣. Exaltáta est. 627.
Oratio. Famulórum.
Deinde S. Claræ.
Ant. Novum sidus. 624.
℣. Ora pro nobis.
Oratio. Fámulos tuos.
Vesp. a Capit. de seq. comm. ut infra.

DIE XVIII. AUGUSTI.

S. HELENÆ Imperatricis Viduæ.

Duplex. Oratio.

Dómine Jesu Christe, qui locum, ubi Crux tua latébat, beátæ Hélenæ reveLásti, ut per eam Ecclésiam tuam hoc pretióso thesáuro ditáres: ejus nobis intercessióne concéde; ut vitális ligni prétio, ætérnæ vitæ præmia consequámur: Qui vivis.

Pro comm. diei Oct.S. Laurentii.
Añ. B. Lauréntius. 618.

℣. Levíta Lauréntius.
Or. Excita Dómine.
Deinde fit comm. Oct. Assumptionis.
Ant. Hódie María. 628.
℣. Exaltáta est.
Oratio. Famulórum.
Postea Oct. S. Claræ.
Ant. Salve sponsa Dei.
℣. Ora pro nobis. 624.
Oratio. Fámulos tuos.
Ultimo S. Agapíti Mart.
Ant. Iste sanctus.
℣. Glória, et honóre. 11*.

Oratio.

Lætétur Ecclésia tua, Deus, beáti Agapíti Mártyris tui confísa suffrágiis: atque ejus précibus gloriósis et devóta permáneat, et secúra consístat. Per Dom.

In Laud. fit comm. Oct. Assumptionis.
Ant. Quæ est ista. 627.
℣. Exaltáta est.
Oratio. Famulórum.
Deinde Oct. S. Claræ.
Ant. Novum sidus.
℣. Ora pro nobis.
Oratio. Famulos tuos.
Postea S. Agapíti.
Ant. Qui odit. 12*.
℣. Justus. Orat. Lætétur.

Vesp. de seq. cum com. diei Octav. S. Claræ, et præc. tantum.

DIE XIX. AUGUSTI.

S. LUDOVICI Episc. et Conf. i. Ordinis.

Duplex ii. classis.

In utrisque Vesperis, et Laud. ℣ Ora pro nobis. In i. Vesp. ad Magnif. et in Laud. ad Bened. Ant. Rosa vernans charitátis, lílium virginitátis, stella fulgens, Ludovíce, vas sanctitátis, ora pro nobis Dñum.

Oratio.

Deus, qui beátum Ludovícum Confessórem tuum, atque Pontíficem cœléste regnum terréno præpónere docuísti, ac puritáte illibáta, et exímia in páuperes charitáte mirabíliter decorásti: concéde; ut ejúsdem virtútes æmulántes in terris, conorári cum ipso mereámur in cœlis. Per Dóm.

Pro comm. diei Octavæ S. Claræ. Ant. Duce cœlésti númine. 622.
℣. Spécie tua.

Orat. Fámulos tuos.
Deinde fit commem. S. Helenæ. Ant. Manum. ℣. Diffúsa. 35*.
Oratio. Dómine Jesu Christe, ut supra.
In Laud. fit comm. diei Octavæ S. Claræ.
Ant. Novum sidus. 624.
℣. Diffúsa.
Oratio. Fámulos tuos.
In ii. Vesp. fit comm. seq. et diei Oct. S. Claræ tantum ut infra.

DIE XX. AUGUSTI.

S. BERNARDI ABB. Conf. et Eccl. Doct.

Duplex.
Ant. O Doctor.... beáte Bernárde. ℣. Amávit.
Oratio. Deus, qui pópulo tuo. 25*.
Pro comm. diei Octavæ S. Claræ.
Ant. Salve sponsa. 624.
℣. Diffúsa.
Oratio. Fámulos tuos.
In Laud. fit comm. Oct. Assumptionis.
Ant. Quæ est ista. 627.
℣. Exaltáta est.
Oratio. Famulórum.
Vesp. a Capit. de seq. comm. ut infra.

DIE XXI. AUGUSTI.

S. JOANNÆ FRANCISCÆ FREMIOT DE CHANTAL Viduæ.

Duplex. Oratio.
Omnípotens et misé-ricors Deus, qui beátam Joánnam-Franciscam, tuo amóre succénsam admirábili spíritus fortitúdine per omnes vitæ sémitas in via perfectiónis donásti; quique per illam illustráre Ecclésiam tuam nova prole voluísti: ejus méritis et précibus concéde; ut, qui infirmitátis nostræ cónscii de tua virtúte confídimus, cœléstis grátiæ auxílio cuncta nobis adversántia vincámus. Per Dóminum.
Et fit comm. S. Bernardi. Ant. O Doctor.
℣. Justum.
Oratio, ut supra.
Deinde Octav. Assumpt.
Ant. Hódie María. 628.
℣. Exaltáta est.
Oratio. Famulórum.
Vesp. de seq. cum com. ut infra.

DIE XXII. AUGUSTI.
OCT. ASSUMPTIONIS
B. MARIÆ V.
Duplex.
Omnia ut in ejus die festo 626.
Et fit comm. S. Joannæ Franciscæ.
Ant. **Manum.**
℣. **Diffúsa est.** 35*.
Oratio. **Omnípotens.**
Postea SS. Timothei, Hippolyti, et Symphoriani Mart.
Ant. **Istórum est.**
℣. **Lætámini 18*.**
Oratio.
Auxílium tuum nobis, Dómine, quæsumus, placátus impénde: et intercedéntibus beátis Martyribus tuis, Timótheo, Hippólyto, et Symphoriáno, dextéram super nos tuæ propitiatiónis exténde. Per Dom.
In Laud. fit comm. SS. Mart.
Antiph. **Vestri capílli.**
℣. **Exultábunt.** 20*.
Or. **Auxílium tuum.**
In ii. Vesper. fit comm. S. Philippi Benitii. 635.

DOMINICA
post Oct. Assumptionis.
PURISSIMI CORDIS
B. MARIÆ V.
Duplex maj.
IN I. VESPERIS.
Ant. **Trahe me** de Laudib., Psalmi et reliq. hic non propria, ut in Fest. B. Mariæ V. per an. 40*.
Capit. **Pone me, ut infr.**
Hymn. **Ave Maris stella.**
℣. **Exúlta in omni corde, filia Jerúsalem.** ℟. **Rex Israel Dñus in médio tui.**
Ad Magnificat, Antiph. **Exultávit Cor meum in Dómino, et exaltátum est cornu meum in Deo meo, quia lætáta sum in salutári tuo.**
Oratio.
Omnípotens sempitérne Deus, qui in Corde beátæ Maríæ Vírginis dignum Spíritus sancti habitáculũ præparásti: concéde propítius; ut ejúsdem puríssimi Cordis festivitátem devóta mente recoléntes, secúndum Cor tuum vívere valeámus. Per Dóminum.

Et fit comm. Dominicæ.

In i. Nocturno.

℣. Anima mea liquefácta est.

℟. Ut locútus est diléctus.

In ii. Nocturno.

℣. Fortis est ut mors diléctio.

℟. Dura sicut inférnus æmulátio.

In iii. Nocturno.

℣. Ego diléclo meo.

℟. Et ad me convérsio ejus.

Ad Laudes, et per Hor.

Antiphona.

Trahe me * post te, currémus in odórem unguentórum tuórum. Psalm. Dóminus regnávit, cum rel. 26.

Ant. Diléctus meus * lóquitur mihi : surge, própera amíca mea.

Ant. Fulcíte * me flóribus, stipáte me malis: quia amóre lángueo.

Ant. Adjúro vos, filiæ Jerúsalem, ne suscitétis diléctam quoadúsque ipsa velit.

Ant. Ego dórmio, * et Cor meum vígilat.

Capit. Cant. 8. 6.

Pone me ut signáculum super cor tuū, ut signáculum super bráchium tuum: quia fortis est ut mors diléctio, dura sicut inférnus æmulátio : lámpades ejus, lámpades ignis atque flammárum.

Hymn. O Gloriósa. 53*

℣. Qui me invénerit invéniet vitam.

℟. Et háuriet salútem a Dómino.

Ad Benedictus, Antiph. Extóllens vocem quædam múlier de turba dixit illi: beátus venter, qui te portávit, et úbera, quæ suxísti.

Oratio. Omnípotens,

Et fit comm. Dominicæ.

Ad Primam in ℟. br. ℣. Qui natus es de María Vírgine.

Ad Tertiam.

Ant. Diléctus meus.

Capit. Pone me.

℟. br. Anima mea * Liquefácta est. Anima.

℣. Ut locútus est diléctus. Liquefácta est. Glória Patri. Anima mea.

℣. Fortis est ut mors diléctio.
℟. Dura sicut inférnus æmulátio.

Ad Sextam.

Ant. Fulcíte.

Capit. Eccl. 24. 3.

Ego ex ore Altíssimi prodívi primogénita ante omnem creatúram: ego feci in cœlis, ut orirétur lumen indefíciens, et sicut nébula texi omnem terram.

℟. br. Fortis est * Ut mors diléctio. Fortis.
℣. Dura sicut inférnus æmulátio. Ut mors diléctio.
Glória Patri. Fortis est.
℣. Ego diléclo meo.
℟. Et ad me convérsio ejus.

Ad Nonam.

Ant. Ego dórmio.

Capit. Eccl. 24. 6.

In omni terra steti, et in omni pópulo, et in ómnibus réquiem quæsívi, et in hæreditáte Dómini morábor.

℟. brev. Ego * Diléclo meo. Ego.
℣. Et ad me convérsio ejus. Diléclo meo.
Glória Patri. Ego diléclo meo.
℣. Qui me invénerit, invéniet vitam.
℟. Et háuriet salútem a Dómino.

IN II. VESPERIS.

Omnia ut in i. præter
℣. Viam mandatórum tuórum cucúrri.
℟. Cum dilatásti Cor meum.

Ad Magníficat, Antiph. Exultávit Cor meum in Deo salutári meo: quia fecit mihi magna qui potens est.

Et fit comm. Dominicæ.

DIE XXIII. AUGUSTI.

S. PHILIPPI BENITII Confessoris.

Duplex.

Ant. Similábo eum.
℣. Amávit. 26*.

Oratio.

Deus, qui per beátum Philíppum Confessórem tuum exímium nobis humilitátis exémplum tribuísti: da fámulis tuis, próspera mundi ex ejus imitatióne

despícere, et cœléstia semper inquírere. Per Dóminum.

Vesp. a Capit. de seq. comm. præc.

DIE XXIV. AUGUSTI.

S. HYACINTHI Confess.

Duplex.

In Hymn. Méruit suprémos.

Ant. Similábo eum.

℣. Amávit. 26*.

Or. Deus, qui nos. 26*.

Et fit commem. S. Philippi.

Ant. Hic vir.

℣. Justum. 28*.

Oratio, ut supra.

In Laud. fit commem. Vigil. Ant. et ℣. de fer. occur. ut ante Psalter. pag. ¶¶.

Oratio.

Da, quæsumus, omnípotens Deus, ut beáti Bartholomæi Apóstoli tui, quam prævenímus, veneránda solémnitas et devotiónem nobis áugeat et salútem. Per Dóminum.

Vesp. de seq. commem. præced.

—

DIE XXV. AUGUSTI.

S. BARTHOLOMÆI Ap.

Duplex ii. classis.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui hujus diei venerándam, sanctámque lætítiam, in beáti Apóstoli tui Bartholomæi festivitáte tribuísti: da Ecclésiæ tuæ, quæsumus; et amáre quod crédidit, et prædicáre quod dócuit. Per Dóminum.

Deinde fit commem. S. Hyacinti. Ant. Hic vir.

℣. Justum. 28*.

Orat. Deus qui nos. 26*.

In ii. Vesp. comm. seq.

DIE XXVI. AUGUSTI.

S. LUDOVICI REGIS FRANCOR. Conf. 3. Ord.

Duplex ii. classis.

(Apud Tertiarios Duplex i. classis cum Octava.)

Ad Matut. et etiam in Vesp. in Hymn. Méruit suprémos.

In utrisque Vesper. et Laud. ℣. Ora pro nobis.

In i. Vesp. ad Magnif. Ant. Ambulávit coram Dómino in veritáte, et

in corde perfécto ; et quod plácitum est in óculis ejus, fecit semper.

Oratio.

Deus, qui beátum Ludovícum Confessórem tuum, de terréno regno ad cœléstis Regni glóriam transtulísti: ejus, quæsumus, méritis et intercessióne, Regis regum Jesu Christi Filii tui fácias nos esse consórtes: Qui tecum vivit.

AD MATUTINUM.

Inv. Regem regũ Dñum, * Veníte adorémus.

Ad Benedictus, Antiph. In lege Dómini congregatiónem judicávit, et cógnitus est in verbis suis fidélis.

In Laud. fit commem. S. Zephyrini Papæ, et Mart. Ant. Qui odit.

℣. Justus. 12*.

Oratio.

Præsta, quæsumus omnípotens Deus: ut beáti Zephyríni Mártyris tui atque Pontíficis, cujus gaudémus méritis, instruámur exémplis. Per Dóminum.

In ii. Vesperis, ad Magnificat.

Antiph. Cogitátio illius apud Altíssimum; ideo accépit regnum decóris, et diadéma speciéi de manu Dómini.

Et fit comm. sequ., ut infra.

DIE XXVII. AUGUSTI.

S. JOSEPHI CALASANCTII Confess.

Duplex.

In Hymno. Méruit suprémos.

Ant. Similábo eum.

℣. Amávit. 26*.

Oratio.

Deus, qui per sanctũ Joséphum Confessórem tuum, ad erudiéndam spíritu intelligéntiæ ac pietátis juventútem, novum Ecclésiæ tuæ subsídium providére dignátus es: præsta, quæsumus; nos ejus exémplo et intercessióne ita fácere, et docére, ut præmia consequámur ætérna. Per Dóminum.

Vesp. a Capit. de seq. commem. ut infra.

DIE XXVIII. AUGUSTI.
S. AUGUSTINI Ep. Conf. et Eccl. Doct.
Duplex.
In utrisque Vesp. ad Magnif. Ant. **O Doctor... beáte Augustíne. 25*.**
Oratio.

Adésto supplicatiónibus nostris, omnípotens Deus: et quibus fidúciam sperándæ pietátis indúlges; intercedénte beato Augustíno Confessóre tuo atque Pontífice, consuétæ misericórdiæ tríbue benígnus effèctum. Per Dom.

Et fit commem. S. Josephi. Ant. **Hic vir.** ℣. **Justum. 28*.**
Oratio, ut supra.
Dein S. Hermetis Mart. Ant. **Iste sanctus.** ℣ **Glória, et honóre. 11*.**
Oratio.

Deus, qui beátum Hermétem Mártyrem tuum, virtúte constántiæ in passióne roborásti: ex ejus nobis imitatióne tríbue; pro amóre tuo próspera mundi despícere, et nulla ejus advérsa formidáre. Per Dóminum.

In Laud. fit comm. S. Hermetis Mart. Ant. **Qui odit.** ℣. **Justus. 12*.**
Oratio, ut supra.
Vesp. de seq. commem. præc. et S. Sabinæ M.

DIE XXIX. AUGUSTI.
DECOLLATIONIS S. JOANNIS BAPTISTÆ.
Duplex maj.
IN I. VESPERIS.

Ant. **Heródes enim,** cum reliquis de Laudibus.) Psalm. **Dixit Dóminus,** cum reliq. de Domin. **189.** et loco ult., Psal. **Laudáte... omnes. 195.** Capit., Hymn. et ℣. de Comm. unius Mart. **10*.**

Ad Magnificat. Antiph. **Misso Heródes spiculatóre, præcépit amputári caput Joánnis in cárcere: quo audíto, discípuli ejus venérunt, et tulérunt corpus ejus, et posuérunt illud in monuménto.**
Oratio.

Sancti Joánnis Baptistæ præcursóris et

Mártyris tui, quæsumus Dómine, veneránda festivitas salutáris auxílii nobis præstet effectum: Qui vivis.

Et fit com. S. Augustini. Ant. O Doctor.

℣ Justum.

Oratio. Adésto.

Postea S. Sabinæ Mart. Ant. Símile est.

℣ Spécie tua. Oratio.

Deus, qui inter cétera poténtiæ tuæ mirácula etiam in sexu frágili victóriam mártyrii contulísti: concéde propítius; ut qui beátæ Sabínæ Mártyris tuæ natalítia cólimus, per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóm.

Ad Laudes, et per Hor. Antiphona.

Heródes enim* ténuit et ligávit Joánnẽ, et pósuit in cárcerem propter Herodíadem.

Ps. Dóminus regnávit, cum reliq. 26.

Ant. Dómine mi rex * da mihi in disco caput Joánnis Baptístæ.

Ant. Puéllæ saltánti * imperávit mater: Nihil áliud petas, nisi caput Joánnis.

Ant Arguébat Heródem Joánnes propter Herodíadem, quam túlerat fratri suo Philíppo uxórem.

Ant. Da mihi * in disco caput Joánnis Baptístæ: et contristátus est rex propter jusjurándum.

Capit. Beátus vir. 10*.

Hymn. Invícte Martyr.

℣. Justus. 12*.

Ad Benedictus, Antiph. Misso Heródes.

Orat. Sancti Joánnis.

Et fit com. S. Sabinæ. Ant. Date ei. ℣. Diffúsa.

Oratio, ut supra.

Ad Horas, Antiph. de Laud, Capit. et ℟ ℟ br. de Comm. 12*.

In ii. Vesperis.

Ant Heródes enim, cum rel. de Laud. Psalm. Dixit Dóminus, cum rel. de Dom. 189. et loco ult. Psalm. Crédidi. 194.

Capitul. et Hymn. de Comm. 10*. ℣ Justus.

Ad Magnificat, Antiph. Misit Rex incrédulus

ministros detestábiles; et amputári jussit caput Joánnis Baptistæ.

Oratio, ut supra.

Deinde fit comm. seq. et SS. Mart. ut infra.

DIE XXX. AUGUSTI.

S. ROSÆ LIMANÆ Virg. Duplex.

Ant. Veni sponsa.

℣. Spécie tua. 29*.

Oratio.

Bonórum ómnium largitor omnípotens Deus, qui beátā Rosam, cœléstis grátiæ rore prævéntam, virginitátis et patiéntiæ decóre Indis floréscere voluísti: da nobis fámulis tuis; ut in odórem suavitátis ejus curréntes, Christi bonus odor éffici mereámur: Qui tecum vivit.

Postea SS. Felicis, et Adaucti Mart.

Ant. Istórum est.

℣. Lætámini. 18*.

Oratio.

Majestátem tuam, Dómine, súpplices exorámus: ut sicut nos júgiter Sanctórum tuórum commemoratióne lætíficas; ita semper supplicatióne deféndas. Per Dóminum.

In Laud. fit com. Ss. Mm.

Ant. Vestri capílli.

℣. Exultábunt. 20*.

Oratio, ut supra.

Vesp. a Capit. de seq. comm. præced.

DIE XXXI. AUGUSTI.

S. RAYMUNDI NONNATI Confess. Duplex.

In Hymno. Méruit suprémos.

Oratio.

Deus, qui in liberándis fidélibus tuis ab impiórum captivitáte beátum Raymúndum Confessórem tuū mirábilem effecísti: ejus nobis intercessióne concéde; ut a peccatórum vínculis absolúti, quæ tibi sunt plácita, líberis méntibus exequámur. Per Dóminum.

Et fit comm. S. Rosæ.

Ant. Veni sponsa.

℣. Diffúsa. 32*.

Oratio, ut supra.

Vesp. a Capit. de seq. cum comm. ut infra.

FESTA SEPTEMB. Prima die non impedita dicitur Officium Defunctorum.

DIE I. SEPTEMBRIS.

B. ISABELLÆ Virginis Soror. S. Ludovici Regis Francorum iii. Ord.

Duplex.

Oratio.

Deus, qui beátam Isabéllam Vírginē tuam regáles delícias et mundi glóriam, crucis mortificatióni, et humilitáti postpónere docuísti: ipsíus méritis, precibúsque concéde; mundi hujus blandiménta superáre, et in ampléxu tuæ Crucis glóriam inveníre: Qui vivis et regnas etc.

Pro commem. S. Raymundi. Ant. Hic vir. ℣. Justum. 28*.

Oratio, ut supra.

Et fit comm. S. Ægidii Abbatis.

Ant. Similábo eum. ℣. Amávit eum. 26*.

Orat. Intercéssio.

Postea SS. duodecim Fratrum Mart.

Ant. Istórum est. ℣. Lætámini. 18*.

Oratio.

Fratérna nos, Dómine, Mártyrum tuórum coróna lætíficet: quæ et fidei nostræ præbeat increménta virtútum; et multíplici nos suffrágio consolétur. Per Dóminum

In Laud. commem. S. Ægidii. Ant. Euge. ℣. Justum. 27*. Oratio. Intercéssio.

Deinde SS. Mart. Ant. Vestri capilli. ℣. Exultábunt. 20*. Oratio. Fratérna ut supra.

In ii. Vesp. fit comm. sequentis.

DIE II. SEPTEMB.

S. STEPHANI HUNGARIÆ REGIS Conf.

Semiduplex.

Ant. Similábo eum. ℣. Amávit. 26*.

Oratio.

Concéde, quæsumus, Ecclésiæ tuæ, omnipotens Deus: ut beátum Stéphanum Confessórē tuum, quem regális

tem in terris propagatórem hábuit, propugnatórem habére mereátur gloriósum in cœlis. Per Dóminum.

Vesp. de seq. commem. præced.

DIE III. SEPTEMB.

BB. JOANNIS, et PETRI Martyrum i. Ordin.

Duplex. Oratio.

Concéde, quæsumus, omnípotens Deus, infirmitáti nostræ præsídium: ut, sicut beatórum Mártyrum tuórum Joánnis, et Petri gloriámur triúmphis; ita eórum constántiam imitári non pigeat, quam celebráre deléctat. Per Dominum.

Pro comm. S. Stephani. Ant. Hic vir. ℣. Justum. 28*.

Oratio, ut supra.

Vesp. de seq. com. præc.

DIE IV. SEPTEMBRIS.

TRANSLATIONIS S. ROSÆ VIRG. VITERBIENSIS iii. Ord.

Duplex ii. classis

In utrisq. Vesp. et Laud. ℣. Ora pro nobis.

In i. Vesp. ad Magnif. Antiph. Suscípiat ánima vestra disciplínam: vidéte óculis vestris, quia módicum laborávi, et invéni mihi multam réquiem.

Oratio.

Deus, qui beátam Rosam sanctárum tuárum vírginum Collégio aggregáre dignátus es: tribue nobis, quæsumus; ut ejus précibus et méritis a culpis ómnibus expiémur, et tuæ majestátis consórtio perfruámur ætérno. Per Dóminum.

Et fit comm. BB. Mart. Ant. Gáudent in cœlis. ℣. Exultábunt. 21*.

Oratio, ut supra.

Ad Benedictus, Antiph. Liberásti corpus meum a perditióne, a pressúra flammæ, quæ circúmdedit me, et in médio ignis non sum æstuáta.

Oratio, ut supra.

In ii. Vesp. ad Magnif. Ant. Flores apparuérunt in terra nostra:

víneæ floréntes dedérunt odórem suum.

Et fit commem. seq.

DIE V. SEPTEMBRIS.

B. GENTILIS A MATHELICA Mart. i. Ord.

Duplex.

Ant. Iste Sanctus.

℣. Glória, et honóre. 11*.

Oratio.

Te, Dómine, quæsumus: ut ex ore nostro incessánter tibi láudes perfícias; qui beáto Gentíli Mártyri tuo ad Infidélium conversiónem linguárum donum indidísti. Per Dóminum.

Vesp. a Capit. de seq. commem. præc.

DIE VI. SEPTEMBRIS.

B. VINCENTII AB AQUILA Confess. i. Ord.

Duplex.

In Hymno. Méruit suprémos.

Oratio.

Deus, qui beátum Vincéntium Confessórem tuum, cunctis virtútibus, evangélica præsértim simplicitáte, et mira vitæ austeritáte decorásti: da nobis; ut ejúsdem imitatóres effécti, grátiam coram óculis tuis invenísse lætémur. Per Dóminum.

Pro comm. B. Gentilis.

Ant. Qui vult veníre.

℣. Justus. 13*.

Oratio. Te Dómine.

In ii. Vesp. fit com. seq.

DIE VII. SEPTEMB.

S. LAURENTII JUSTINIANI Ep. et Conf.

Semiduplex.

Ant. Sacérdos, et Pontífex.

℣. Amávit eum. 22*.

Or. Da quæsumus.

Ad Matutinum in Hym. Méruit suprémos.

Vesp. de sequenti sine commem.

DIE VIII. SEPTEMB.

IN NATIVITATE B. MARIÆ VIRGINIS.

Duplex. ii. class. cum Octava.

IN I. VESPERIS.

Ant. Natívitas cum rel. de Laudibus; Psalmi. et alia hic non propria, ut in Festis B. M. V. per annum. 40*.

℣. Natívitas est hódie

Sanctæ Maríæ Vírginis.
℟. Cujus vita inclyta cunctas illústrat Ecclésias.

Ad Magnificat, Antiph. Gloriósæ Vírginis Maríæ ortum dignissimum recolámus, quæ et Genitrícis dignitátem obtínuit, et virginálem pudicítiam non amísit.

Oratio.

Fámulis tuis, quæsumus Dómine, cæléstis grátiæ munus impertíre: ut, quibus beátæ Vírginis partus éxtitit salútis exórdium, Nativitátis ejus votíva solémnitas pacis tríbuat increméntum. Per Dóm.

Ad Completorium, et Horas per totam Oct. in fine Hymnor. dicitur Jesu... Qui natus.

Ad Laud., et per Horas Antiphona.

Natívitas gloriósæ * Vírginis Maríæ ex sémine Abrahæ, ortæ de tribu Juda, clara ex stirpe David.

Ps. Dóminus regnávit, cum rel. 26.

Ant. Natívitas est hódie * sanctæ Maríæ Vírginis, cujus vita inclyta cunctas illústrat Ecclésias.

Ant. Regáli ex progénie * María exórta refúlget: cujus précibus nos adjuvári, mente et spíritu devotíssime póscimus.

Ant. Corde, et ánimo Christo canámus glóriam, in hac sacra solemnitáte præcélsæ Genitrícis Dei Maríæ.

Ant. Cum jucunditáte * Nativitátem beátæ Maríæ celebrémus, ut ipsa pro nobis intercédat ad Dóminum Jesum Christum.

Capit. Ab inítio.

Hymn. O gloriósa Vírginum. 53*.

℣. Natívitas est hódie, ut supra in Vesp.

Ad Benedictus, Antiph. Nativitátem hodiérnam perpétuæ Vírginis Genitrícis Dei Maríæ solémniter celebrémus, qua celsitúdo throni processit, allelúja.

Oratio Fámulis tuis.

Et fit comm. S. Adriani M. Ant. **Qui odit.** ℣. **Justus. 12*.** Or. **Præsta... ut qui 11*.** Ad Primam in ℟. br. ℣. **Qui natus es**, per totam Octavam etiam in Festis.

In ii. Vesperis.

Omnia ut in i. præter Ad Magnificat, Antiph. **Nativitas tua, Dei Génitrix Virgo, gáudium annuntiávit univérso mundo: ex te enim ortus est sol justítiæ, Christus Deus noster: qui solvens maledictiónem, dedit benedictiónem: et confúndens mortem, donávit nobis vitam sempitérnam.**

Orat. **Fámulis tuis.**

Postea comm. B. Seraphinæ, et S. Gorgonii, ut infra.

Si festum SS. Nominis B. M. V. incidat in diem sequentem, vel in diem Octav. Nativ. ejusdem, aut in festum Exalt. S. Crucis, videtur Rubr. pecul. Brev.

DOMINICA

Infra Octav. Nativitatis

SS. NOMINIS B. M. V.

Duplex maj.

Omnia ut in Festis B. M. V. per annum. **40*:** sed in fine Ant. **S. Maria... dicatur... tui sancti Nóminis commemoratiónem.** Oratio.

Concéde, quæsumus omnípotens Deus: ut fidéles tui, qui sub sanctíssimæ Vírginis Maríæ Nómine, et protectióne lætántur; ejus pia intercessióne, a cunctis malis liberéntur in terris, et ad gáudia ætérna perveníre mereantur in cœlis. Per Dóminum.

In utrisque Vesper. et Laud. fit comm. Dom. occurr.

DIE IX. SEPTEMBRIS.

B. SERAPHINÆ SFORTIÆ Viduæ ii. Ord.

Duplex.

Ant. **Símile est.** ℣. **Spécie tua. 33*.**

Oratio.

Deus, qui per beátam Seraphínam exi-

mium nobis patiéntiæ exemplū tribuisti; præsta supplícibus tuis; ut et ipsius instruámur exémplis, et ab ómnibus ejus patrocínio liberémur advérsis. Per Dóminum.

Et fit commem. S.Gorgonii Mart.

Ant. Iste sanctus.

℣. Glória, et honóre. 11*.

Oratio.

Sanctus tuus, Dómine, Gorgónius, sua nos intercessióne lætíficet: et pia fáciat solemnitáte gaudére. Per Dóminum.

In Laud. fit comm. Oct.

Ant. Nativitátem. 644.

℣. Natívitas est hódie.

Or. Fámulis, ut in festo.

Ac S. Gorgonii Mart.

Ant. Qui odit.

℣. Justus ut palma. 12*.

Oratio. Sanctus tuus.

Vesp. a Capit. de seq. cum comm. ut infra.

DIE X. SEPTEMBRIS.

S. NICOLAI DE TOLENTINO Confess.

Duplex.

Orat. Adésto Dómine. de Communi. 26*.

Pro commem. B. Seraphinæ.

Ant. Manum suam.

℣. Diffúsa. 35*.

Oratio, ut supra.

Deinde Octavæ 645.

Ant. Natívitas tua.

℣. Natívitas est hódie.

Oratio. Fámulis tuis.

In Laud. fit comm. Oct.

Ant. Nativitátem. 644.

℣. Natívitas est hódie.

Oratio. Fámulis tuis.

In ii. Vesp. comm. Oct.

Ant. Natívitas tua. 645.

℣. Natívitas est hódie.

Oratio. Fámulis tuis.

Et SS. Proti, et Hyacinthi Mart. Ant. Istórum.

℣. Lætámini. 18*.

Oratio.

Beatórum Mártyrum tuórum Proti, et Hyacínthi nos, Dómine, fóveat pretiósa conféssio: et pia júgiter intercéssio tueátur. Per Dóminum.

DIE XI. SEPTEMBRIS.

Quarta infra Octavam Nativitatis B. M. V.

Semiduplex.

In Laud. fit com. Ss. Mm.

Ant. Vestri capílli.

℣. Exultábunt. 20*.
Oratio. Beatórum Mártyrum, ut supra.
Vesp. de seq. commem. Oct. Nativ. ut infra.

DIE XII. SEPTEMB.

S. ALPHONSI MARIÆ DE LIGORIO Ep. et Confes.

Duplex.

In Hymno. Méruit suprémos.
Ant. Sacérdos, et Pontífex.
℣. Amávit. 22*.

Oratio.

Deus, qui per beátum Alphónsum Maríam Confessórem tuum, atque Pontíficem animárum zelo succénsum Ecclésiam tuam nova prole fœcundásti: quǽsumus; ut ejus salutáribus mónitis edócti, et exémplis roboráti, ad te perveníre felíciter valeámus. Per Dóminum.
Pro commem. Octavæ, Ant. Natívitas tua. 645.
℣. Natívitas est hódie.
Oratio. Fámulis tuis.
In Laudibus fit comm. Octavæ.

Ant. Nativitátem. 644.
℣. Natívitas est hódie.
Oratio. Fámulis tuis.
Vesp. a Capit. de seq. comm. præc. et Octavæ.

DIE XIII. SEPTEMB.

S. VERONICÆ DE JULIANIS Virg. ii. Ord.

Duplex. Oratio.

Dómine Jesu Christe, qui beátam Verónicam Vírginem passiónis tuæ signis mirábilem effecísti: concéde propítius; ut carnem crucifigéntes, ad gáudia ætérna perveníre mereámur: Qui vivis.
Pro commem. S. Alphonsi.
Ant. Amávit eum.
℣. Justum. 24*.
Oratio, ut supra.
Deinde comm. Oct.
Ant. Natívitas tua. 645
℣. Natívitas est hódie.
Oratio. Fámulis tuis.
In Laud. fit comm. Oct.
Ant. Nativitátem. 644.
℣. Natívitas est hódie.
Orat. Fámulis tuis.
Vesp. de seq. cum com. præc. et Oct.

—

DIE XIV. SEPTEMBR.
EXALTATIONIS
S. CRUCIS.
Duplex maj.
IN I. VESPERIS.
Ant. O magnum cum rel. de Laud.; Psal. de Dom. 189. et loco ult., Ps. Laudate Dóminum omnes 195.
Capit. Fratres ut infra
Hymnus Vexílla regis, ut in Sab. ante Domin. Passionis 329 et dicitur:
O Crux, ave, spes única
In hac triúmphi glória.
℣. Hoc signum Crucis erit in cœlo.
℟. Cum Dóminus ad judicándum vénerit.
Ad Magnificat, Antiph. O Crux, splendídior cunctis astris, mundo célebris, homínibus multum amábilis, sánctior univérsis: quæ sola fuisti digna portáre taléntum mundi: dulce lignum, dulces clavos, dúlcia ferens póndera, salva præséntem catérvam in tuis hódie láudibus congregátam.

Oratio.
Deus, qui nos hodiérna die Exaltatiónis sanctæ Crucis ánnua solemnitáte lætíficas: præsta quæsumus; ut cujus mystérium in terra cognóvimus, ejus redemptiónis præmia in cœlo mereámur. Per eúmd.
Pro com. S. Verónicæ. Ant. Veni sponsa.
℣. Diffúsa. 32*.
Orat. Dómine Jesu.
Deinde fit comm. Oct. Ant. Natívitas tua. 645.
℣. Natívitas est hódie.
Orátio. Famulis tuis.
AD MATUTINUM.
Invit. Christum Regem pro nobis in Cruce exaltátum, * Veníte adorémus.
Ps. Veníte. 2.
Hymn. Pange lingua ut in Dom. Pass. 331.
Ad Laudes, et per Horas
Antiphona.
O magnum pietátis opus! * mors mórtua tunc est, in ligno quando mórtua vita fuit.
Ps. Dóminus regnávit, cum reliquis. 26.

Ant. Salva nos,* Christe Salvátor, per virtútem Crucis, qui salvásti Petrum in mari, miserére nobis.

Antiph. Ecce Crucem Dómini, * fúgite partes advérsæ, vicit leo de tribu Juda, radix David, allelúja.

Antiph. Nos autem gloriári opórtet in Cruce Dñi nostri Jesu Christi.

Ant. Per signum Crucis* de inimícis nostris líbera nos Deus noster.

Capit. Philip. 2.5.

Fratres, Hoc enim sentíte in vobis, quod et in Christo Jesu: qui cum in forma Dei esset, non rapínam arbitrátus est esse se æquálem Deo: sed semetípsum exinanívit, formam servi accípiens, in similitúdinē hóminum factus, et hábitu invéntus, ut homo.

Hymn. Lustra sex, ut in Domínica Pass. 332.

℣. Adorámus te Christe, et benedícimus tibi.

℟. Quia per Crucem tuā redemísti mundum.

Ad Benedictus, Antiph. Super ómnia ligna cedrórum tu sola excélsior, in qua vita mundi pepéndit, in qua Christus triumphávit, et mors mortem superávit in ætérnum.

Oratio. Deus, qui nos, ut supra.

Et fit commem. Oct.

Ant. Nativitatem. 644.

℣. Natívitas est hódie.

Orat. Fámulis tuis.

Ad Horas, Antiphonæ de Laudibus, Capit. et ℟℟. brev. ut in die 3. Maji, omissis Allelúja.

In ii. Vesperis omnia ut in primis.

Ad Magnificat, Antiph. O Crux benedícta, quæ sola fuisti digna portáre Regem cælórum et Dóminum, allelúja.

Oratio. Deus, qui nos, ut supra.

Et fit comm. diei Oct. et S. Nicomedis M. ut infra.

DIE XV. SEPTEMBRIS

OCT. NATIVIT. B. M. V.

Duplex.

Ant. Gloriósæ vírginis, ut in i. Vesp. Festi 644.

℣. Natívitas est hódie.
Oratio. Fámulis tuis.
Postea S. Nicomedis Martyris.
Ant. Iste sanctus.
℣ Glória, et honóre. 11*.
Oratio.
Adésto, Dómine, pópulo tuo: ut beáti Nicomèdis Mártyris tui mérita præclára suscípiens; ad impetrándam misericórdiam tuam, semper ejus patrocíniis adjuvétur. Per Dom.
In Laud. fit commem. S. Nicomedis Mart.
Ant. Qui odit.
℣. Justus. 12*.
Orat. Adésto Dómine.
In ii. Vesperis fit com. SS. Cornelii et Cypriani Mm. ut infra. 655.

DOMINICA III, vel IV SEPTEMBRIS.
FESTUM VII. DOLORUM B. MARIÆ VIRGINIS.
Duplex maj.

IN I. VESPERIS.
Ant. Quo ábiit diléctus tuus, cum rel. de Laud., Ps. Dixit Dóminus, cum reliquis ut in Festis B. M. V. per annum 40*.

Capit. Thren. 2. 13.
Cui comparábo te? vel cui assimilábo te, filia Jerúsalem? cui exæquábo te, et consolábor te, virgo filia Sion? magna est velut mare contrítio tua.

Hymnus.
O quot undis lacrymárum,
Quo dolóre vólvitur,
Luctuósa de cruénto
Dum revúlsum stípite,
Cernit ulnis incubántem
Virgo Mater Fílium!
Os suáve, mite pectus,
Et latus dulcíssimum,
Dexterámque vulnerátam,
Et sinístram sáuciam,
Et rubras cruóre plantas
Ægra tingit lácrymis.
Centiésque, milliésque
Stringit arctis néxibus,
Pectus illud, et lacértos,
Illa figit vúlnera;
Sicque tota colliquéscit
In dolóris ósculis.
Eja, Mater, obsecrámus
Per tuas has lácrymas,
Filiíque triste funus,

Vulnerúmque púrpuram,
Hunc tui cordis dolórem
Conde nostris córdibus.
Esto Patri, Filióque,
Et coævo Flámini,
Esto summæ Trinitáti
Sempitérna glória:
Et perénnis laus, honórque
Hoc, et omni sæculo. Amen.
℣. Regína Mártyrum, ora pro nobis.
℟. Quæ juxta Crucem Jesu constitísti.
Ad Magnificat, Antiph. Nolíte me consideráre, quod fusca sim, quia decolorávit me sol; filii matris meæ pugnavérunt contra me.

Oratio.

Deus, in cujus passióne secúndum Simeónis prophetíam, dulcíssimam ánimam gloriósæ Vírginis, et Matris Maríæ, dolóris gládius pertransívit: concéde propítius; ut qui Dolóres ejus venerándo recólimus, passiónis tuæ efféctum felícem consequámur: Qui vivis, et regnas.
Et fit comm. Dominicæ.
In fine Hymnor. Jesu... Qui passus es pro sérvulis.

AD MATUTINUM.

Invitator. Stemus juxta Crucem cum María matre Jesu, * Cujus ánimă dolóris gládius pertransívit. Ps. Veníte. 2.

Hymnus.

Jam toto súbitus vesper eat polo,
Et sol attónitum præcipitet diem,
Dum sævæ récolo ludíbrium necis,
Divinámque catastróphen.
Spectátrix áderas supplício Parens;
Malis uda, gerens cor adamántinum,
Natus funérea péndulus in Cruce
Altos cum gémitus dabat.
Pendens ante óculos Natus, atrócibus
Sectus verbéribus: Natus hiántibus

Fossus vulnéribus; quot
penetrántibus
Te cónficit acúleis!
Heu! sputa, álapæ, vérbera, vúlnera,
Clavi, fel, áloe, spóngia, láncea,
Sitis, spina, cruor, quam
vária pium
Cor pressére tyránnide!
Cunctis intérea stat generósior
Virgo Martyribus: prodígio novo,
In tantis móriens non
móreris Parens
Diris fixa dolóribus.
Sit summæ Triádi glória, laus, honor:
A qua suppliciter solícita prece,
Posco virgínei róboris
æmulas
Vires rebus in ásperis.
Amen.

In i. Nocturno.

Antiphon. Multiplicáti sunt qui tríbulant me, multi insúrgunt advérsum me.

Ps. Dómine, quid multiplicáti sunt. 6.

Ant. Paravérunt sagíttas suas in pháretra, ut sagíttent in obscúro rectos corde.

Psalm. In Dómino confido. 11.

Ant. Defécit in dolóre vita mea, et anni mei in gemítibus.

Psalm. In te Dómine... libera me. 73.

℣. Regína Mártyrum, ora pro nobis.

℟. Quæ juxta Crucem Jesu constitísti.

In ii. Nocturno.

Ant. Factum est cor meum tamquam cera liquéscens in médio ventris mei.

Psalm. Deus Deus meus réspice. 48.

Ant. Deus, vitam meam annuntiávi tibi: posuísti lácrymas meas in conspéctu tuo.

Psalm. Miserére mei Deus, quóniam conculcávit me homo. 111.

Antiph. Fuérunt mihi lácrymæ meæ panes die ac nocte.

Psalm. Quemádmodum desíderat. 96.

℣. Fascículus myrrhæ diléctus meus mihi.

℟. Inter úbera mea commorábitur.

In iii. Nocturno.

Ant. Intendérunt arcū rem amáram, ut sagittent in occultis immaculátum.

Psalm. Exáudi Deus orationem meam. 116.

Ant. Anima mea turbáta est valde, sed tu Dómine úsquequo?

Ps. Dómine ne in furóre. 6.

Ant. Deus adjútor in tribulatiónibus, quæ invenérunt nos nimis.

Psalm. Deus noster refúgium. 99.

℣. Per te salútem hauriámus virgo María.

℟. Ex vulnéribus Christi.

Ad Laudes, et per Horas

Antiphona.

Quo ábiit diléctus tuus,* o pulchérrima mulíerum? quod declinávit diléctus tuus? et quærémus eum tecum.

Ps. Dóminus regnávit, cum reliquis 26.

Ant. Recédite a me,* amáre flebo, nolíte incúmbere, ut consolémini me.

Ant. Non est ei spécies,* neque decor, et vídimus eum, et non erat aspéctus.

Antiph. A planta pedis usque ad vérticem cápitis non est in eo sánitas.

Ant. Fulcíte me flóribus,* stipáte me malis, quia amóre lángueo.

Capit. Cui comparábo ut supra in Vesperis.

Hymnus.

Summæ Deus cleméntiæ,
Septem dolóres Vírginis,
Plagásque Jesu Fílii
Fac rite nos revólvere:
Nobis salútem cónferant
Deíparæ tot lácrymæ,
Quibus laváre súfficis
Totíus orbis crímina.
Sit quinque Jesu vúlnerum
Amára contemplátio,
Sint et dolóres Vírginis
Ætérna cunctis gáudia.

Ant. Vestri capilli. ℣. Exultábunt. 20.
Vesper. de sequent. sine comm, præc.

DIE XVII. SEPTEMB.

IMPRESSIONIS SACRORUM STIGMATUM in Corpore S. P. N. Francisci.

Duplex. ii. class.

IN I. VESPERIS.

Ant. Crucis vox, cum reliquis de Laudibus.
Ps. Dixit Dóminus, cum reliquis de Dominica 189. et loco ultimi Ps. Laudáte Dominum omnes. 195.

Capit. Galat. 6. 14.

Fratres: Mihi autem absit gloriári, nisi in Cruce Dómini nostri Jesu Christi: per quē mihi mundus crucifixus est, et ego mundo.

Hymnus.

Crucis Christi mons Alvérnæ
Recénset mystéria:
Ubi salútis ætérnæ
Dantur privilégia,
Dum Franciscus dat lucérnæ
Crucis suæ stúdia.

Hoc in monte Vir devótus,
Specu solitária,
Páuper, a mundo semótus,
Condénsat jejúnia:
Vigil, nudus, ardens totus,
Crebra dat suspíria.

Solus ergo cláusus orans
Mente sursum ágitur,
Super gestis Crucis plorans
Mœróre conficitur:
Crucisque fructum implórans
Animo resólvitur.

Ad quem venit Rex e cœlo
Amíctu Seráphico;
Sex alárum tectus velo,
Aspéctu pacífico:
Affixúsque crucis telo,
Porténto mirífico.

Cernit servus Redemptórem,
Passum impassíbilem,
Lumen Patris, et splendórem
Tam pium, tam húmilem:
Verbórum audit tenórē,
Viro non effábilem.

Vertex montis inflammátur,
Vicínis cernéntibus:
Cor Francísci transformátur
Amóris ardóribus:
Corpus vero mox ornátur
Mirándis Stigmátibus.
Collaudétur Crucifíxus,
Tollens mundi scélera,
Quem láudat Concrucifíxus,
Crucis ferens vúlnera,
Franciscus prorsus innixus
Super mundi fœdera.
Amen.

℣. Signásti, Dómine, servum tuum Franciscum.

℟. Signis redemptiónis nostræ.

Ad Magníficat, Antiph. Cœlórum candor spléndduit, novum sidus emícuit: sacer Franciscus cláruit, cui Seraph appáruit, obsígnans eum vúlnere in volis, plantis, látere: dum formam Crucis gérere vult corde, ore, ópere.

—

Oratio.

Dómine Jesu Christe, qui frigescénte mundo, ad inflammándum corda nostra tui amóris igne, in carne beatíssimi Patris nostri Francísci Passiónis tuæ sacra Stígmata renovásti: concéde propítius; ut ejus méritis et précibus crucem júgiter ferámus, et dignos fructus pœniténtiæ faciámus: Qui vivis.

AD MATUTINUM.

Invit. Regi, quæ fecit ópera Christo confiteántur: * Cujus in sancto vúlnera Franciscо renovántur.

Hymnus.

Crucis arma fulgéntia
Vidit Franciscus dórmiens
Christum dicéntem áudiens:
Tua erunt hæc ómnia.
Crucis vis, et refúgium
Hæc crucis arma præbuit,
Quibus Franciscum índuit
Advérsus adversárium.

Crucis sacráta léctio
Francíscum ter admónuit,
Dum ter librum apéruit,
Pro virtútis indício.
Crucis Christi devótio
Francísci traxit stúdia,
Cúnctaque cordis gáudia
Cum omni desidério.
Crucis ut ad supplícia
Christum Franciscus pósitum,
Videt, et áudit mónitũ:
Hæc séquere vestígia.
Crucis hærens vestígiis,
Crucis fructum conséquitur,
Quo corde, carne púngitur,
Et signátur indíciis.
Crucis virtus et grátia
Nos consígnet in fróntibus,
In membris, et in sénsibus,
Pro perénni custódia.
Amen.

Ad Laudes, et per Horas Antiphona.

Crucis vox * hunc allóquitur, ter dicens: Tu te præpara, vade, Francísce, répara domum meam, quæ lábitur.

Ps. Dóminus regnávit, cum reliq. 26.

Ant. Crucis verbum * propónitur Frátribus per Antónium: et Francíscus ad óstium in crucis modum cérnitur.

Ant. Crucis arbor exímia, * per os Francísci súrgere appárens, cogit fúgere dracónem, et dæmónia.

Ant. Crucis signum Tau líttera fronti Francísci scríbitur: quæ várie distínguitur miránda lucis ópera.

Ant. Crucis magnũ mystérium * super Francísco cláruit: dum signátus appáruit Cruce duórum énsium.

Cap. Fratres: Mihi autẽ.

Hymnus. Pláude turba, ut in Laudibus dieĩ festi. 681.

℣. Signásti, Dómine, ut supra in Vesperis.

Ad Benedic. Ant. O martyr desidério, Francísce. 682.

Oratio. Dómine Jesu.
Ad Horas, Antiphonæ de Laud. Capit. et ℟℟. brevia ut 4. Octob 681.
In ii. Vesp. omnia ut in i. præter seq.
Hym. Decus morū, dux Minorum. 683.
℣. Signásti, ut supra.
Ad Magnificat, Antiph. Crucis appáret hóstia tensis in Cruce bráchiis sex alis tecta váriis cum vultus elegántia: quæ Francísci cor áttrahit, áugens ei charísmata, súaque sacra Stígmata in ejus carnē prótrahit.
Oratio, ut supra.
Deinde fit comm. seq. ut infra.

DIE XVIII. SEPTEMB.
S. JOSEPH A CUPERTINO Conf. Ord. Min. Conv.
Duplex.

Ant. Mórtuus sum, et vita mea est abscóndita cum Christo in Deo.
℣. Amávit.
Oratio.
Deus, qui ad Unigénitum Filium tuum exaltátum a terra ómnia tráhere disposuísti: pérfice propítius; ut méritis et exémplo seráphici Confessóris tui Joséphi supra terrénas omnes cupiditátes eleváti, ad eum perveníre mereámur: Qui tecum vivit et regnat.
In Laudibus, ad Benedictus.
Antiph. Osténdit mihi Dóminus flúvium aquæ vivæ, spléndidum tamquam crystállum, procedéntem de sede Dei, et Agni.
℣. Justum.
Pro ii. Vesp. ad Magnif. Ant Exístimo ómnia detriméntum esse propter eminéntem sciéntiā Jesu Christi Dómini mei.
℣. Justum dedúxit.
Oratio, ut supra.
Vesp. de seq. sine alia commem.

DIE XIX. SEPTEMB.
S. JANUARII Episc. et Mart. precipui Patroni Civ. et Regni Neapolit.
Duplex i. classis.

In i. Vesp. ad Magnif. Ant. Beátus Januárius, Præsul et Martyr incly-

tus, extínxit ímpetum ignis, obturávit ora ferárum, et in occisióne gládii pro Christo mortuus, legítimi certáminis corónam accépit.

Oratio.

Deus, qui per beáti Januárii Mártyris tui, atque Pontíficis confessiónem, et Sánguinem admirábili testimónio, ac triúmpho Ecclésiæ tuæ fidem illustráre dignátus es: quæsumus, ut ejúsdem nos fídei consórtio, et patrocínio munítos, triúmphi etiam, et glóriæ partícipes effícias. Per Dóminum.

Ad Benedictus.

Ant. Igne me, Dómine, examinásti, et non est invénta in me iníquitas: propter hoc lætátum est cor meum, et exultávit lingua mea.

In ii. Vesp. ad Magnif. Antiph. Liberásti me Dómine, a rugiéntibus præparátis ad escam, et a pressúra flammæ, quæ circúmdedit me, et in médio ignis non sum æstuátus.

In ii. Vesp. commem. sequent. tantum.

DIE XX. SEPTEMB.

SS. EUSTACHII, et SOCIORUM Martyrum.

Duplex.

Ant. Istórum est.

℣. Lætámini. 18*.

Oratio. Deus, qui nos concédis. 19*.

In Laud. fit com. Vigil. Ant. et ℣. de Feria occur. ut ante Psalt. pag. ¶¶

Oratio.

Da, quæsumus omnípotens Deus: ut beáti Matthæi Apóstoli tui, et Evangelístæ, quã prævenimus, veneránda solémnitas, et devotiónem nobis áugeat, et salútem. Per Dóm.

Vesp. de seq. cum com. præced.

DIE XXI. SEPTEMB.

S. MATTHÆI Apost. et Evangelistæ.

Duplex ii. class.

Oratio.

Beáti Apóstoli et Evangelistæ Matthæi, Dómine, précibus adju-

vémur: ut quod possibílitas nostra non óbtinet, ejus nobis intercessióne donétur. Per Dóminum.

Et fit comm. SS. Eustachii, et Soc. Martyrum. Ant. **Gáudent in cœlis.**

℣. **Exultábunt. 21*.**

Oratio. **Deus, qui nos concédis. 19*.**

In ii. Vesp. commemorationes ut infra.

DIE XXII. SEPTEMB.

S. THOMÆ A VILLANOVA Episc. et Confess.

Duplex.

Ad Matut. et etiam in Vesp. in Hymno **Méruit suprémos.**

In utrisque Vesperis. Ad Magnificat, Antiph. **Dispérsit, dedit paupéribus: justítia ejus manet in sæculum sæculi.**

℣. **Amávit eum.**

Oratio.

Deus, qui beátum Thomam Pontíficem, insignis in paúperes misericórdiæ virtúte decorásti: quæsumus; ut ejus intercessióne, in omnes, qui te deprecántur, divítias misericórdiæ tuæ benígnus effúndas. Per Dñum.

Et fit comm. SS. Mauritii, et Soc. Mart.

Ant. **Istórum est enim.**

℣. **Lætámini. 18*.**

Oratio.

Annue, quæsumus, omnípotens Deus: ut sanctórum Mártyrũ tuórum Mauritii, et Sociórum ejus, nos lætíficet festiva solémnitas; ut, quórum suffrágiis nítimur, eórum natalítiis gloriémur. Per Dóminum.

In Laudibus ad Bened. Ant. **Elemósynas illíus enarrábit omnis Ecclésia sanctórum.**

Pro comm. SS. Mauritii etc. Ant. **Vestri capílli.**

℣. **Exultábunt. 20*.**

Oratio. **Annue, quæsumus,** ut supra.

Vesp. a Capit. de seq. commemorat. præced. et S. Teclæ Virginis et Martyris.

—

DIE XXIII. SEPTEMB.
INVENTIONIS CORPORIS S. CLARÆ Virg. Omnium Clarissarum Institutricis.
Duplex.
IN I. VESPERIS.
(Si integræ dicendæ)
Antiphona.

Ecce candelábrū áureum totum, et lampas ejus super caput ipsíus.
Psalm. Dixit Dóminus cum rel. ut in Festis B. M. V. per annum. 40*.
Antiph. Relíquit civitátem, et habitávit in petra, quasi colúmba nidíficans in summo ore foráminis.
Ant. Accínxit se cilício, et conspérsa est cínere, luctum unigéniti fecit sibi.
Antiph. Dedit ei pennas sicut colúmbæ, et volávit, et requiévit, et mansit in solitúdine.
Antiph. Luce spléndida fulgébis, et omnes fines terræ laudábunt te, natiónes ex longínquo ad te vénient.

Capit. Cant. 2. 10.
En diléctus meus lóquitur mihi: Surge, própera, amica mea, colúmba mea, formósa mea, et veni: jam enim hyems tránsiit, imber ábiit, et recéssit.
Hymnus.

Magni Paréntis filiæ
Redit triúmphus Vírginis,
Læti Minóres gáudium
Sistris et hymnis éxprimant.
Tu, Virgo, láudes áccipe,
Et corda nostra illúmina,
Quæ clara mundo násceris,
Ut luce mundum ré- pleas.
Ipso patérno in límine,
Primis ab annis áureo
Virtútis almæ lúmine
Fulges opáco sæculo.
Manus egénis próvida
Exténdis, ac per núntios
Ipsis frequens cibária
Tibi negáta pórrigis.

Fame et flagéllis ásperis
Tenélla membra cónteris,
Devóta noctis íntegras
Insómnis horas pértrahis.
Ætérna Patri lúminum
Sit Luminíque Fílio
Laus,ac poténtiFlámini
Nunc et per omne sæculum. Amen.

℣. Ora pro nobis beáta Clara.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Ad Magníficat, Antiph.
Sponsábo te mihi in sempitérnum, et sponsábo te in misericórdia, et in miseratiónibus, et sponsábo te mihi in fide.

Oratio.

Deus, qui splendóre virtútum beátam Claram innúmeris virgínibus prælucére voluísti: ejus méritis et intercessióne concéde; ut hic in luce semper ambulémus, et in cœlésti regno perpétua vultus tui hilaritáte pérfrui mereámur. Per Dóminum.

Et fit comm. S. Thomæ Episc.

Ant. Dispérsit, ut in i. Vesperis. ℣. Justum. Oratio, ut supra.

Postea S. Theclæ Virg. et Mart.

Ant. Veni sponsa. ℣. Spécie tua. 29*.

Oratio.

Da quæsumus, omnípotens Deus, ut qui beátæ Theclæ Vírginis, et Mártyris tuæ natalítia cólimus, et ánnua solemnitáte lætémur, et tantæ fidei proficiámus exémplo. Per Dóminum.

AD MATUTINUM.

Invit. Christum Jesum coronántem Sponsam.* Veníte, adorémus.
Psalm. Veníte. 2.

Hymnus.

O sponsa Christi amábilis,
Quæ voce Sponsi pércita,
Lares patérnos déseris,
Et vana mundi gáudia.
Dum namque Pater ínclytus
Iter salútis índicat,

Libénter istud árripis
Et venis inde férvida.
Ipso magistro impávida,
Ornáta zonis aureis,
Accédis inter vírgines
Ad sacra Matris límina.
Hic mutuáti sárcinam
Cultus moléstam détrahis,
Et fune cingis híspidum
Amóre Christi sácculum.
En filiárum dúlcia
Matrem sequúntur ágmina,
Sponsóque plenas géstiunt
Afférre tecum lámpades.
Ætérna Patri lúminum
Sit Luminíque Fílio
Laus, ac poténti Flámini
Nunc et per omne sæculum. Amen.

Ad Laudes, et per Hor.

Antiphona.

Aquila grandis, * plena plumis et varietáte, venit ad Líbanum, et tulit medúllam cedri.

Ps. Dóminus regnavit, cum reliquis, 26.

Ant. Non sperávit * in incérto divitiárum, sed in Deo vivo: thesaurizávit sibi fundaméntum bonum, ut apprehénderet vitam ætérnam.

Antiph. Erúmpet quasi mane * lumen tuum, et anteíbit faciem tuam justítia tua, et glória Dómini cólliget te.

Antiph. In generatióné sua glóriam adépta est, et in diébus suis habétur in láudibus.

Ant. Veni de Líbano, * sponsa mea, veni de Líbano, veni, coronáberis.

Capitul. En diléctus meus, ut in Vesper.

Hymnus.

Salve, Minórū glória,
Quæ clara vita et nómine,
Splendóre ducis vírginum
Choros ad Agni núptias.
Tu pane pascis único
Turbam sorórum páuperum;
Ináne prorsus íllico
Reples liquóre vásculum.

Tactu crucis tu prístinam
Reddis salútem lánguidis,
Ejúsque signo a córpore
Fugas poténter dæmónes.
Láudis coróna illústrior
Conscéndis alta siderũ,
Tibique eúnti cœlites
Plàudunt ovantes cántico.
Quæ corde sponsum déprecans
Claustro fugásti bárbaros,
Beáta nos ab hóstibus,
Et a gehénna líbera.
Ætérni Patri lúminum
Sit Luminíque Fílio
Laus, ac poténti Flámini
Nunc et per omne sæculum. Amen.
℣. Ora pro nobis etc.
Ad Benedictus, Antiph. Dedit ei corónam pro cínere, óleum gáudii pro luctu, et pállium láudis pro spíritu mœróris.
Oratio, ut supra.
Et fit comm. S. Theclæ.
Ant. Símile est.
℣. Diffúsa. 31*.
Oratio. Da, quæsumus.

Ad Tertiam.

Ant. Non sperávit.
Capit. En diléctus.
℟. br. Afferéntur regi * Vírgines post eam. Afferéntur.
℣. Próximæ ejus afferéntur tibi. Vírgines. Glória Patri. Afferéntur.
℣. Veni elécta mea, et ponam in te thronum meum.
℟. Quia concupívit rex spéciem tuam.

Ad Sextam.

Antiph. Erumpet quasi mane.
Capit. Cant. 2. 12.
Flores apparuérunt in terra nostra, tempus putatiónis advénit, vox túrturis audíta est in terra nostra. Surge, amíca mea, speciósa mea, et veni.
℟. br. Veni, elécta mea, * Et ponam in te thronũ meum. Veni.
℣. Quia concupívit rex spéciem tuã. Et ponam. Glória Patri. Veni.
℣. O quam pulchra est

casta generátio cum claritáte.
℟. Immortális est enim memória illíus.

Ad Nonam.

Ant. Veni de Líbano.
Capit. Cant. 2. 14.

Colúmba mea in foramínibus petræ, in cavérna macériæ, osténde mihi fáciem tuam, sonet vox tua in áuribus meis: vox enim tua dulcis, et fácies tua decóra.

℟. br. O quam pulchra est * Casta generátio cum claritáte. O quam.
℣. Immortális est enim memória illíus. Casta. Glória Patri. O quam.
℣. Veni sponsa Christi áccipe corónam.
℟. Quam tibi Dóminus præparávit in ætérnū.

In ii. Vesperis (si integræ dicendæ) Antiph. Capitul. et Hymnus de Laud., Psal. ut in i. Vesp. Ant., ad Magnif. **Risum convértit,** ut infra, alioquin. Vesper. de seq. comm. præced. ut infra.

DIE XXIV. SEPTEMB.

S. PACIFICI A S. SEVERINO Confessoris i. Ordin.

Dupl. ii. classis.

In utrisque Vesperis et Laudib. ℣. Ora pro nobis, beáte Pacífice.
℣. Ut digni etc.

Oratio.

Largítor ómnium bonórum Deus, qui beátum Pacíficum Confessórem tuum exímiæ patiéntiæ virtúte, et solitúdinis amore decorásti: ejus nobis intercessióne concéde; ut per éadem vestígia gradiéntes, éadem assequámur, et præmia. Per Dominum.

Deinde fit comm. Invent. Corporis S. Claræ.

Ant. Risum convértit in luctum, et gáudium in mœrorem; humiliávit se in conspéctu Dómini, et exaltávit illam.
℣. Diffúsa.

Oratio, ut supra.

In ii. Vesp. fit comm. sequentis.

—

DIE XXV. SEPTEMB.
B. MARIÆ VIRGINIS DE MERCEDE.
Duplex maj.
Omnia ut in Festis B. M. V. per annum 40*.
Oratio.

Deus, qui per gloriosíssimam Filii tui Matrem ad liberándos Christifidéles a potestáte Paganórum nova Ecclésiam tuam prole amplificàre dignátus es: præsta quæsumus; ut quam pie venerámur tanti óperis Institutrícem, ejus páriter méritis et intercessióne, a peccátis ómnibus, et captivitáte dæmonis liberémur. Per eúmdẽ Dóminum.

In ii.Vesp. com. ut inf.

DIE XXVI. SEPTEMB.
B.LUCIÆ A CALATAJERONE Virg. iii. Ord.
Duplex.
Ant. Veni sponsa.
℣. Spécie tua. 29*.
Oratio.

Concéde, quæsumus omnípotens Deus, intercedénte beáta Lucía Virgine tua: ut, ejus exémplo et imitatióne, tibi casto córpore servíre, et mundo corde placére studeámus. Per Dóminum.

Pro commem. SS. Cypriani et Justinæ Martyrum.
Ant. Istórum.
℣. Lætámini. 18*.
Oratio.

Beatórum Mártyrum Cypriáni, et Justínæ nos, Dómine, fóveant continuáta præsídia: quia non désinis propítius intuéri, quos tálibus auxíliis concésseris adjuvári. Per Dom.

In Laud. fit comm. SS. Martyrum.
Ant. Vestri capílli.
℣. Exultábunt. 20*.
Oratio, ut supra.
Vesp. de seq. com. præc.

DIE XXVII. SEPTEMB.
S. ELZEARII Conf. iii. Ordinis.
Duplex maj. Oratio.

Deus, qui beátum Elzeárium Confessórem tuum, inter cétera virtútum insígnia,

virgináli pudicítia in conjúgio decorásti: concéde propítius; ut, cujus sacra solémnia celébriter venerámur in terris, ejus beáta consórtia felíciter consequámur in cœlis. Per Dóminum.

Et fit comm. B. Luciæ.
Ant. Veni sponsa.
℣. Diffúsa. 32*.
Oratio, ut supra.
In ii. Vesp. fit comm. sequent.

DIE XXVIII. SEPTEMB.

B. BERNARDINI DE FELTRIA Conf. i. Ord.

Duplex.

Ant. Simílábo eum.
℣. Amávit. 26*.

Oratio.

Deus, qui ad fidéles pópulos e vitiórum cœno liberándos, beátū Bernardínum Apostólico zelo inflammáre dignátus es: præsta quæsumus; ut ejus intercessióne a peccátis ómnibus, et perículis expedíti ad cœléstē patriam perducámur. Per Dóminum.

Vesperæ de seq. comm. præced.

DIE XXIX. SEPTEMB.

DEDICATIONIS S. MICHAELIS ARCHAN.

Duplex ii. classis.

IN I. VESPERIS.

Antiph. Stetit Angelus, cum reliquis de Laud.
Psalm. Dixit Dóminus, cum reliquis de Domínica 189. et loco ultimi, Psalm. Laudáte Dóminum omnes. 195.

Capit. Ap. 1. 1.

Significávit Deus, quæ opórtet fieri cito, loquens per Angelum suum servo suo Joánni, qui testimónium perhíbuit verbo Dei, et testimónium Jesu Christi, quæcúmque vidit.

Hymnus.

Te splendor et virtus Patris,
Te vita, Jesu, córdium,
Ab ore qui pendent tuo,
Laudámus inter Angelos.
Tibi mille densa míllium
Ducum coróna mílitat;

Sed éxplicat Victor crucem,
Míchael salútis sígnifer.
Dracónis hic dirum caput,
In ima pellit tártara,
Ducémque cum rebéllibus
Cœlésti ab arce fúlminat.
Contra ducem supérbiæ
Sequámur hunc nos Príncipem,
Ut detur ex Agni throno
Nobis coróna glóriæ.
Patri, simúlque Fílio,
Tibíque, Sancte Spíritus,
Sicut fuit, sit júgiter
Sæclum per omne glória. Amen.

℣. Stetit Angelus juxta aram templi.
℟. Habens thuríbulum áureum in manu sua.

Ad Magníficat, Antiph. Dum sacrum mystériū cérneret Joánnes, Archángelus Míchael tuba cécinit: Ignósce, Dómine Deus noster, qui áperis librum, et solvis signácula ejus, allelúja.

Oratio.

Deus, qui miro órdine, Angelórum ministéria, hominúmque dispénsas: concéde propítius; ut a quibus tibi ministrántibus in cœlo semper assístitur, ab his in terra vita nostra muniátur. Per Dom.

Et fit commem. B. Bernardini. Ant. Hic vir. ℣. Justum. 28*.

Oratio, ut supra.

AD MATUTINUM.

Inv. Regem Archangelórum Dñm* Venite adorémus. Psal. Venite. 2.

Hymnus. Te splendor.

In i. Nocturno.

Psalm. Dómine Dóminus noster. 8.
Ps. In Dño confido. 11.
Psalm. Dómine quis habitábit. 14.

In ii Nocturno.

Psal. Cœli enárrant. 21.
Ps. Dómini est terra. 45.
Psalm. Benedicam. 77.

In iii. Nocturno.

Psal. Cantáte Dómino... cantáte. 158.
Psalm. Dóminus regnávit exúltet. 159.

Psalm. Bénedic .... et ómnia. 169.

Ad Laudes, et per Horas Antiphona.

Stetit Angelus * juxta aram templi, habens thuríbulũ áureum in manu sua.

Psal. Dñs regnávit, cum reliquis. 26.

Ant. Dum præliarétur* Michael Archángelus cum dracóne, audita est vox dicéntium: Salus Deo nostro, allelúja.

Ant. Archángele Míchael,* constitui te Príncipem super omnes ánimas suscipiéndas.

Antiph. Angeli Dómini, Dóminum benedicite in ætérnum.

Ant. Angeli, Archángeli,* Throni, et Dominationes, Principátus, et Potestátes, virtútes cœlórum, laudáte Dóminum de cœlis, allel.

Cap. Significávit Deus.

Hymnus.

Christe, sanctórum decus Angelórum,
Gentis humánæ Sator et Redémptor,
Cœlitum nobis tríbuas beátas
Scándere sedes.

Angelus pacis Míchael in ædes
Cœlitus nostras véniat; serénæ
Auctor ut pacis lacrymósa in orcum
Bella reléget.

Angelus fortis Gábriel, ut hostes
Pellat antíquos, et amíca cœlo,
Quæ triumphátor státuit per orbem,
Templa revísat.

Angelus nostræ médicus salútis
Adsit e cœlo Ráphael, ut omnes
Sanet ægrótos, dubiósque vitæ
Dírigat actus.

Virgo Dux pacis, Genitríxque lucis,
Et sacer nobis chorus Angelórum
Semper assistat, simul et micántis
Régia cœli.

Præstet hoc nobis Déitas beáta

Patris, ac Nati, pariterque sancti
Spíritus, cujus résonat per omnem
Glória mundum.
Amen.
℣. Stetit Angelus.
Ad Benedictus, Antiph. Factum est siléntium in cœlo, dum draco commítteret bellum: et Míchael pugnávit cum eo, et fecit victóriam, all.
Orat. Deus, qui miro.

Ad Tertiam.

Ant. Dum præliarétur.
Capit. Significávit.
℟. br. Stetit Angelus, * Juxta arã templi. Stetit. ℣. Habens thuríbulum áureum in manu sua. Juxta.
Glória Patri. Stetit.
℣. Ascéndit fumus arómatum in conspéctu Dómini.
℟. De manu Angeli.

Ad Sextam.

Ant. Archángele Míchael.
Capit. Apoc. 5. 11.
Audívi vocem Angelórum multórum in circúitu throni, et animálium, et seniórum: et erat númerus eórum míllia míllium, voce magna dicéntium: Salus Deo nostro.
℟. br. Ascéndit fumus arómatum, * In conspectu Dómini. Ascendit. ℣. De manu Angeli. In conspéctu.
Glória Patri. Ascéndit.
℣. In conspéctu Angelórum psallam tibi, Deus meus.
℟. Adorábo ad templũ sanctum tuum, et confitébor nómini tuo.

Ad Nonam.

Ant. Angeli, Archángeli.
Capit. Apoc. 12. 7.
Factum est prælium magnum in cœlo: Michael, et Angeli ejus præliabántur cum dracóne: et draco pugnábat, et ángeli ejus: et non prævaluérunt, neque locus invéntus est eórum ámplius in cœlo.
℟. br. In conspéctu Angelórum, * Psallam tibi, Deus meus. In conspéctu.

℣. Adorábo ad templũ sanctum tuum, et confitébor nómini tuo. Psallam tibi. Glória. In conspéctu.
℣. Adoráte Deum.
℟. Omnes Angeli ejus.
In ii. Vesperis Antiph. **Stetit Angelus,** cum reliquis de Laud. ut sup. Psalm. **Dixit Dóminus,** cum rel. de Dominica, **189.** et loco ultimi, Ps. **Confitébor .... quoniam audísti. 209.**
Cap. **Significávit Deus.** Hymnus. **Te splendor.**
℣. **In conspéctu Angelórum psallam tibi, Deus meus.**
℟. **Adorábo ad templũ sanctum tuum, et confitébor nómini tuo.**
Ad Magnificat, Antiph. **Princeps gloriosíssime, Michael Archángele, esto memor nostri: hic et ubíque semper precáre pro nobis Fílium Dei, allelúja, allelúja.**
Oratio. **Deus, qui miro órdine,** ut supra.
Deinde fit comm. sequentis.

DIE XXX. SEPTEMB.
S. HIERONYMI PRESB.
Conf. et Eccl. Doct.
Duplex.
In utrisque Vesperis ad Magnif. Ant. **O Doctor... beáte Hierónyme. 25*.**
℣. **Amávit.**

Oratio.

Deus, qui Ecclésiæ tuæ in exponéndis sacris Scriptúris beátum Hierónymum Confessórem tuum, Doctórem máximum providére dignátus es: præsta quæsumus; ut ejus suffragántibus méritis, quod ore simul et ópere dócuit, te adjuvánte, exercére valeámus. Per Dóminum.
Vesp. a Capit. de B. Ludovica commem. præc. ac S. Remigii ut infra.

FESTA OCTOBR.
Prima die non impedita dicitur Offic. Defunct.

DOMINICA PRIMA.
SOLEMNITAS
SS. ROSARII B. M. V.
Duplex maj.
Omnia ut in Festis B. M. V. per annum. **40*.**

In fine Ant. Sancta Maria ... dicatur ... tuam sanctam Solemnitátem.

Oratio.

Deus, cujus Unigénitus per vitam, mortem, et resurrectiónem suam, nobis salútis ætérnæ præmia comparávit: concéde quæsumus; ut hæc mystéria sanctíssimo beátæ Mariæ Vírginis Rosário recoléntes, et imitémur quod cóntinent, et quod promíttunt assequámur. Per eúmdem.

Et fit commem. Domin. occur. in utrisque Vesp. et Laudibus.

DIE I. OCTOBRIS.

B. LUDOVICÆ A SABAUDIA Viduæ ii. Ord.

Duplex. Oratio.

Deus, qui in beáta Ludovíca per omnes vitæ sémitas tradúcta, singuláre virtútis exémplum proposuísti: concéde; ut in via, qua nos vocásti, ejúsdem vestígia sequámur, et cum ipsa ad te perveníre mereámur. Per Dom.

Pro comm. S. Hieronymi. Ant. O Doctor. 25*. ℣. Justum. 24*. Oratio, ut supra.

Deinde fit commem. S. Remigii Episc. et Co. Ant. Sacérdos. ℣. Amávit eum. Or. Da, quæsumus. 22*.

In Laud. fit commem. S. Remigii. Ant. Euge. ℣. Justum. 23*. Oratio. Da, quæsumus.

Vesperæ de seq. comm. præced.

DIE II. OCTOBRIS.

SANCTOR. ANGELORUM CUSTODUM.

Duplex.

IN I. VESPERIS.

Ant. Angelis suis, cum rel. de Laud., Psal. Dixit Dóminus, cum aliis de Dom. 189. et loco ult., Psal. Laudáte Dóminum omnes. 195.

Capit. Exod. 23. 20.

Ecce ego mittam Angelum meum, qui præcédat te, et custódiat in via, et introdúcat in locum, quem parávi. Obsérva eum, et áudi vocem ejus.

Hymnus.

Custódes hóminum psállimus Angelos,
Natúræ frágili quos Pater áddidit
Cœléstis cómites, insidiántibus
Ne succúmberet hóstibus.

Nam quod corrúerit próditor ángelus,
Concéssis mérito pulsus honóribus,
Ardens invídia, péllere nítitur
Quos cœlo Deus ádvocat.

Huc Custos ígitur pérvigil ádvola,
Avértens pátria de tibi crédita
Tam morbos ánimi, quam requiéscere
Quidquid non sinit íncolas.

Sanctæ sit Tríadi laus pia júgiter,
Cujus perpétuo númine máchina
Triplex hæc régitur, cujus in ómnia
Regnat glória sæcula. Amen.

℣. In conspéctu Angelórum psallam tibi, Deus meus.

℞. Adorábo ad templū sanctum tuum, et confitébor nómini tuo.

Ad Magnificat, Antiph. Omnes sunt administratórii spíritus in ministérium missi propter eos, qui hæreditátem cápiunt salútis.

Oratio.

Deus, qui ineffábili providéntia sanctos Angelos tuos ad nostram custódiā míttere dignáris: largíre supplícibus tuis, et eórum semper protectióne deféndi, et ætérna societáte gaudére. Per Dóminum.

Pro commem. B. Ludovicæ.

Ant. Manum suam.

℣. Diffúsa. 35*.

Oratio, ut supra.

AD MATUTINUM.

Invit. Regem Angelórum Dóminum, * Veníte adorémus.

Psalm. Veníte. 2.

Hymn. Custódes hóminum, ut supra.

Psalmi ut in Dedicatione S. Michaelis Archangeli die XXIX. Septembris. 669.

Ad Laudes, et per Hor.

Antiphona.

Angelis suis * Deus mandávit de te, ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Ps. Dóminus regnávit, cum reliq. 26.

Ant. Laudémus Dóminum * quem láudant Angeli, quem Chérubim et Séraphim, Sanctus, Sanctus, Sanctus, proclámant.

Ant. Angeli eórum * semper vident fáciem Patris mei, qui est in cœlis.

Ant. Benedíctus Deus, qui misit Angelum suũ, et éruit servos suos, qui credidérunt in eum.

Ant. Laudáte Deum * omnes Angeli ejus, laudáte eum omnes Virtútes ejus.

Capit. Ecce ego mittam Angelum meum, ut supra in Vesperis.

—

Hymnus.

Ætérne Rector síderum,
Qui, quidquid est, poténtia
Magna creásti, nec regis
Minóre providéntia.

Adésto supplicántium
Tibi reórum cœtui;
Lucísque sub crepúsculum,
Lucem novam da méntibus.

Tuúsque nobis Angelus
Eléctus ad custódiam,
Hic adsit, a contágio
Ut críminum nos prótegat.

Nobis dracónis æmuli
Versútias extérminet;
Ne rete frauduléntiæ
Incáuta nectat péctora.

Metum repéllat hóstiũ
Nostris procul de fínibus:
Pacem procúret cíviũ,
Fugétque pestiléntiam.

Deo Patri sit glória,
Qui, quos redémit Fílius,
Et sanctus unxit Spíritus,
Per Angelos custódiat.
Amen.

℣. In conspéctu Angelórum, ut in Vesp.
Ad Benedictus, Antiph. Revérsus est Angelus, qui loquebátur in me, et suscitávit me, quasi virum, qui suscitátur a somno suo.
Oratio. Deus, qui ineffábili, ut supra.

Ad Tertiam.

Ant. Laudémus Dñum.
Cap. Ecce ego mittam,
℟. br. Stetit Angelus.
℣. Ascéndit fumus. 671.

Ad Sextam.

Ant. Angeli eórum.
Capit. Exod. 23. 21.
Nec contemnéndū putes: quia non dimíttet cum peccáveris, et est nomen meum in illo.
℟. br. Ascéndit fumus.
℣. In conspéctu. 671.

Ad Nonam.

Ant. Laudáte Deum.
Capit. Exod. 23. 22.
Quod si audíeris vocem ejus, et féceris ómnia, quæ loquor, inimícus ero inimícis tuis, et affligam affligéntes te. Præcedétque te Angelus meus.
℟. br. In conspéctu.
℣. Adoráte Deum. 671.
In ii. Vesperis omnia ut in primis, sed loco ult., Ps. Confitébor... quoniam audísti. 209.
Ad Magnificat, Antiph. Sancti Angeli Custódes nostri, defèndite nos in prælio, ut non pereámus in treméndo judício.
Deinde comm. ut infra.

DIE III. OCTOBRIS.

SS. COSMÆ, et DAMIANI Martyrum.

Semiduplex.

Ant. Istórum est.
℣. Lætámini. 18*.

Oratio.

Præsta, quæsumu omnípotens Deus: ut qui sanctórum Mártyrum tuórum Cosmæ, et Damiáni natalítia cólimus; a cunctis malis imminéntibus, eórum intercessiónibus liberémur. Per Dom.
Deinde fit comm. Translationis S. Claræ Virg. Antiph. Duce cœlésti númine, Matre favénte vírgine, Clára re, Clara

nómine, spreto patérno límine, spreto natívo sánguine, est in sanctórum lúmine, ac beatórum ágmine exúta carnis tégmine.

℣. Ora pro nobis.

Oratio.

Deus, qui splendóre virtútum beátam Claram innúmeris Virgínibus prælucére voluisti: ejus méritis et intercessióne concéde; ut hic in luce semper ambulémus, et in cœlésti regno perpétua vultus tui hilaritáte pérfrui mereámur. Per Dom.

In Laudibus fit comm. Vigiliæ, Antiphona, et ℣. de Feria occurr. ut ante Psalt. pag. ¶¶.

Oratio.

Deus, qui supérbis resístis, et grátiam præstas humílibus: da nobis, quæsumus, intercedénte beáto Patre nostro Francisco, cujus solémnia prævenímus, supérbe non sápere, sed tibi plácita humilitáte profícere, ut per ejus vestígia gradiéntes, dona tuæ grátiæ consequámur. Per Dóminum.

Et Translation. S. Claræ.

Ant. Novum sidus emicuit, candor lucis appáruit, lux claritátis ádfuit, coeli splendor enítuit: nam lux, quæ lucem ínfluit, Claram clarére voluit.

℣. Ora pro nobis.

Oratio. Deus, qui splendóre, ut supra.

Vesp. de seq. sine ulla commem.

DIE IV. OCTOBRIS

IN SOLEMNITATE

SERAPHICI

S. P. N. FRANCISCI

CONFESSORIS

TRIUM ORDINUM FUNDATORIS.

Duplex i. classis cum Octava.

IN I. VESPERIS.

Antiphona.

Franciscus vir Cathólicus, et totus Apostólicus, Ecclésiæ tenéri fidem Románæ dócuit : Presbyterósque mónuit præ cunctis reveréri.

Psalm. **Dixit Dóminus**, cum reliq. de Dominica **189.** et loco ultimi, Psalmus **Laudáte Dóminum omnes. 195.**

Ant. **Cœpit sub Innocéntio, cursúmque sub Honório perfécit gloriósum: succédens his Gregórius, magnificávit ámplius miráculis famósum.**

Antiph. **Hunc Sanctus præelégerat in patrem, quando præerat Ecclésiæ Minóri: hunc spíritu prophético prævísum, Apostólico prædíxerat honóri.**

Ant. **Franciscus Evangélicum nec ápicem vel únicum transgréditur, nec jota: nil jugo Christi suávius, huic ónere nil lévius, in hujus vitæ rota.**

Ant. **Hic creatúris ímperat, qui nútui subjécerat se totum Creató-**

ris : quidquid in rebus réperit delectaménti, régerit in glóriam Factóris.

Capit. Gal. 6. 14.

Fratres : Mihi autem absit gloriári, nisi in Cruce Dómini nostri Jesu Christi: per quem mihi mundus crucifíxus est, et ego mundo.

Hymnus.

Proles de cœlo pródiit,
Novis utens prodígiis,
Cœlum cæcis apéruit,
Siccis mare vestígiis.

Spoliátis Ægyptiis,
Transit dives, sed páuperis
Nec rem, nec nomen pérdidit,
Factus felix pro míseris.

Assúmptus cum Apóstolis
In montem novi lúminis,
In paupertátis prædiis
Christo Franciscus íntulit.

Fac tria tabernácula,
Petri secútus stúdia,
Cujus exémplo nóbili,
Sponte relíquit ómnia.

Legi, Prophétæ, grátiæ,
Gratum gerens obséquium,
Trinitátis officium
Festo solémni célebrat.

Dum réparat virtútibus
Hospes triplex hospítium :
Et beatárum méntium
Dum templum Christo cónsecrat.

Domum, portam, et túmulum,
Pater Francísce, vísita;
Et Hevæ prolem míserâ
A somno mortis éxcita.
Amen.

℣. Ora pro nobis, beáte Pater noster Francísce.
℟. Ut digni, etc.

Ad Magnificat, Antiph. O stupor, et gáudium, o judex homo méntium, tu nostræ milítiæ cursus, et auríga. Ignea præséntibus transfigurátum Frátribus, in solári spécie vexit te quadríga. In te signis rádians, in te ventúra núntians, requiévit spíritus duplex Prophetárum. Tuis adsta pósteris, Pater Francísce,

miseris : nam incréscunt gémitus óvium tuárum.

Oratio.

Deus, qui Ecclésiam tuam beáti Patris nostri Francísci méritis, fœtu novæ prolis amplíficas : tribue nobis ex ejus imitatióne terréna despícere ; et cœléstium donórũ semper participatióne gaudére. Per Dóminum.

AD MATUTINUM.

Invit. Regi, quæ fecit ópera Christo confiteántur : * Cujus in sancto vúlnera Francísco renovántur.

Psalm. Veníte, 2.

Hymnus.

In cœlésti collégio
Novus colléga cólitur :
In sanctórum rosário
Novéllus flos prodúcitur.
Franciscus florens grátia,
Forma factus humíliũ,
Lætus potítur glória,
Sortis consors sublímium.

Metit de sparso sémine
Plenæ messis manípulum :
Fallens sub terræ tégmine
Nostræ salútis æmulum.
Hic carnis supercílium
Legi subjécit spíritus :
Mundum vicit et vítium,
Se victo, victor ínclytus.
Linguæ manus præámbula
Verbo parávit sémitam,
Et amplectúntur sæcula
Doctrínam facto próditam.
In paupertátis prædio
Minórum plantans víneam,
Osténdit magistério
Vitæ vivéndi líneam.
Ad ætérnas divítias
Turbam alléxit páuperum,
Quos ad cœli delícias
Lingua vocávit óperũ.
Vita, doctrína splénduit :
Respléndet et miráculis :
Sic præfuit, quod prófuit,
Viva lucérna pópulis.

Summi Regis palátio,
Doctor loca discípulos,
Salútis privilégio
Christi præmúni fámulos
De ténebris misériæ
Sequáces stellæ prævíæ,
Quærámus Patrem grátiæ,
Consórtes tandem glóriæ. Amen.

Ad Laudes, et per Hor.

Antiphona

Sanctus Franciscus * præviis oratiónum stúdiis, quid faciat instrúctus: non sibi soli vívere, sed áliis profícere vult Dei zelo ductus.

Psal. Dóminus regnávit, cum reliq. 26.

Ant. Hic prædicándo círcuit, * et quem non homo dócuit, fit doctis in stupórem: virtútum verba lóquitur, novúmque nova séquitur milítia ductórem.

Ant. Tres Ordines hic órdinat, * primúmque Fratrum nóminat Minórum: pauperúmque fit Dominárum médius: sed Pœniténtum tértius sexum capit utrúmque.

Antiph. Doctus doctrice grátia, doctus experiéntia, quæ sunt perfectiónis: hæc Fratres docet ómnia, tam factis, quam frequéntia mellíflui sermónis.

Ant. Láudans laudáre mónuit, * laus illi semper ádfuit, laus, inquam, Salvatóris: ínvitat aves, béstias, et creatúras álias ad láudem Conditóris.

Capit. Fratres: Mihi autem, ut in Vesper.

Hymnus.

Plaude, turba paupércula,
Patre ditáta páupere,
Laudis propína pócula,
Sacro depréssa úbere:
Hic simplex, rectus húmilis,
Pacis cultor amábilis,
Lumen in vase fictili
Ardens, lucens in frágili.
Vili contéctus tégmine,
Sancto caléscens Flámine,

Inter cœli charísmata,
Christi recépit Stígmata.
Carnem, mundúmque cónterens,
Hostes malígnos próterens,
Auream victor méruit,
Auréolam dum dócuit.
Pauper, nudus egréditur,
Cœlum dives ingréditur,
Spargit virtútum múnera,
Ægris proflígat vúlnera.
Verórum Pater páuperum,
Nos páuperes fac spíritu,
Consórtes redde Súperum,
Eréptos ab intéritu.
Patri, Nato, Paráclito,
Decus, honor, et glória:
Sancti sint hujus mérito
Nobis ætérna gáudia.
Amen.

℣. Ora pro nobis beáte Pater noster Francisce.
℟. Ut digni etc.

Ad Benedictus, Antiph. O martyr desidério, Francísce, quanto stúdio compátiens hunc séqueris, quem passum, libro réperis, quem aperuísti! Tu cóntuens in áere Seraph in Cruce pósitum, ex tunc in palmis, látere, et pédibus effígiem fers plagárum Christi. Tu gregi tuo próvide, qui post felícem tránsitum, diræ prius et lívidæ, glorificátæ spéciem carnis prætendísti.

Oratio. Deus, qui Ecclésiam, ut supra.

Ad Tertiam.

Ant. Hic prædicándo circuit.

Capitul. Fratres: Mihi autem.

℟. br. Pósuit me sibi * Quasi in signum. Pósuit me.
℣. Circúmdedit me lánceis suis. Quasi.
Glória Patri. Pósuit.
℣. Sagíttæ tuæ infixæ sunt mihi.
℟. Et confirmásti super me manum tuam.

Ad Sextam.

Ant. Tres Ordines hic órdinat.

Capit. Gal. 6. 16.

Et quicúmque hanc régulam secúti fúerint, pax super illos, et misericórdia, et super Israel Dei.

℟. br. Sagíttæ tuæ * Infíxæ sunt mihi. Sagíttæ.

℣. Et confirmásti super me manum tuam. Infíxæ.

Glória Patri. Sagíttæ.

℣. Manus meæ stillavérunt myrrham.

℟. Et dígiti mei pleni myrrha probatíssima.

Ad Nonam.

Ant. Láudans laudáre mónuit.

Capit. Gal. 6. 17.

De cétero nemo mihi moléstus sit: ego enim Stígmata Dómini Jesu in córpore meo porto. Grátia Dómini nostri Jesu Christi, cum spíritu vestro, fratres. Amen.

℟. br. Manus meæ * Stillavérunt myrrham Manus meæ.

℣. Et dígiti mei pleni myrrha probatíssima. Stillavérunt.

Glória Patri. Manus.

℣. Cor meum et caro mea.

℟. Exultavérunt in Deum vivum.

In ii. Vesperis Antiph. Sanctus Franciscus, cum reliquis de Laud. Psalmi et Capitulum ut in i. Vesperis.

Hymnus.

Decus morum, dux Minórum
Franciscus tenens præmium,
In te vite datur vitæ,
» Christe Redémptor ómnium ».
Plaudat frater, regnat Pater
Concívis cœli cívibus:
Cedat fletus, psallat cœtus,
» Exúltet cœlum láudibus ».
Demptum solo, datum polo
Signórū probant ópera:
Ergo vivit, nam adívit
» Ætérna Christi múnera ».

Pro terrénis votis plenis
Repórtat dona glóriæ:
Quem decoras, quem honoras,
» Summæ Deus clementiæ ».
Hunc sequántur, huic jungántur,
Qui ex Ægypto éxeunt:
In quo duce, clara luce,
» Vexilla Regis pródeunt ».
Regis signum, ducem dignum
Insígnit manu, látere:
Lux accédit, nox recédit,
»Jam lucis orto sídere».
Est dux fidus, clarum sidus
Ducit, relúcet, dévia
Devitándo, demonstrándo
» Beáta nobis gáudia».
Mina gregem dux ad Regem
Collísor hostis cállidi,
Nos condúcas, et indúcas
» Ad cœnam Agni próvidi ». Amen.

℣. Ora pro nobis, beáte Pater noster Francísce.
℟. Ut digni, etc.

Ad Magníficat, Antiph. O virum mirábilem in signis et prodígiis, languóres cum dæmóniis quóslibet pelléntem: dat áurem suis ávium prædicans silvéstrium verbis intendéntem. O vitam laudábilē, qua fidem sic magníficat: sed et multos vivíficat mórtuos defúnctus. Francísce, nos cœléstium fac consórtes cívium, quibus es conjúnctus.

Oratio, ut supra.

Et fit comm. sequentis tantum.

INFRA OCTAVAM
S. P. N. FRANCISCI

Ad Bened. et ad Magnif. dicuntur Ant. sequentes.

Ad Benedictus, Antiph. Sancte Francísce própera, veni, Pater, accélera ad pópulum, qui prémitur, et téritur sub ónere, pálea, luto, látere: et sepúlto Ægyptio sub sábulo, nos libera carnis extíncto vítio. ℣. Ora pro nobis.

Ad Magníficat, Antiph. Salve, sancte Pater, pá-

triæ lux, forma Minórum, virtútis spéculum, recti via, régula morū: carnis ab exílio duc nos ad regna polórum.
℣. Ora pro nobis.

Oratio.

Deus, qui Ecclésiam tuā beáti Patris nostri Francísci méritis, fœtu novæ prolis amplíficas: tríbue nobis ex ejus imitatióne terréna despícere; et cœléstium donórum semper participatióne gaudére. Per Dóminum.

DIE V. OCTOBRIS.

B. JOANNIS A PINNA
Conf. i. Ord.
Duplex.

In Hymno. Méruit suprémos.
Ant. Similábo eum.
℣. Amávit. 26*.

Oratio.

Deus, qui beátum Joánnem Confessórem tuum, ad tua promíssa curréntem, per omnes vitæ sémitas mirabíliter traduxísti: eádem nobis miseratióne concéde; ut inter mundánas varietátes tua semper mandáta sectándo, ad ætérnæ beatitúdinis portum pervenire felíciter valeámus. Per Dom.

In Laud. fit comm. Oct.
Ant. Sancte Francísce própera. ℣. Ora.
Oratio, ut supra.
Postea SS. Placidi, et Sociorum Mart.
Ant. Vestri capílli.
℣. Exultábunt. 20*.
Oratio. Deus, qui nos concédis. 19*.
Vesp. a Capit. de seq. commem. ut infra.

DIE VI. OCTOBRIS.

S. BRUNONIS Conf.
Duplex.

Oratio.

Sancti Brunónis Confessóris tui, quæsumus Dómine, intercessiónibus adjuvémur: ut qui majestátem tuā gráviter delinquéndo offéndimus; ejus méritis et précibus nostrórum delictórum véniam consequámur. Per Dom.

Deinde fit comm. præc.
Ant. Hic vir.
℣. Justum. 28*.

Oratio, ut supra.
Postea comm. Octavæ.
Ant. **Salve sancte Pater. 684.** ℣. **Ora pro.**
Oratio ut ibi.
In Laud. fit comm. Oct.
Ant. **Sancte Francísce.**
℣. **Ora pro. 684.**
Oratio, ut ibi.
In ii. Vesperis commemor. ut infra.

DIE VII. OCTOBRIS.

S. HENRICI Confessoris.

Semiduplex.

Ad Matut. et etiam in Vesp. in Hym. **Méruit suprémos.**
Antiph. **Similábo.**
℣. **Amávit. 26*.**

Oratio.

Deus, qui hodiérna die beátum Henrícum Confessórem tuum e terréni cúlmine impérii ad regnum ætérnum transtulísti: te súpplices exorámus; ut sicut illum, grátiæ tuæ ubertáte prævéntum, illécebras sæculi superáre fecísti; ita nos fácias, ejus imitatióne, mundi hujus blandiménta vitáre, et ad te puris méntibus pervenire. Per Dóminum.

Deinde Octavæ.
Ant. **Salve sancte.**
℣. **Ora. 684.**
Oratio ut ibi.
Deinde S. Marci Papæ et Confessoris.
Ant. **Sacérdos, et Póntifex. 22*.** ℣. **Justum.**

Oratio.

Exaudi, Dómine, preces nostras: et interveniénte beáto Marco Confessóre tuo, atque Pontífice; indulgéntiam nobis tríbue placátus et pacem.

Postremo SS. Martyrum Sergii, et Socior.
Ant. **Istórum est.**
℣. **Lætámini. 19*.**

Oratio.

Sanctórum Mártyrum tuórum nos Dómine, Sérgii, Bacchi, Marcélli, et Apuléji, beáta mérita prosequántur: et tuo semper fáciant amóre fervéntes. Per Dóminum.

In Laud. fit com. Oct.
Ant. **Sancte Francísce própera.** ℣. **Ora. 684.**

Oratio ut ibi.
Deinde S. Marci.
Ant. Euge. 23*.
℣. Amávit.
Orat. Exáudi Dómine,
Et SS. Martyrum.
Ant. Vestri capílli.
℣. Exultábunt. 20*.
Orat. Sanctorum Mártyrum tuórum, ut sup.
Vesp. de sequenti commem. præced. et Oct.

DIE VIII. OCTOBRIS.

S. BIRGITTÆ Viduæ.

Duplex. Oratio.

Dómine Deus noster, qui beátæ Birgíttæ per Fílium tuum Unigénitum secréta cœléstia revelásti: ipsíus pia intercessióne da nobis fámulis tuis; in revelatióne sempitérnæ glóriæ tuæ gaudére lætántes. Per eúmdem etc.

Deinde fit commem. S. Henrici. Ant. Hic vir. ℣. Justum. 28*.
Oratio, ut supra.
Postea commem. Oct.
Ant. Salve, sancte Pater. 684. ℣. Ora pro nobis.
Oratio ut ibi.
In Laud. fit comm. Oct. Ant. Sancte Francisce propera. 684. ℣. Ora.
Oratio, ut ibi.
In ii. Vesp. fit comm. SS. Dionysii etc. Martyrum, ac Octavæ.

DOMINICA SECUNDA.

MATERNITATIS B. MARIÆ VIRGINIS.

Duplex majus.

Si in hac Dominica occurrant dies alicujus Octavæ, festum altioris ritus, vel majoris dignitatis, transfertur festum Maternitatis B. M. V. in primam diem non impeditam ex Decreto concess. die 3. Septembris 1842. S. R. C.

IN I. VESPERIS.

Ant. Beáta es Virgo María, cum rel. de Laud., Psal. ut in Festis B. M. V. per annum 40*.
Capit. Eccli. 24. 12.

Qui creávit me, requiévit in tabernáculo meo, et dixit mihi: In Jacob inhábita, et in eléctis meis mitte radíces.

Hymnus. Ave Maris stella. 43*.

℣. Benedícta tu in muliéribus.
℟. Et benedíctus fructus ventris tui.
Ad Magnificat, Antiph. Cum jucunditáte Maternitátem beátæ Maríæ semper Vírginis celebrémus. Oratio.

Deus, qui de beátæ Maríæ Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscípere voluísti: præsta supplícibus tuis; ut qui vere eam Genitrícem Dei crédimus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per eúmdem Dominum. Et fit comm. Dominicæ. In utrisque Vesperis et Laud. fit comm. S. P. N. Francisci si venerit infra ejus Octavam. 684. In fine Hymnor. Jesu... Qui natus es.

AD MATUTINUM.

Invitat. Maternitátem Beátæ Maríæ Vírginis celebrémus:* Christum ejus Fílium adorémus Dóminum.
Psalm. Veníte. 2.

Hymnus.

Cœlo Redémptor prætulit,
Felícis alvum Vírginis,
Ubi cadúca membra
Mortále corpus induit.
Hæc virgo nobis édidit
Nostræ salútis áuspicem,
Qui nos redémit sánguine,
Pœnas, crucémque pértulit.
Spes læta nostro e péctore
Pellat timóres ánxios:
Hæc quippe nostras lácrymas,
Precésque defert Fílio.
Voces Paréntis éxcipit,
Votísque Natus ánnuit,
Hanc quisque semper díligat,
Rebúsque in arctis ínvocet.
Sit Trinitáti glória,
Quæ Matris intáctum sinum
Ditávit almo gérmine,
Laus sit per omne sæculum. Amen.

Ad Laudes, et per Hor. Antiphona.

Beáta es Virgo María, * quæ ómnium portásti Creatórem.

Ps. Dóminus regnávit, cum rel. de Dom. 26.

Ant. Genuísti, * qui te fecit, et in ætérnū pérmanes Virgo.

Antiph. Beátam me dicent * omnes generatiónes, quia ancíllam húmilē respéxit Dóminus.

Ant. Fecit mihi magna, qui potens est, et sanctum nomen ejus.

Ant. Vidérunt eam * Fíliæ Sion, et beátam dixérunt, et regínæ laudavérunt eam.

Capit. Qui creávit me,

Hymnus.

Te, Mater alma Núminis.
Orámus omnes súpplices,
A fráude nos ut dæmonis
Tua sub umbra prótegas.

Ob pérditum nostrum genus,
Primi Paréntis crímine,
Ad ínclytum Matris decus
Te Rex suprémus éxtulit.

Cleménter ergo próspice
Lapsis Adámi pósteris:
A Te rogátus Fílius
Depónat iram víndicē.

Jesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, et almo Spíritu
In sempitérna sæcula. Amen.

℣. Germinávit radix Jesse, orta est Stella ex Jacob.
℟. Virgo péperit Salvatórem: te laudámus, Deus noster.

Ad Benedictus, Antiph.

Sancta María succúrre míseris, juva pusillánimes, réfove flébiles, ora pro pópulo, intérveni pro clero, intercéde pro devóto femíneo sexu: séntiant omnes tuum juvámen, quicúmque célebrant tuam admirábilem Maternitátem.

Orat. Deus, qui de beá-

tæ Maríæ, ut in Vesp. Et fit com. Dom. occ. Ad Horas Ant. de Laud.

Ad Primam.

℣. Qui natus es de María Vírgine.

Ad Tertiam.

Ant. Genuísti.

Capit. Qui creávit.

℣. Spécie tua.

Reliqua ut in Festis. B. M. V. per annum. 54*.

In ii. Vesper. omnia ut in primis.

Ad Magnificat, Antiph. Matérnitas tua, Dei Génitrix Virgo, gáudium annuntiávit univérso mundo; ex te enim ortus est sol justítiæ, Christus Deus noster.

Et fit comm. Domínicæ.

DIE IX. OCTOBRIS.

SS. DIONYSII, RUSTICI, et ELEUTHERII Mart.

Semiduplex.

Ant. Istórum est.

℣. Lætámini. 18*.

Oratio.

Deus, qui hodiérna die beátum Dionysium Mártyrem tuum, atque Pontíficem, virtúte constántiæ in passióne roborásti, quique illi ad prædicándum géntibus glóriam tuam, Rústicum, et Eleuthérium sociáre dignátus es: tríbue nobis, quæsumus; eorum imitatióne pro amóre tuo próspera mundi despícere, et nulla ejus advérsa formidáre. Per Dñum.

Deinde fit comm. Oct.

Ant Salve sancte Pater.

℣. Ora pro nobis. 684.

Oratio, ut ibi.

In Laud. fit comm. Oct.

Ant. Sancte Francísce.

℣. Ora pro nobis. 684.

Oratio, ut ibi.

Vesp. a Capit. de seq. comm. præc. ac Octav.

DIE X. OCTOBRIS.

S. FRANCISCI BORGIA Confessoris.

Semiduplex.

In Hymno. Méruit suprémos.

Oratio.

Dómine Jesu Christe, veræ humilitátis et exémplar et præmium: quæsumus; ut sicut beátum Franciscum in terréni honóris contém-

ptu imitatórem tui gloriósum effecísti; ita nos ejúsdem imitatiónis, et glóriæ tribuas esse consórtes: Qui vivis, et regnas.

Deinde fit comm. SS. Dionysii et Socior.

Ant. Gáudent in cœlis. ℣. Exultábunt. 21*.

Oratio. Deus, qui hodiérna die, ut supra.

Postea Octavæ.

Ant. Salve sancte Pater. 684. ℣. Ora pro.

Oratio, ut ibi.

In Laud. fit comm. Oct.

Ant. Sancte Francisce própera. 684. ℣. Ora.

Oratio, ut ibi.

Vesp. de die Octavæ, ut in i. Vesperis 678. cum comm. præc. ut infra.

DIE XI. OCTOBRIS.

OCTAVA

S. P. N. FRANCISCI.

Duplex.

Omnia ut in festo. 680.

In i. Vesp. fit comm. præced. Ant. Hic vir. ℣. Justum. 28*.

Oratio. Dómine Jesu.

Vesp. a Capit. de seq. cum commem. præced.

DIE XII. OCTOBRIS.

S. SERAPHINI

A MONTE GRANARIO

Confessoris Ord. Min. Capuccinorum.

Duplex.

Oratio.

Deus, qui in corde beáti Seraphíni amóris tui flammas excitásti: ejus, quæsumus, nobis intercessióne concéde; ut illíus vestígia sectántes, iísdem ardóribus accendámur. Per Dóminum.

Et fit commemor. diei Octavæ.

Antiph. O virum mirábilem. 684.

℣. Ora pro nobis.

Oratio. Deus, qui Ecclésiam.

Vesp. de seq. commem. præced.

DIE XIII. OCTOBRIS.

SS. DANIELIS, ET SOCIORUM Martyrum i. Ordinis.

Duplex ii. classis.

Oratio.

Fratérna nos, Dómine, Mártyrum tuórum coróna lætíficet:

quæ et fidei nostræ præbeat incrementa virtútum; et multíplici nos suffrágio consolétur. Per Dóminum.

Et fit commem. S. Seraphini. Ant. Hic vir. ℣. Justum. 28*.

Or. Deus, qui in corde, ut supra.

In ii. Vesp. comm. seq. ut infra.

DIE XIV. OCTOBRIS.

S. CALLISTI

Papæ et Martyris.

Duplex.

Ant. Iste sanctus.

℣ Glória, et honóre. 11*

Oratio.

Deus, qui nos cónspicis ex nostra infirmitáte deficere: ad amórem tuum nos misericórditer per Sanctórum tuórum exémpla restáura. Per Dóminū.

Vesp. a Capit. de seq. comm. præced.

DIE XV. OCTOBRIS.

S. TERESIÆ Virginis.

Duplex.

In utrisque Vesperis et Laudibus,

—

Hymnus.

Regis supérni núntia
Domum patérnam déseris,
Terris, Téresa, bárbaris
Christum datúra, aut sánguinem.
Sed te manet suávior
Mors, pœna poscit dúlcior;
Divíni amóris cúspide
In vulnus icta cóncides.
O charitátis víctima!
Tu corda nostra cóncrema,
Tibíque géntes créditas
Avérni ab igne líbera.
Sit laus Patri cum Fílio,
Et Spíritu Paráclito,
Tibíque, sancta Trínitas,
Nunc, et per omne sæculum. Amen.

Si hoc festum transferatur, et in i. Vesperis sola de ipso commem. fiat; præcedens Hymnus ponitur ad Matutinum, et in ii. Vesperis, nisi sequatur Duplex. Hymnus vero, Hæc est dies, (mutatis in eodem translationis casu verbis: Hæc

est, in verbum, Felix) dicitur ad Laudes.
℣. Spécie tua.
Ad Magnificat, Antiph. Veni sponsa Christi.

Oratio.

Exáudi nos, Deus salutáris noster : ut sicut de beátæ Terésiæ Vírginis tuæ festivitáte gaudémus; ita cœléstis ejus doctrínæ pábulo nutriámur, et piæ devotiónis erudiámur affectu. Per Dóminum.

Et fit comm. S. Callisti. Ant. Qui vult veníre. ℣. Justus. 13*. Oratio. Deus, qui nos,

AD MATUTINUM.

Hymnus.

Hæc est dies, qua cándidæ
Instar colúmbæ, cælitũ
Ad sacra templa Spíritus
Se tránstulit Terésiæ.
Sponsíque voces áudiit:
Veni soror de vértice
Cármeli ad Agni núptias :
Veni ad corónã glóriæ.
Te, sponse Jesu Vírginum,
Beáti adórent órdines,
Et nuptiáli cántico
Laudent per omne sæculum. Amen.

Sic semper terminandus erit hic Hymnus.
In ii. Vesperis fit com. S. Wenceslai. 696.

DOMINICA TERTIA.
PURITATIS
B. MARIÆ VIRGINIS.

Duplex maj.

Si in hac Dominica occurrat festum altioris ritus, vel majoris dignitatis transfertur festum Puritatis B. M. V. in primam diem non impeditam, ex Decreto concess. diei 26. Augusti 1842.

IN I. VESPERIS.

Ant. Sicut lílium, cum reliquis de Laudibus, Psalmi ut in Festis B. M. V. per annum. 40*.
Capit. Sap. 4.

O quam pulchra est casta generátio cum claritáte ! immortális est enim memória illíus : quóniam apud Deum nota est, et apud hómines.

Hymnus.

Præclára custos vírginum;
Intácta Mater Núminis,
Cœléstis áulæ jánua,
Spes nostra, cœli gáudium.

Inter rubéta lílium
Colúmba formosíssima,
Virga e radíce gérminans
Nostro medélam vúlneri.

Turris dracóni impérvia
Amíca stella náufragis,
Tuére nos a fráudibus,
Tuáque luce dírige.

Erróris umbras díscute,
Syrtes dolósas ámove,
Fluctus tot inter déviis
Tutam reclúde sémitam.

Jesu tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, et almo Spíritu
In sempitérna sæcula. Amen.

Hæc conclusio dicitur per Horas in fine omniũ Hymnorum.

℣. Cum jucunditáte Virginitátem beátæ Maríæ semper Vírginis celebrémus.

℟. Ut ipsa pro nobis intercédat ad Dóminum Jesum Christum.

Ad Magnificát. Antiph. Nihil inquinátum in eam incúrrit: candor est lucis ætérnæ, et spéculum sine mácula.

Oratio.

Da, quæsumus omnípotens ætérne Deus, ut purissimæ Vírginis Maríæ integérrimam Virginitátẽ festíva celebritáte venerántes, ejus intercessióne, puritátem mentis et córporis consequámur. Per Dñum.

Et fit comm. Domin.

AD MATUTINUM.

Invitator. Virginitátem Deiparæ celebrémus: * Christum ejus Fílium adorémus Dóminum.

Psalm. Veníte. 2.

Hymnus.

O Stella Jacob fúlgida,
O Solis instar spléndida
Auróra qua nil púrius
Refúlget inter sídera.

Stolis amíctæ cándidis
Tibi catérvæ Cœlitum
Pláudunt, sacræque Vírgines
Laudes perénnes cóncinunt.
Quin obséquentes ófferunt
Ligústra, et alba lília:
Candor sed horum víncitur
Candóre casti péctoris.
Nostra Angelórum láudibus
Abjécta tellus ássonans
Ad astra voces éfferat,
Et Vírginis præcónia.
Jesu tibi sit glória
Qui natus es de Vírgine.
Cum Patre et almo Spíritu
In sempitérna sæcula. Amen.

Ad Laudes, et per Hor. Antiphona.

Sicut lílium* inter spinas, sic amíca mea inter fílias.

Ps. Dóminus regnávit, cum rel. de Domin. 26.

Ant. Diléctus meus mihi *et ego illi, qui páscitur inter lília.

Ant. Quam pulchra es,* amíca mea, quam pulchra es!

Ant. Una est colúmba mea, perfécta mea.

Ant. Vidérunt eam * fíliæ Sion, et beatíssimam prædicávérunt.

Capit. O quam pulchra, ut supra in Vesp.

Hymn. O gloriósa Vírginum. 53*.

℣. Spécie tua, et pulchritúdine tua.

℟. Inténde, próspere procéde, et regna.

Ad Benedictus, Antiph. Sancta et immaculáta Maríæ Virgínitas, quibus te láudibus éfferam néscio, quia per te Redemptórem nostrum suscépimus Dóminum nostrum Jesum Christum.

Oratio, Da quæsumus, ut supra in Vesp.

Et fit comm. Dominicæ occurr. nisi tranferatur.

Ad Horas Añæ. de Laud.

Ad Primam.

℣. Qui natus es de María Vírgine.

Ad Tertiam.

Añ. Diléctus meus mihi.

Capit. O quam pulchra.

℣. Spécie tua.

Reliqua ut in Festis B. M. V. per annum. 54*.

In ii. Vesperis, omnia ut in primis.

Ad Magnificat, Antiph. Beáta Dei Génitrix María, Virgo perpétua, sacrárium Spíritus Sancti, sola sine exémplo placuísti Dómino nostro Jesu Christo.

Et fit comm. Domínicæ, nisi in aliam diē transferatur.

DIE XVI. OCTOBRIS.

S. WENCESLAI

Ducis et Martyris.

Semíduplex.

Ant. Iste sanctus.

℣. Glória, et honóre. 11*.

Oratio.

Deus, qui beátum Wencesláum, per martyrii palmam a terréno principátu ad cœléstem glóriam transtulísti: ejus précibus nos ab omni adversitáte custódi; et ejúsdem tríbue gaudére consórtio. Per Dóminum.

Vesp. a Capit. de seq. comm. præc.

DIE XVII. OCTOBRIS.

S. HEDWIGIS Viduæ Reginæ Poloniæ.

Semiduplex.

Oratio.

Deus, qui beátam Hedwígem a sæculi pompa ad húmilem tuæ crucis sequélam toto corde transíre docuísti: concéde; ut ejus méritis et exémplo discámus peritúras mundi calcáre delícias, et in ampléxu tuæ crucis ómnia nobis adversántia superáre: Qui vivis.

Et fit comm. S. Wenceslai Ant. Qui vult. ℣. Justus. 13*.

Oratio. Deus, qui beátum Wenceslaum, ut supra.

Vesp. de sequenti sine comm. præc.

DIE XVIII. OCTOBRIS.

S. LUCÆ Evangelistæ.

Duplex ii. classis.

Oratio.

Intervéniat pro nobis, quæsumus, Dómine, sanctus tuus Lucas Evangelísta: qui crucis mortificatiónem júgiter

in suo córpore, pro tui Nóminis honóre portávit. Per Dominum.

In ii. Vesp. fit comm. sequentis.

DIE XIX. OCTOBRIS.

S. PETRI DE ALCANTARA Conf. i. Ord.

Duplex ii. classis.

IN I. VESPERIS.

(Si integræ dicendæ)

Antiphona.

Sanctus Petrus de torrénte mortificatiónis in via bibit, proptérea exaltávit caput in glória.

Psalm. Dixit Dóminus, cum rel. de Domin. 189. et loco ult., Psalm. Laudáte Dñum omnes. 195.

Ant. Memor fuit testaménti Patris sui Francísci: Ecclésias, et domos páuperes ædificávit.

Ant. In omni angústia, et pressúra parátū cor ejus speráre in Dómino.

Ant. A solis ortu usque ad occásum laudábile nomen Dómini magnificávit.

Ant. Omnes gentes laudábant eum, et in conspéctu Príncipum admirábilis fuit.

Capit. Philip. 7. 17.

Fratres: Imitatóres mei estóte, et observáte eos, qui ita ámbulant, sicut habétis formam nostram.

Hymnus.

Petre, sol terris óriens Ibéris,
Lucis ut spargas rádios per orbem,
Quas tuo læti cánimus triúmpho,
Súscipe láudes.

Per te in antíquos renováta mores
Clara Francísci Sóboles nitéscit,
Crescit et virtus rediviva largo
Múnere cœli.

Omne, quod vitam máculat, perósus,
Mente constánti pereúntis ævi
Déspicis pompam, precibúsque placas
Núminis iram.

Artubus castis nímium sevérus

Te fame et diris crúcias flagéllis,
Sternis et noctu lacerâta duro
Stípite membra.
Dignus hinc celsas habitáre sedes,
Sæpe sublímis volitáre in altum
Visus,et mundi fúgiens tumúltum,
Próximus astris.
Nunc preces audi,gemitúsque nostros,
Intégros nobis sine labe mores,
Et tuos nostris ánimis salúbres,
Ingere sensus.
Annuat rerum Sator,et perénne
Sit decus Patri, genitæque Proli,
Et tibi, Flamen, Deus unus omni
Témpore sæcli.
Amen.

℣. Ora pro nobis,beáte Petre.
℟. Ut digni etc.

Ad Magníficat, Antiph.
O virum ineffábilem, qui vivens in carne, spíritu ambulávit, et nihil in terris desíderans, conversatiónem suam semper in cœlis habébat.

Oratio.

Deus, qui beátum Petrum Confessórem tuum, admirábilis pœniténtiæ, et altíssimæ contemplatiónis múnere illustráre dignátus es: concéde propítius; ut ejùs suffragántibus méritis, carne mortificáti, cœléstiū donórum partícipes fieri mereámur. Per Dóminum.

AD MATUTINUM.

Invit. Regem glóriæ, qui húmilem exaltávit Petrum, * Veníte, adorémus.
Psalm. Veníte. 2.

Hymnus.

Petrū Paréntis óptimi
Germen canámus ínclytum,
Qui páuperum paupérrimus
Extréma quæque pértulit.
Hic Christi amóre sáucius,
Ut pérditis succúrreret,

Stupénda pœniténtiæ
Exémpla mundo præbuit.
Sitim famémque súfferens,
Et veste tectus híspida,
Quidquid luéndum est, nóxiis
A se flagéllis éxigit.
Loris revínctus férreis
Exángue corpus cónficit,
Et síngulis ex ártubus
Emánat unda sánguinis.
Dum flexo adórat póplite
Crucis sacrátum stípitem,
Crucis émicat divínitus,
Ipsúmque splendor ímbuit.
Decus Minórum, súscipe
Laudes precésque súpplicum:
Tuos ab alto mítius,
Pater beáte, réspice.
Sit laus Patri, sit Fílio,
Tibíque sancte Spíritus:
Duc per Petri vestígia
Nos ad supérna gáudia.
Amen.

Ad Laudes, et per Hor.
Antiphona.

Mirábilis in Petro Dóminus,* cujus testimónia credibília facta sunt nimis.

Ps. Dóminus regnávit, cum reliq. 26.

Ant. Potens ópere, *et sermóne, multiplicávit pópulum Dei, et oves páscuæ ejus.

Antiph Adhæsit ánima mea * post te, quia caro mea flagelláta est pro te, Deus meus.

Ant. Charitáte vulnerátus, creatúras omnes cœli, et terræ ad benedicéndum Dóminũ provocábat.

Ant. Ignis, grando,* nix glácies, spíritus procellárum faciébant verbũ ejus.

Cap. Fratres: Imitatóres. Hymnus.

Hortus Minórum fértilis
Florem novéllum gérminat,
Odóre qui gratíssimo
Mundi replévit ámbitum.

Miris nitens virtútibus,
Signis refúlget plúrimis:
Terris, aquis, et ígnibus,
Auræque, nimbis, ímperat.

Ex fuste tellus árido
Invita fructus prótulit;
Sanctis subácta gréssibus
Iter dedérunt flúmina.

Delápsa nix e núbibus
Suspénsa cœli róbore,
Cunctis stupéndam sæculis
Parávit ædem córpori.

Extínxit ignis ímpetū:
Agros rigávit ímbribus:
Jejúna Fratrum córpora
Esca cibávit cœlica.

Præsens adest abséntibus,
Affert medélam lánguidis,
Casus futúros próspicit,
Motúsque cordis détegit.

Patri simul cum Filio,
Sanctóque laus sit Flámini,
Qui nos ad aulam glóriæ
Petri precátu dírigat.
Amen.

℣. Ora pro nobis, beate Petre, etc.

Ad Benedictus, Antiph. Beátus Petrus quasi vas auri sólidum, ornátum omni lápide pretióso, fluénta grátiæ propinávit in pópulo, et accépit stolam glóriæ in consummatióne virtútis.

Oratio. Deus, qui beátum Petrum, ut supra.

Ad Tertiam.

Ant. Potens ópere.

Capit. Fratres: Imitatóres mei;

℟. br. Amávit eum.

℣. Os justi. 28*.

Ad Sextam.

Añ. Adhæsit ánima mea.

Capit. Philip. 4.9.

Quæ et didicístis, et accepístis, et audístis, et vidístis in me, hæc ágite: et Deus pacis erit vobíscum.

℟. br. Os justi.

℣. Lex Dei ejus. 28*.

Ad Nonam.

Ant. Ignis, grando.

Capit. Philip. 4.12.

Scio et humiliári, scio et abundáre: (ubíque et in ómnibus in-

stitútus sum) satiári, et esuríre, et abundáre, et penúriam pati. Omnia possum in eo, qui me confórtat.

℟. br. Lex Dei ejus.

℣. Justum. 28*.

In ii. Vesperis.

Omnia ut in i. præter.

Ad Magnificat, Antiph. O sanctíssima ánima, in cujus tránsitu cœli cives occúrrunt, Angelórum chorus exúltat, et gloriósa Trínitas invítat, dicens: Mane nobíscum in ætérnum.

Oratio, ut supra.

Deinde fit comm. seq.

DIE XX. OCTOBRIS.

S. JOANNIS CANTII

Confess. Duplex.

Ant. Similábo eum.

℣. Amávit. 26*. Oratio.

Da, quæsumus omnípotens Deus: ut sancti Joánnis Confessóris exémplo in sciéntia Sanctórum proficiéntes, atque áliis misericórdiam exhibéntes; ejus méritis indulgéntiam apud te consequámur. Per Dóminum.

In i. Vesper., si fiat saltem a Capitulo, dicitur Hymnus Gentis Polónæ, usque ad Redemptiónis prétium cum sequentibus quatuor versibus pro conclusione:

Te prona mundi máchina
Clemens adóret Trinitas
Et nos novi per grátiam
Novum canámus cánticum. Amen.

Quod si festum hoc habeat ii. Vesperas integras; Hymn. idem Géntis Polónæ ut supra ponitur ad Laudes; et in ii. Vesper. Te deprecánte ut infra.

Ad Matutin. autem in utroque casu dicitur solus Hymnus Corpus domas, usque ad Beáta nobis gáudia. Amen.

Alias vero Hymni dicuntur ut infra.

AD MATUTINUM.

Hymnus.

Gentis Polónæ glória,
Cleríque splendor nóbilis,
Decus Lycæi, et pátriæ
Pater, Joánnes inclyte.

Legē supérni Núminis
Doces Magíster, et facis
Nil scire prodest; sédulo
Legem nitámur éxequi.

Apostolórum límina
Pedes viator vísitas;
Ad Pátriam, ad quam téndimus
Gressus viámque dírige.

Urbem petis Jerúsalem;
Signáta sacro Sánguine
Christi colis vestígia,
Rigásque fusis flétibus.

Acérba Christi vúlnera
Hæréte nostris córdibus
Ut cogitémus cónsequi,
Redemptiónis prétium.

Corpus domas jejúniis,
Cædis cruénto vérbere,
Ut castra pœniténtium
Miles sequáris ínnocens.

Sequámur et nos sédulo
Gressus Paréntis óptimi,
Sequámur ut licéntiam
Carnis refrænet spíritus.

Rigénte bruma próvidum
Præbes amíctū páuperi,
Sitim famémque egéntium
Esca, potúque súblevas.

O qui negásti némini
Opem rogánti, pátrium
Regnū tuére, póstulant
Cives Polóni, et éxteri.

Sit laus Patri et Filio,
Tibíque, Sancte Spíritus;
Preces Joánnis ímpetrent
Beáta nobis gáudia. Am.

AD LAUDES.

Hymnus.

Te deprecánte, córporum
Lues recédit, ímprobi
Morbi fugántur, prístina
Rédeunt salútis múnera.

Phtisi, febríque, et úlcere
Diram redáctos ad necem;
Sacrátas morti víctimas
Ejus rapis e fáucibus.

Te deprecánte, túmido
Merces abáctæ flúmine,
Tractæ Dei poténtia
Sursum fluunt retrógradæ.

Cum tanta possis, sédibus
Cœli locátus, póscimus:
Respónde votis súpplicum,
Et invocátus súbveni.

O Una semper Trínitas!
O Trina semper Unitas!
Da, supplicánte Cántio,
Ætérna nobis præmia. Amen.

Vesp. a Capit. de seq. cum comm. ut infra.
(Apud Moniales Clarissas, Vesp. de seq. com. ut infra.)

DIE XXI. OCTOBRIS.
SS. URSULÆ et SOCIARUM Virg. et Mart.
Duplex.
(Apud Moniales Clariss. Duplex maj.)

Omnia de Comm. Virg. et Mart. præter seq.
In utrisque Vesperis et Laudibus.
℣. Adducéntur Regi vírgines post eam.
℟. Próximæ ejus afferéntur tibi.
Ant. Prudéntes Vírgines aptáte vestras lámpades: ecce Sponsus venit, exíte óbviam ei.

Oratio.

Da nobis, quæsumus Dómine Deus noster, sanctárum Vírginum, et Mártyrum tuárum, Ursulæ, et Sociárum ejus, palmas incessábili devotióne venerári: ut quas digna mente non póssumus celebráre, humílibus saltē frequentémus obséquiis. Per Dóminum.

Et fit commem. S. Joannis. Ant. Hic vir. ℣. Justum. 28*. Oratio. Da quæsumus. Dein S. Hilarionis Abbatis.
Ant. Similábo eum, ℣. Amávit eum. 26*. Oratio. Intercéssio nos.
In Laud. fit comm. S. Hilarionis Abbatis.
Ant. Euge.
℣. Justum dedúxit. 27*. Oratio. Intercéssio.
Vesp. a Capit. de seq. comm. præced.
(Apud Clarissas in ii. Vesp. comm. seq.)

DIE XXII. OCTOBRIS.
B. LADISLAI A GIELNIOW Conf. i. Ord.
Duplex.

In Hymno Méruit suprémos.

Oratio.

Deus, qui beátum Ladisláum religiósa perfectióne voluisti ómnibus prælucére: concéde propítius; ut ejus exémplo in virtútibus júgiter proficiámus. Per Dóminum.

Pro comm. Sanctarum Mart. Ant. **Prudéntes Vírgines.**

℣. **Adducéntur Regi,** ut supra.

Oratio. **Da nobis quæsumus.**

Vesp. de seq. comm. præced.

DIE XXIII. OCTOBRIS.

S. JOANNIS A CAPISTRANO Conf. i. Ord.

Duplex. ii. classis.

In utrisque Vesperis et Laudibus ℣. **Ora pro nobis,** et sequens

Antiph. **O zelátor fidei, persecútor hæreticórũ, exterminátor Turcárũ, prædicátor egrégie, doctor populórum, Joánnes fidelíssime Ordinis Minórum, esto nobis præsídium e regno Beatórum.**

Oratio.

Deus, qui Ecclésiam tuam beáti Joánnis méritis, et doctrínis mirabíliter sublimásti, et per eum de pérfidis Tyránnis in virtúte sanctíssimi Nóminis Jesu fidéles tuos triumpháre fecísti: præsta quæsumus; ut de inimícis nostris, ejus intercessióne, prævaléntes in terris, præmiári cum ipso mereámur in cœlis. Per eúmdem Dóminum.

Pro comm B. Ladíslai. Ant. **Hic vir.**

℣. **Justum. 28*.**

Oratio, ut supra.

In ii. Vesp. fit comm. sequen.

DIE XXIV. OCTOBRIS.

S. EDUARDI Regis et Confessoris.

Semiduplex.

Ant. **Similábo eum.**

℣. **Amávit. 26*.**

Oratio.

Deus, qui beátum Regem Eduárdum Confessórem tuum æternitátis gloria coronásti: fac nos, quæsu-

mus; ita eum venerári in terris, ut cum eo regnáre possímus in cœlis. Per Dóminum.
In Hymno. Méruit suprémos.
Vesperæ de seq comm. ut infra.

DIE XXV. OCTOBRIS

B. FRANCISCI DE CALDEROLA
Confessoris i. Ordinis.
Duplex.
Oratio.

Deus, qui beátū Franciscum Confessórem Ecclésiæ tuæ dignum minístrum præbuísti, ac mirífica dissidéntes componéndi grátia decorásti: ejus méritis et intercessióne concéde; ut in tua charitáte firmáti, nullis a te tentatiónibus separémur. Per Dóminum.
Et fit com. S. Eduardi.
Ant. Hic vir.
℣. Justum. 28*.
Oratio, ut supra.
Deinde SS. Chrysánthi, et Dariæ Mart.
Ant. Istórum est.
℣. Lætámini. 18*.
Oratio.
Beatórum Mártyrum tuórum, Dómine, Chrysánthi et Dariæ, quæsumus, adsit nobis orátio: ut quos venerámur obséquio, eórum pium júgiter experiámur auxílium. Per Dóminum.
In Laudibus fit comm. SS. Martyrum
Ant. Vestri capílli.
℣. Exultábunt. 20*.
Oratio ut supra.
In ii. Vesper. com. seq. et S. Evaristi Pp. M.

DIE XXVI. OCTOBRIS.

S. LINI Papæ, et Mart.
Semiduplex.
Ant. Iste sanctus.
℣. Glória et honóre. 11*
Oratio. Deus, qui nos.
Deinde S. Evaristi Papæ et Martyris.
Ant. Qui odit.
℣. Justus. 12*.
Oratio. Infirmitátem.
In Laud. fit comm. S. Evaristi. Ant. Iste sanctus.
℣. Glória et honóre. 11*
Oratio, ut supra.
Vesperæ de seq. commemor. præcedentis.

DIE XXVII. OCTOBR.
B. MARIÆ FRANCISCÆ A VULNERIBUS D. N. J. C. Virginis iii.Ord.
Duplex.

Ant. Veni sponsa.
℣. Spécie tua. 29*.

Oratio.

Dómine Jesu, qui beátam Mariam Franciscam Vírginem inter cæteras dotes in mundi contémptu mirábilem effecísti: ejus quæsumus méritis, et intercessióne, concéde nobis terréna despícere, et cœléstia semper inquírere: Qui vivis, et regnas.

Pro commem. S. Lini.
Ant. Qui vult.
℣. Justus. 13*.
Oratio, ut supra.
In Laud. fit comm. Vigiliæ Ant. et ℣. de Fer. occurr. ut ante Psalterium pag. ¶¶.

Oratio.

Concéde, quæsumus omnípotens Deus; ut sicut Apostolórum tuórum Simónis, et Judæ gloriósa natalítia prævenímus; sic ad tua benefícia promeréndа, majestátem tuam pro nobis ipsi prævéniant. Per Dóminum.

Vesp. de seq. commem. præced.

DIE XXVIII. OCTOBR.
SS. SIMONIS, et JUDÆ Apostolorum.
Duplex ii. classis.

Oratio.

Deus, qui nos per beátos Apóstolos tuos Simónem, et Judam, ad agnitiónem tui Nóminis veníre tribuísti: da nobis, eórum glóriã sempitérnam et proficiéndo celebráre, et celebrándo profícere. Per Dóminum.

In ii. Vesp. fit comm. sequentis.

DIE XXIX. OCTOBRIS.
SS. FESTI, et SOCIORUM Martyrum.
Semiduplex.

Ant. Istórum est.
℣. Lætámini. 18*.
Oratio. Deus, qui nos ánnua. 19*.
Vesp. a Capit. de seq. comm. præcedentis.

DIE XXX. OCTOBRIS.
B. BONAVENTURÆ A POTENTIA Conf. Ord. Min. Conventual.
Semiduplex ad libitum.
Oratio.

Deus, qui in beáto Bonaventúra Confessóre tuo exímiū obediéntiæ exémplum constitúere dignátus es: præsta quæsumus; ut ejus imitatióne voluntátem nostram abnegántes, mandátis tuis perpétuo inhærére valeámus. Per Dóminum.

Vesper. de seq. comm. præced.

DIE XXXI. OCTOBRIS.
B. THOMÆ A FLORENTIA Conf. i. Ord.
Duplex.
Ant. Similábo eum. ℣. Amávit. 26*.
Oratio.

Deus, qui admirábili cleméntia de peccatóribus justos, et de vasis iræ facis vasa misericórdiæ: concéde propítius; ut beáti Thomæ Confessóris tui précibus, e vitiórum servitúte solúti, perpétua filiórum tuórum libertáte gaudére mereámur. Per Dóminum.

In Laud. fit comm. Vig. Antiphona, et ℣. de Feria occurr. ut ante Psalterium pag. ¶¶.
Oratio.

Dómine Deus noster, multíplica super nos grátiam tuam: et quórum prævenimus gloriósa solémnia; tríbue súbsequi in sancta professióne lætítiā. Per Dominum.

Vesp. de sequenti sine commem.

FESTA NOVEMB.

Prima die non impedita dicitur Officium Defunctorum.

DIE I. NOVEMBRIS.
OMNIUM SANCTORUM.
Duplex i. class. cum Oct.
IN I. VESPERIS.

Antiph. Vidi turbam, cum rel. de Laudibus. Psalm. Dixit Dóminus, cum aliis de Dominica 189. et loco ultimi. Psalm. Laudáte Dñum. omnes. 195.

Capit. Apoc. 7. 2.

Ecce ego Joánnes vidi álterum Angelum ascendéntem ab ortu solis, habéntem signum Dei vivi: et clamávit voce magna quátuor Angelis, quibus datum est nocére terræ, et mari, dicens: Nolíte nocére terræ, et mari, neque arbóribus, quoadúsque signémus servos Dei nostri in fróntibus eórum.

Hymnus.

Placáre, Christe, sérvulis,
Quibus Patris cleméntiam
Tuæ ad tribúnal grátiæ
Patróna Virgo póstulat.

Et vos beáta, per novē
Distíncta gyros, ágmina:
Antíqua cum præséntibus,
Futúra damna péllite.

Apóstoli cum Vátibus
Apud sevérū Júdicem,
Veris reórum flétibus
Expóscite indulgéntiā.

Vos purpuráti Mártyres,
Vos candidáti præmio
Confessiónis, éxules
Vocáte nos in pátriam.

Choréa casta Vírginum,
Et quos erémus íncolas
Transmísit astris, cœlitum
Locáte nos in sédibus.

Auférte gentem pérfidam,
Credéntium de fínibus,
Ut unus omnes únicum
Ovíle nos Pastor regat.

Deo Patri sit glória,
Natóque Patris único,
Sancto simul Paráclito,
In sempitérna sæcula.
Amen.

℣. Lætámini in Dómino, et exultáte justi.
℟. Et gloriámini omnes recti corde.

Ad Magnificat. Antiph. Angeli, Archángeli, Throni, et Dominatiónes Principátus, et Potestátes, Virtútes cœlórum, Chérubim, atque Séraphim, Patriárchæ, et Prophétæ, sancti legis Doctóres, Apóstoli, omnes Christi Mártyres, sancti Confessóres, Vírgines Dómini, Anacho-

rítæ, Sanctíque omnes, intercédite pro nobis.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui nos ómnium Sanctórũ tuórum mérita sub una tribuísti celebritáte venerári: quæsumus; ut desiderátam nobis tuæ propitiatiónis abundántiam, multiplicátis intercessóribus, largiáris. Per Dóminum.

AD MATUTINUM.

Invitat. Regem regum Dóminum, veníte adorémus: * Quia ipse est coróna Sanctórum ómnium.

Psalm. Veníte, 2.

Hymnus. Placáre Christe sérvulis, ut supra.

In ii. Nocturno.

Psal. Beáti, quórum. 75.

In iii. Nocturno.

Psalm. Benedícam. 77.

Psal. Exáudi Deus deprecatiónem. 115.

Ad Laudes, et per Horas Antiphona.

Vidi turbam magnã,* quam dinumeráre nemo póterat, ex ómnibus géntibus, stantes ante thronum.

Ps. Dominus regnávit, cum rel. 26.

Ant. Et omnes Angeli * stabant in circúitu throni, et cecidérunt in conspéctu throni in fácies suas, et adoravérunt Deum.

Ant. Redemísti nos * Dómine Deus, in sánguine tuo ex omni tribu, et lingua, et pópulo, et natióne, et fecísti nos Deo nostro regnum.

Ant. Benedícite Dóminum omnes elécti ejus: ágite dies lætitiæ, et confitémini illi.

Ant. Hymnus ómnibus Sanctis ejus* filiis Israel, pópulo appropinquánti sibi: glória hæc est ómnibus Sanctis ejus.

Capit. Ecce ego Joánnes, ut in i. Vesp.

Hymnus.

Salútis ætérnæ Dator,
Jesu redémptis súbveni:
Virgo Parens cleméntiæ
Dona salútem sérvulis.

Vos Angelórum míllia,
Patrúmque cœtus, ágmina
Canóra Vatum, vos reis
Precámini indulgéntiã.
Baptísta Christi prævius,
Summíque cœli Cláviger,
Cum céteris Apóstolis
Nexus resólvant críminum.
Cohors triúmphans Mártyrum,
Almus Sacerdótũ Chorus,
Et Virginális cástitas
Nostros reátus ábluant.
Quicúmque in alta síderum
Regnátis aula Príncipes,
Favéte votis súpplicum,
Qui dona cœli flágitant.
Virtus, honor, laus, glória
Deo Patri cum Fílio,
Sancto simul Paráclito,
In sæculórum sæcula. Amen.

℣. Exultábunt Sancti in glória.
℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Ad Benedictus, Antiph. Te gloriósus Apostolórum chorus, te Prophetárum laudábilis númerus, te Mártyrum candidátus laudat exércitus, te omnes Sancti et Elécti voce confiténtur unánimes, beáta Trínitas, unus Deus.

Oratio. Omnípotens.

Ad Tertiam.

Ant. Et omnes Angeli.
Cap. Ecce ego Joánnes.
℟. br. Lætámini.
℣. Exúltent. 20*.

Ad Sextam.

Ant. Redemísti nos.
Capit. Apoc. 7. 9.

Post hæc vidi turbam magnam, quam dinumeráre nemo póterat, ex ómnibus géntibus, et tríbubus, et pópulis, et linguis: stantes ante thronum Dei, in conspéctu Agni, amícti stolis albis, et palmæ in mánibus eórum. ℟. br. Exúltent.
℣. Justi autem. 20*.

Ad Nonam.

Ant. Hymnus ómnibus Sanctis ejus.

Capit. Apoc. 7.12. Benedíctio, et cláritas et sapiéntia, et gratiárum áctio, honor, virtus, et fortitúdo Deo nostro, in sæcula sæculórum. Amen.

℟. br. Justi autem.

℣. Exultábunt. 20*.

In ii. Vesperis Antiph. Vidi turbam magnam, cum reliquis de Laud. Psalm. Dixit Dóminus, cum aliis de Dominica. 189. et loco ult., Ps. Crédidi. 194.

Capit. et Hymnus, ut in i. Vesp.

℣. Exultábunt Sancti in glória.

℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Ad Magnificat, Antiph. O quam gloriósum est regnum, in quo cum Christo gaudent omnes Sancti! amícti stolis albis sequúntur Agnum quocúmque ierit.

Oratio. Omnípotens.

Dicto Benedicámus Dómino, dicuntur Vesper. Defunct. incipiendo ab Ant. Placébo Dómino, quæ integra dicitur ante, et post Psalmum, similiter et aliæ Añæ ad modum Duplicis.

Ps. Diléxi, cum reliq. ut in Vesp. Defunct. 70*. excepto Psalmo Láuda ánima, qui omittitur, et post Pater noster dicitur tant. Oratio Fidélium Deus, cum sua longiori conclusione, et suis ℣℣. ut ibidem notatur.

Si prima die post fest. omnium Sanctor. fuerit Dominica, fit Offic. de ea, ut in Rubrica generali, et Offic. Defunctor. transfertur in seq. Fer. ii.; ita ut post Vesperas Dominicæ dicantur Vesp. Defunctorum. Matutinum vero post Laud. Fer. ii. quæ erit tertia dies infra Octavam.

DIE II. NOVEMBRIS.

Secunda infra Octavam omnium Sanctorum.

Semiduplex.

Post Laudes diei, dicto Benedicámus Dómino, absolute incipitur Ma-

Matinum Defunctorum ab Invitat. cum Psalm. Venite, et tribus Nocturnis, in quibus duplicantur Antiphonæ. Dicitur nonum ℟. Libera me Dómine de morte ætérna.

Ad Laudes similiter duplicantur Antiphona: et in fine Laudum non dicitur Psalm. De profúndis, sed dicto Pater noster, dicuntur Preces, et Oratio Fidélium tantum, ut supra in Vesp.

DIE III. NOVEMBRIS

Tertia infra Octavam Omnium Sanctorum.

Semiduplex.

Vesp. de seq. cum com. ut infra.

DIE IV. NOVEMBRIS.

S. CAROLI Ep. et Conf.

Duplex.

Oratio.

Ecclésiam tuam, Dómine, sancti Cároli Confessóris tui, atque Pontíficis contínua protectióne custódi: ut sicut illum Pastorális sollicitúdo gloriósum réddidit; ita nos ejus intercéssio in tuo semper fáciat amóre fervéntes. Per Dóminum.

Et fit comm. Octavæ. Ant. O quam gloriósū. ℣. Exultábunt sancti. Oratio. Omnípotens.

Deinde B. Helenæ Enselminæ Virg. ii. Ord. Ant. Veni sponsa. ℣. Spécie tua. 29*. Or. Exáudi nos Deus.

Postea SS. Mart. Vitalis et Agricolæ. Ant. Istórum est. ℣. Lætámini. 18*.

Oratio.

Præsta, quæsumus omnípotens Deus: ut qui sanctorum Mártyrum tuórum Vitális, et Agricolæ solémnia cólimus; eórum apud te intercessiónibus adjuvémur. Per Dóminum.

In Laud. fit com. Oct. Ant. Te gloriósus. ℣. Exultábunt sancti. Oratio. Omnípotens.

Deinde B. Hélenæ. Ant. Símile est. ℣. Diffúsa. 31*. Oratio. Exáudi, ut sup.

Postea SS. Martyrum.
Ant. Vestri capilli.
℣. Exúltent justi. 20*.
Oratio. Præsta quæsumus, ut supra.
Vesp. a Capit. de seq. cum commem. ut infra.

DIE V. NOVEMBRIS.

B. RAYNERII
Confess. i. Ordinis.
Duplex.

In Hymno. Méruit suprémos.
Ant. Similábo eum.
℣. Amávit eum.
Oratio. Adésto Dómine, de Communi. 26*.
Et fit comm. S. Caroli.
Ant. Amavit eum.
℣. Justum. 24*.
Orat. Ecclesiam tuam.
Deinde Octavæ.
Ant. O quam gloriósum.
℣. Exultábunt sancti.
Oratio ut in festo.
In Laud. fit com. Oct.
Ant. Te gloriósus.
℣. Exultábunt sancti.
Oratio. Omnípotens:
In ii. Vesp. comm. Oct.
Ant. O quam gloriósum.
℣. Exultábunt sancti.
Orat. Omnípotens sempitérne Deus.

DIE VI. NOVEMBRIS.

Sexta infra Octavam Omnium Sanctorum.
Semiduplex.

Vesp. de seq. cum commemoratione Octavæ.

DIE VII. NOVEMBR.

B. BERNARDINI
A FOSSA Conf. i. Ord.
Duplex.

In Hymno. Méruit suprémos.

Oratio.

Deus, qui beátum Bernardínum Seráphici spíritus ardóre succénsum, ad animárum salútem verbi tui præcónem exímium effecísti: concéde propítius; ut ejúsdem imitatióne, charitátis ópera exercéntes, misericórdiam tuam cónsequi valeámus. Per Dóminum.

Pro commem. Octavæ.
Ant. O quam gloriósū.
℣. Exultábunt sancti.
Oratio. Omnípotens.
In Laud. fit comm. Oct.
Ant. Te gloriósus.
℣. Exultábunt sancti.
Oratio. Omnípotens.

Vesp. a Capit. de seq. die Oct. ut in i. Vesp. festi 707. cum comm. ut infra.

DIE VIII. NOVEMBR.

OCTAVA

Omnium Sanctorum.

Duplex.

Omnia ut in festo. 709. Pro commem. B. Bernardini. Ant. Hic vir. ℣. Justum. 28*. Oratio, ut supra.

Deinde fit commem. SS. Quatuor Coronatorum Martyr. Ant. Istórum. ℣. Exultábunt. 18*.

Oratio.

Præsta, quæsumus omnípotens Deus: ut qui gloriósos Mártyres fortes in sua confessióne cognóvimus; pios apud te in nostra intercessióne sentiámus. Per Dóminum.

In Laud. fit comm. SS. Mar. Ant Vestri capilli. ℣. Lætámini. 20*. Oratio. Præsta quæsumus, ut supra.

Vesp. a Capit. de Dedicat. Basil. SS. Salvat. cum comm. ut infra.

DOMINICA SECUNDA.

PATROCINII

B. MARIÆ VIRGINIS.

Duplex maj.

Omnia ut in Festis B. M. V. per annum. 40*. In fine Ant. ad Magnif. et vii. ℟. ad Matut. dicitur: Tuum sanctum Patrocínium.

Et fit comm. Dominicæ occ. etiam in Laud. et in ii. Vesp.

DIE IX. NOVEMBRIS.

DEDICATIO BASILICÆ

SS. SALVATORIS.

Duplex.

Omnia dicuntur, ut in Communi Dedicationis Ecclesiæ. 35*.

Et fit comm. Octavæ. Ant. O quam gloriósum. ℣. Exultábunt. Oratio. Omnípotens.

Deinde S. Theodori M. Ant. Iste sanctus. ℣. Glória, et honóre 11*.

Oratio.

Deus, qui nos beáti Theodóri Mártyris tui confessióne gloriósa circúmdas, et prótegis: præsta nobis, ex ejus imitatióne proficere,

et oratióne fulcíri. Per Dóminum.
In Laud. fit comm. S. Theodóri Martyris.
Ant. Qui vult.
℣. Justus. 12*.
Oratio, ut supra.
Vesp. a Capit. seq. cum comm. ut infra.

DIE X. NOVEMBRIS.

S. ANDREÆ AVELLINI Confess.

Duplex.

Ant. Similábo.
℣. Amávit eum. 26*.

Oratio.

Deus, qui in corde beáti Andreæ Confessóris tui, per árduum quotídie in virtútibus proficiéndi votum, admirábiles ad te ascensiónes disposuísti: concéde nobis ipsíus méritis, et intercessióne, ita ejúsdem grátiæ partícipes fieri, ut perfectióra semper exequéntes, ad glóriæ tuæ fastígium felíciter perducámur. Per Dom.
Deinde fit comm. præc.
Ant. O quam metuéndus.
℣. Domum tuam. 39*.
Oratio. Deus, qui nobis. 36*.
Postea SS. Mart. Tryphonis, Respicii, et Nymphæ.
Ant. Istórum est.
℣. Lætámini. 18*.

Oratio.

Fac nos, quæsumus Dómine, sanctórum Mártyrum tuórũ Tryphónis, Respícii, et Nymphæ semper festa sectári: quórum suffrágiis, protectiónis tuæ dona sentiámus. Per Dóminum.
In Laud. fit comm. SS. Martyrum.
Ant. Vestri capílli.
℣. Exultábunt. 20*.
Orat. Fac nos, ut supra.
Vesp. a Capit. de seq. cum comm. ut infra.

DIE XI. NOVEMBRIS.

S. MARTINI Episc. et Conf.

Duplex.

IN I. VESPERIS.

(Si integræ dicendæ)
Antiph. Dixérunt discípuli, cum rel. de Laud.
Psalm. Dixit Dóminus,

cum reliquis de Dominica. 189. et loco ult.,
Ps. Laudáte Dóminum omnes 195.
Capit. Hymn. et ℣. de Comm. Conf. Pont. 21*.
Ad Magnificat, Antiph.
O beátum virum, cujus ánima Paradísum póssidet! unde exúltant Angeli, lætántur Archángeli, chorus Sanctórum proclámat, turba Vírginum invítat: Mane nobíscum in ætérnum.

Oratio.

Deus, qui cónspicis, quia ex nulla nostra virtúte subsístimus: concéde propítius; ut intercessióne beáti Martíni Confessóris tui, atque Pontíficis, contra ómnia advérsa muniámur. Per Dñum.
Et fit com. S. Andreæ.
Ant. Hic vir.
℣. Justum. 28*.
Or. Deus, qui in corde, ut supra.
Postea S. Mennæ Mart.
Ant. Iste sanctus.
℣. Glória, et honóre. 11*.
Or. Præsta... ut qui 11*.

AD MATUTINUM.

Invit. Laudémus Deum nostrum,* In confessióne beati Martini.
Ad Laudes, et per Hor.

Antiphona.

Dixérunt discípuli* ad beátum Martínum: Cur nos Pater déseris? aut cui nos desolátos relínquis? invádent enim gregem tuum lupi rapáces.
Ps. Dóminus regnávit, cum reliq. 26.
Ant. Dómine,* si adhuc pópulo tuo sum necessárius, non recúso labórem: fiat volúntas tua.
Antiph. O virum ineffábilem,* nec labóre victum, nec morte vincéndum! qui nec mori tímuit, nec vívere recusávit.
Ant. Oculis, ac mánibus in cœlum semper inténtus, invíctum ab oratióne spíritum non relaxábat, allelúja.
Ant. Martínus* Abrahæ sinu lætus excípitur:

Martínus hic páuper et módicus, cœlum dives ingréditur, hymnis cœléstibus honorátur.
Capit. Ecce Sacérdos.
Hym. Jesu Redémptor.
℣. Justum. 23*.
Ad Benedictus, Antiph. O beátum virum.
Oratio, ut supra.
Et fit com. S. Mennæ.
Ant. Qui odit.
℣. Justus. 12*.
Orat. Præsta ... ut qui.
Ad Horas, Antiph. de Laud. Capitula, et ℟℟. br. ut in Commu. Conf. Pont. 23*
In ii. Vesp. (si integræ vel a Capit. dicendæ) omnia ut in i., sed loco ult., Ps. Meménto. 204.
Ant. ad Magnificat. O beátum Pontíficem, ut infra. Oratio, ut supra, alioquin.
Vesp. de seq. comm. præced. ut infra.

DIE XII. NOVEMBRIS.

S. DIDACI Conf. i. Ord.

Duplex ii. class.

IN I. VESPERIS.

Ant. Beátus Dídacus, cum rel. de Laud. Ps. Dixit Dñus, cum aliis de Dom. 189. et loco ult. Ps. Laudáte Dñum. omnes 195.
Capit. 1. Cor. 1. 26.
Fratres: Vidéte vocatiónem vestram, quia non multi sapiéntes secúndum carnem; non multi poténtes, non multi nóbiles: sed quæ stulta sunt mundi elégit Deus, ut confúndat sapiéntes. Hymnus.

Fallácis undas sæculi,
Mundíque fugit rétia,
Ducénte Christi spíritu,
Primis ab annis Dídacus.
Desérta dum petit loca,
Corpúsque castígat suũ,
Perfúndit illum lárgius
Cœléstis imber grátiæ.
Sublíme mox scandit jugum,
Francísci iter per árduum;
Et sancta per vestígia,
Seque árctius ligat Deo.
Immúnda quidquid áppetit,
Mirátur, et quidquid caro,
Calcat, relínquit, négligit,
Lucrétur ut Christũ sibi.

Jesu, tibi sit glória,
Qui magna solus éfficis,
Cum Patre, et almo Spiritu
Per sæculórum sæcula. Amen.

℣. Ora pro nobis, beáte Dídace.
℟. Ut digni efficiámur.

Ad Magnificat, Antiph. Tanto beátus Dídacus erga Christi páuperes amóre flagrábat, ut cum illórum calamitátes pro voto subleváre non posset, vim lacrymárum profúndens, verbis eos dulcíssimis solarétur.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui dispositióne mirábili, infírma mundi éligis, ut fórtia quæque confúndas: concéde propítius humilitáti nostræ; ut piis beáti Dídaci Confessóris tui précibus ad perénnem in cœlis glóriam sublimári mereámur. Per Dñum.

Et fit comm. S. Martini Episc. et Confess.

Ant. O beátum Pontíficem, qui totis viscéribus diligébat Christum Regem, et non formidábat impérii principátum! o sanctíssima ánima, quam etsi gládius persecutóris non ábstulit, palmam tamen martyrii non amísit!

Oratio. Deus, ut supra.

AD MATUTINUM.

Invit. Deum, qui semper humílium deprecátio plácuit, * Veníte, adorémus.

Psalm. Veníte. 2.

Hymnus.

Inopem canámus Dídacum
Cœli bonis prædívitem,
Húmilem canámus Dídacum
Ad celsa vectum sídera.

Christi potens o déxtera,
Quæ súscitat de púlvere
Egénum et inter príncipes
In sede sublími locat!

En qui relíquit ómnia,
Felix recépit ómnia,
Illústribus miráculis
Late corúscat inclytus.

Corpus flagéllis sæpius
Quod ásperis afflíxerat,
Odóre fragrat plúrimo,
Et membra sanat lánguida.
Summo Patri sit lúminum,
Natóque Patris glória,
Et cum beáto Spíritu,
Cunctis in ævum sæculis. Amen.

Ad Laud., et per Horas
Antiphonæ

Beátus Dídacus * stádium virtútis ingréssus, carnem suam labóribus et flagéllis, vigíliis ac jejúniis edomábat.

Ps. Dóminus regnávit, cum reliq. 26.

Ant. Oratióni semper inténtus,* Dei collóquio júgiter fruebátur.

Antiph. In schola oratiónis* divínitus erudítus, de rebus cœléstibus sensus miríficos proferébat.

Ant. Ad Insulas Canárias missus, infidéles multos ad Christi fidem verbo, atque exémplo perdúxit.

Antiph. Omnes in servo Dei * copiósum charitátis spíritum, et singulárem apud Deum grátiam agnoscébant.

Capit. Fratres: Vidéte.

Hymnus.

Mundi Redémptor óptime,
Qui morte mortem déstruis,
Tuam Crucem sanctíssimam
Omnes ad astra tóllimus.
Diléxit illam Dídacus,
Amóre dulci sáucius,
Illámque post te fórtiter
Consors triúmphi sústulit.
Carnem rebéllem cómprimens,
Escam malórum péssimam
Sensúsque confíxit, tuæ
Tecū ipse confixus Cruci.
Tandem ad beáta præmia
Athléta fortis évolans,
Suávi sopóre sólvitur
Charæ Crucis complé-xibus.

Te, Christe clementíssime,
Véniam precámur súpplices,
Tu pro tuis fidélibus
Audi precántem Dídacum. Amen.

℣. Ora pro nobis, beáte Dídace.
℟. Ut digni.

Ad Benedictus, Antiph. Ad beáti Dídaci corpus surdi áudiunt, muti loquúntur, paralytici sanántur, ab obséssis corpóribus dæmones expellúntur, ægróti ad vitam ab ipso mortis límine revocántur.

Oratio. Omnípotens, ut supra.

Ad Tertiam.

Ant. Oratióni semper inténtus.

Capit. Fratres: Vidéte.
℟. br. Amávit eum.
℣. Os justi. 28*.

Ad Sextam.

Ant. In schola oratiónis.

Capit. 1. Cor. 1. 30.

Ex ipso autem vos estis in Christo Jesu, qui factus est nobis sapiéntia a Deo, et justítia, et sanctificátio, et redémptio: ut quemádmodum scriptum est: Qui gloriátur, in Dómino gloriétur.

℟. br. Os justi.
℣. Lex Dei ejus. 28*.

Ad Nonam.

Antiph. Omnes in servo Dei.

Capit. 1. Cor. 2. 2.

Non enim judicávi me scire áliquid inter vos, nisi Jesum Christum, et hunc crucifíxum.

℟. br. Lex Dei ejus.
℣. Justum. 28*.

In ii. Vesper. omnia ut in primis.

Ad Magnificat, Antiph. Beátus Dídacus, dum tempus suæ resolutiónis instáret, Crucem ampléxus, et osculátus, atque óculis in vitále lignum defíxis, et verba illa magno afféctu pronúntians: Dulce lignum, dulces clavos, dúlcia ferens póndera, quæ sola fuísti digna portáre Regem cœló-

rum, et Dóminum, sanctam Deo ánimam réddidit.
Oratio, ut supra.
Deinde commem. seq.

DIE XIII. NOVEMBR.

S. MARTINI Papæ et Martyris.
Semiduplex.

Ant. Iste sanctus. 11*.
℣. Glória, et honóre.
Orat. Deus, qui nos. 11*
Vesp. seq. comm. præc.

DIE XIV. NOVEMBR.

B. GABRIELIS FERRETTI Conf. i. Ordin.
Duplex.

In Hymno Méruit suprémos.

Oratio.

Deus, qui a sede majestátis tuæ humília benígnus réspicis, et alta a longe cognóscis: concéde fámulis tuis; ut beáti Gabriélis Confessóris tui méritis et exémplo mundi vanitátem ac sæculi desidéria abnegántes, promíssa humilibus præmia cónsequi mereámur. Per Dóminum.

Pro comm. S. Martini.
Ant. Qui vult.
℣. Justus. 13*.
Oratio. Deus, qui nos, ut supra.
Vesp. a Capit. de seq. cum comm. præc.

DIE XV. NOVEMBR.

S. GERTRUDIS Virg.
Duplex. Oratio.

Deus, qui in corde beátæ Gertrúdis Vírginis, jucúndam tibi mansiónem præparásti: ipsíus méritis et intercessióne, cordis nostri máculas cleménter abstérge; et ejúsdem tríbue gaudére consórtio. Per Dñum.

Pro com. B. Gabrielis.
Ant. Hic vir.
℣. Justum. 28*.
Orat. Deus, qui a sede.
Vesp. de seq. cum com. præced.

DIE XVI. NOVEMBR.

S. AGNETIS Virg. Assisiens. ii. Ord. Germanæ Sororis S. Claræ.
Duplex maj.
Oratio.

Dómine Jesu Christe, qui beátam Agné-

tem multis Virgínibus Evangélicæ perfectiónis exémplum et ducem præposuísti : da quæsumus ; ut spíritus ille Seráphicus, quem sapiénter dócuit, ac sanctitátis exémplis mirífice confirmávit, purus in nobis júgiter persevéret: Qui vivis.

Et fit commem. S.Gertrudis. Ant. Simile est.

℣. Diffúsa. 31*

Or. Deus, qui in corde.

In ii. Vesp. fit comm. sequentis,

DIE XVII. NOVEMBR.

B. SALOMEÆ Virg. ii. Ordinis.

Duplex.

Ant. Símile est.

℣. Spécie tua. 31*.

Oratio.

Deus, qui in beáta Salómea terréni regni contémptum cum virginitátis candóre in connúbio sociásti: concéde nobis, quæsumus; ut ejus exémplo tibi casto et húmili corde serviéntes, immarcescíbilem corónam glóriæ in cœlis cónsequi mereámur. Per Dñum.

Vesp. a Capit. de seq. cum comm. præced.

DIE XVIII. NOVEMB.

DEDICATIO BASILICARUM

Ss. Petri et Pauli Ap.

Duplex.

Omnia de Communi Dedicat. Eccles. 35*.

Pro com. B. Salomeæ. Ant. Veni sponsa.

℣. Diffúsa. 32*.

Oratio, ut supra.

Vesp. de seq. cum com. præc. tantum.

(Apud Moniales iii. Ordinis Vesp. seq. sine commem.).

DIE XIX. NOVEMBR.

S. ELISABETH Viduæ iii. Ord.

Dupl. ii. classis.

(Apud Tertiarias Dupl. i. classis cum Octava).

Omnia de Comm. nec Virg. nec Mart. præter sequentia.

In utrisque Vespéris et Laud. ℣. Ora pro nobis, beáta Elisabeth.

℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Oratio.

Tuórum corda fidélium, Deus misérator, illústra; et beátæ Elísabeth précibus gloriósis, fac nos próspera mundi despícere; et cœlésti semper consolatióne gaudére. Per Dóminum.

Et fit comm. Dedicat. (quæ apud Tertiarias omittitur). Ant O quam. ℣. Domum tuam. 39*. Or Deus qui nobis 36.*

In Laud. fit comm. S. Pontiani Pap. et Mart. (quæ omittit. apud Tertiarias). Ant. Qui odit. ℣. Justus. 12*.

Oratio Infirmitátem.

In ii. Vesperis fit com. sequentis.

DIE XX. NOVEMBRIS.

S. FELICIS DE VALOIS Confessoris.

Duplex.

Ant. Similábo eum. ℣. Amávit. 26*.

Oratio.

Deus, qui beátum Felícem Confessórem tuum ex erémo ad munus rediméndi captívos cœlitus vocáre dignátus es: præsta, quæsumus; ut per grátiam tuam ex peccatórum nostrórum captivitáte, ejus intercessióne liberáti, ad cœléstem pátriam perducámur. Per Dom.

Vesp. de seq. cum com. præced.

DIE XXI. NOVEMBR.

PRÆSENTATIONIS B. MARIÆ VIRGINIS.

Duplex maj.

Omnia ut in Festis B M. V. per annum 40*.

In utrisque Vesperis

Ad Magnificat, Antiph. Beáta Dei Génitrix María, Virgo perpétua, templum Dómini, sacrárium Spíritus sancti, sola sine exémplo placuísti Dómino nostro Jesu Christo, allelúja.

Oratio.

Deus, qui beátam Maríam semper Vírginem, Spíritus sancti habitáculum, hodiérna die in templo præsentári voluísti: præsta quæsumus; ut ejus in-

tercessióne, in templo glóriæ tuæ presentári mereámur. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus.

Et fit comm. S. Felicis.

Ant. Hic vir.

℣. Justum. 28*.

Oratio, ut supra.

In ii. Vesp. fit com. seq.

DIE XXII. NOVEMBR.

S. CÆCILIÆ

Virginis et Martyris.

Duplex.

IN I. VESPERIS.

(Si integræ dicendæ) Ant. Cantántibus órganis cum reliq. de Laudibus; Psalmi ut in Festis B. M. V. per annum. 40*. Reliqua hic non propria de Comm. Virg. et Martyris. 29*.

Ad Magnificat, Antiph. Est secrétum, Valeriáne, quod tibi volo dícere: Angelum Dei hábeo amatórem, qui nímio zelo custódit corpus meum.

℣. Specie tua.

Oratio.

Deus, qui nos ánnua beátæ Cæcíliæ Vírginis, et Mártyris tuæ solemnitáte lætíficas: da; ut quam venerámur officio, etiam piæ conversatiónis sequámur exémplo. Per Dóminum.

Ad Laudes, et per Hor. Antiphona.

Cantántibus órganis,* Cæcília Dómino decantábat, dicens: Fiat cor meum immaculátũ, ut non confúndar.

Ps. Dóminus regnávit, cum reliq. 26.

Ant. Valeriánus* in cubículo Cæcíliam cũ Angelo orántem invénit.

Antiph. Cæcília fámula tua,* Dómine, quasi apis tibi argumentósa desérvit.

Ant. Benedíco te Pater Dómini mei Jesu Christi, quia per Filium tuũ ignis extínctus est a látere meo.

Ant. Triduánas a Dómino* popósci indúcias, ut domum meam Ecclésiam consecrárem.

Ad Benedictus, Antiph. Dum auróra finem da-

ret, Cæcília exclamávit, dicens: Eja, mílites Christi, abjícite ópera tenebrárum, et induímini arma lucis.

Oratio, ut supra.

In ii. Vesp. Ant. et Psal. ut in i., a Capitulo de seq. cum com. ut infra.

DIE XXIII. NOVEMB.

S. CLEMENTIS

Papæ et Martyris.

Duplex.

IN I. VESPERIS.

(Si integræ dicendæ)

Ant. Oránte sancto Cleménte, cū rel. de Laud., Psalmi et alia hic non propria de Communi unius Mart. 10*.

Ad Magnificat, Antiph. Orémus omnes ad Dóminū Jesum Christum, ut Confessóribus suis fontis venam apériat.

Oratio.

Deus, qui nos ánnua beáti Cleméntis Mártyris tui, atque Pontíficis solemnitáte lætíficas: concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, virtútem quoque passiónis imitémur. Per Dóm.

Deinde fit commem. S. Cæcíliæ.

Antiph. Virgo gloriósa semper Evangéliū Christi gerébat in péctore suo, et non diébus, neque nóctibus a collóquiis divínis, et oratióne cessábat.

℣. Diffúsa.

Oratio, ut supra.

Postremo S. Felicitatis Martyris.

Ant. Símile est.

℣. Specie tua. 31*.

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut beátæ Felicitátis Mártyris tuæ solémnia recenséntes, méritis ipsíus protegámur, et précibus. Per Dóminum.

Ad Laudes, et per Horas Antiphona.

Oránte sancto Cleménte, * appáruit ei Agnus Dei.

Ps. Dóminus regnávit, cum reliq. 26.

Ant. Non meis méritis* ad vos me misit Dóminus, vestris corónis partícipem fieri.

Ant. Vidi supra montem* Agnum stantem, de sub cujus pede fons vivus emánat.
Ant. De sub cujus pede fons vivus emánat: flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei.
Ant. Omnes gentes* per gyrū credidérunt Christo Dómino
Ad Benedictus, Antiph. Cum iter ad mare cœpisset, pópulus voce magna clamábat: Dómine Jesu Christe, salva illum: et Clemens cum lácrymis dicébat: Súscipe, Pater, spíritum meum.
Oratio. Deus, qui nos ánnua, ut supra.
Et fit commem. S. Felicitatis. Ant. Date ei. ℣. Diffúsa. 34*.
Orat Præsta quæsumus.
In ii. Vesper. (si integræ dicendæ) omnia ut in primis cum Psalmo Crédidi. 194. ℣. Justus. Antiph. ad Magnificat. Dedísti Dómine ut infra, alioquin Vesp. a Capit. de seq. comm. præc. et S. Chrysogoni ut infra.

DIE XXIV. NOVEMB.

S. JOANNIS A CRUCE Confessoris.

Duplex.

In Hymno. Méruit suprémos.

Oratio.

Deus, qui sanctum Joánnem Confessórem tuum perféctæ sui abnegatiónis, et crucis amatórem exímium effecísti: concéde; ut ejus imitatióni júgiter inhæréntes, glóriam assequámur ætérnam. Per Dóminum.

Deinde fit com. S. Cleméntis Papæ, et Mart. Ant. Dedísti, Dómine, habitáculū Mártyri tuo Cleménti in mari, in modum templi marmórei, Angélicis mánibus præparátum, iter præbens pópulo terræ, ut enárrent mirabília tua.
℣. Justus ut palma.
Orat. Deus, qui nos ánnua B. Cleméntis ut sup.
Postea S. Chrysogoni Martyris.

Ant. Iste sanctus.
℣. Glória, et honóre. 11*
Oratio.
Adésto, Dómine, supplicatiónibus nostris: ut qui ex iniquitáte nostra reos nos esse cognóscimus, beáti Chrysógoni Mártyris tui intercessióne liberémur. Per Dóminum.
In Laud. fit commemorat. S. Chrysogoni Martyris.
Ant. Qui odit.
℣. Justus. 12*.
Oratio. Adésto Dñe.
Vesp. a Capit. de seq. cum comm. præc.

DIE XXV. NOVEMB.
S. CATHARINÆ Virg. et Martyris.
Duplex. Oratio.
Deus, qui dedísti legem Móysi in summitáte montis Sinai, et in eódem loco per sanctos Angelos tuos corpus beátæ Catharínæ Vírginis, et Mártyris tuæ mirabíliter collocásti: præsta quæsumus; ut ejus méritis, et intercessióne, ad monte͂, qui Christus est, perveníre valeámus: Qui tecū vivit et regnat.
Et fit com. S. Joannis.
Ant. Hic vir.
℣. Justum. 28*.
Oratio, ut supra.
Vesp. de seq. cum com. ut infra.

DIE XXVI. NOVEMB.
B. LEONARDI A PORTU-MAURITIO Confess. i. Ordinis.
Duplex maj.
IN I. VESPERIS.
Hymnus.
Dum tuas festo redeúnte laudes
Pérsonat plaudens, Leonárde, templum,
Tu, beatórum méritus corónam,
Mitis adésto.
Quippe te primo píetas ab ævo
Fovit adspírans, animúmque rexit:
Ardor ingéssit súperam tenéllo
Péctore flammam.
Nil nisi purum tibi ridet ultra,
Nil nisi sanctum cupis æmulári,

Cuncta viléscunt: vólitas erémi
Lætus ad umbram.
Hic Deo vivens, mácie, flagéllis
Corpus infórmas crucis ad palæstram;
Ac preces veri stúdio remíscens
Tendis in astra.
Sæpe tu nostrum fácinus piánti
Cóndoles Christo, lácrymas et inter
Grátiæ vivam látere ex apérto
Elicis undam.
Quam pio supplex colis usque ritu,
Alma se monstrat tibi Virgo matrem;
Membra si lánguent, procul arcet acres
Próvida morbos.
Voce concórdi polus atque terra
Cánticum solvant Tríadi perénne,
Mente quæ totum sapiénter æqua
Témperat orbem. Am.
℣. Amávit eum Dñus.
Ad Magnificat, Antiph. Quasi sol illúminans per ómnia respéxit, et glória Dómini plenum fuit ministérium ejus.

Oratio.

Deus, qui ad obstináta peccatórum corda per evangélicam prædicatiónem ad pœniténtiam flecténda, beátum Leonárdum Confessórē tuum admirábili sanctitáte, et invícto dicéndi róbore suscitásti; da quæsumus; ut contritiónis lácrymas, ad quas ob durítiam cordis nostri permovéri non póssumus, per ejus preces ac mérita consequámur. Per Dñum.

Deinde fit commem. S. Catharinæ.
Ant. Veni sponsa.
℣. Diffúsa. 32*.
Oratio, ut supra.
Postea S. Petri Alexandrini Episc. et Mart.
Ant. Iste sanctus.
℣. Glória et honóre. 11*.
Oratio. Infirmitátem.

AD MATUTINUM.

Hymnus. Dum tuas festo, etc. ut supra.

AD LAUDES.

Hymnus.

Italæ passim properáte gentes:
Ecce desérto Leonárdus exit:
Númine afflátus, pópuli salútem
Spirat ab ore.
Igne fratérnæ pietátis ardens
Currit hac illac generósus heros:
Cogit errántes, docet imperítos
Firmat inérmes.
Fantis ad vocem gemit omne pectus,
Et dolor tristi rigat ore fletu:
Rura mutántur, scélerũ frequéntes
Pœnitet urbes.
Ulla nec tarda fácies perícli;
Quidquid obsístat, ruit ille victor;
Pábulum vitæ míseris in omnem
Pórrigit horam.
Qua Sacrum diva jacit arte semen,
Magna virtútis monuménta surgunt;
Cháritas ardet, níveo Fidésque
Splendet amíctu.
Nunc et excélsa résidens in arce,
Lúmine adspécta pátriam benígno;
Dira nec fructum sinit ut labóris
Monstra profánent.
Voce concórdi polus atque terra
Cánticum solvant Triádi perénne,
Mente quæ totum sapiénter æqua
Témperat orbem. Am.

℣. Justum dedúxit.

Ad Benedictus, Antiph. Dedit illi Dóminus fortitúdinem, et usque in senectútem permánsit illi virtus, ut ascénderet in excélsum locum, et obtínuit hæreditátẽ ejus.

Oratio, ut supra.

Et fit commem. S. Petri Alexandrini Episc. et M. Ant. Qui odit. ℣. Justus. 12*. Oratio. Infirmitátem.

Vesp. a Capit. de seq. comm. ut infra.

DIE XXVII. NOVEMB.
B. DELPHINÆ Virginis iii. Ordinis.
Duplex maj.
Oratio.

Deus, qui beátā Delphínam fámulam tuam, inter cétera virtútum insígnia, virginá-li pudicitia in conjúgio decorásti: concéde propítius; ut cujus sacra solémnia celébriter venerámur in terris, ejus beáta consórtia felíciter consequámur in cœlis. Per Dóminum.

Deinde fit commem. B. Leonardi.

Ant. **Corona fratrum circa illum quasi rami palmæ stetérunt omnes. Et ipse quasi olíva púllulans, et quasi cypréssus se extóllens, accépit a Dómino stolam glóriæ in consummatiónem virtútis.**

℣. **Justum.**
Oratio, ut supra.
Postea Feriæ si venerit in Adventu.
Postremo B. Raymundi Lulli Mart. iii. Ord.
Ant. **Iste sanctus.**
℣. **Glória et honóre. 11***
Oratio.

Deus, qui beátū Raymúndum Mártyrem tuum animárum zelo, ac fídei dilatándæ stúdio decorásti: concéde nobis fámulis tuis; ut ipsíus précibus et intercessióne, fidem, quam tua grátia suscépimus, ad mortem usque teneámus. Per Dñum.

In Laud. fit com. Feriæ in Adventu.
Deinde B. Raymundi,
Ant. **Qui odit.**
℣. **Justus. 12*.**
Oratio, ut supra.
Vesp. seq. cum comm. præc. et Feriæ in Adventu.

DIE XXVIII. NOVEMB.
S. JACOBI DE MARCHIA Conf. i. Ordinis.
Duplex ii. classis.
In utrisq. Vesp. et Laud.
℣. **Ora pro nobis.**
℟. **Ut digni etc.**
Oratio.

Deus, qui ad animárum salútem, et peccatóres e vitiórum

cœno ad viam virtútis revocándos, beátum Jacóbum Confessórem tuum Evangélii præcónem exímium effecísti: concéde propítius; ut ejus intercessióne, a peccátis ómnibus expiáti, vitam consequámur ætérnam. Per Dñum.

Deinde fit commem. B. Delphinæ.

Ant. Veni sponsa.

℣. Diffúsa. 32*.

Oratio, ut supra.

Et fit comm. Feriæ in Adventu etiam in Laud. Vesp. de seq. festo omn. Sanctor. comm. præc. et Feriæ in Adventu.

AD COMMODITATEM.

DE ALIQUIBUS COMMUNIBUS SANCTORUM

DE COMMUNI APOSTOLORUM.

AD MATUTINUM.
Hymnus.

Ætérna Christi múnera,
Apostolórum glóriam,
Palmas et hymnos débitos
Lætis canámus méntibus.
Ecclesiárum Príncipes,
Belli triumpháles Duces,
Cœléstis aulæ mílites,
Et vera mundi lúmina.
Devota Sanctórum Fides,
Invícta Spes credéntium,
Perfécta Christi Cháritas
Mundi Tyránnum cónterit.
In his Patérna glória,
In his triúmphat Fílius
In his volúntas Spíritus,
Cœlum replétur gáudio.
Patri, simulque Fílio,
Tibíque sancte Spíritus,
Sicut fuit, sit júgiter
Sæclum per omne glória. Amen.

In i. Nocturno.

Psalmus. Cœli enárrant. 21.
Psal. Benedícam Dóminum. 77.
Psalm. Eructávit cor meum. 98.

In ii. Nocturno.

Psalm. Omnes gentes pláudite. 100.
Psal. Exáudi Deus deprecatiónem. 115.
Psal. Exáudi Deus oratiónem. 116.

In iii. Nocturno.

Psal. Confitébimur tibi Deus. 133.
Ps. Dóminus regnávit, exúltet. 159.
Ps. Dóminus regnávit irascántur. 165.

AD MATUTINUM.
Hymnus.

Christo profúsum sánguinem,
Et Mártyrum victórias,
Dignámque cœlo láureā
Lætis sequámur vócibus.

Terróre victo sæculi,
Pœnísque spretis córporis,
Mortis sacræ compéndio
Vitam beátā póssident.

Tradúntur igni Mártyres,
Et bestiárum déntibus:
Armáta sævit úngulis
Tortóris insani manus.

Nudáta pendent víscera
Sanguis sacrátus fúnditur;
Sed permánent immóbiles
Vitæ perénnis grátia.

Te nunc, Redémptor, quæsumus
Ut Mártyrum consórtio
Jungas precántes sérvulos
In sempitérna sæcula.
Amen.

In i. Nocturno.

Psal. Beatus vir. 5.
Psalm. Quare fremuérunt. 5.
Psal. Dómine quid multiplicati. 6.

In ii. Nocturno.

Psal. Dómine quis habitábit. 14.
Psal. Consérva me. 15.
Psal. Dñi est terra. 45.

In iii. Nocturno.

Psal. Exultáte justi. 76.
Psal. Benedícam. 77.
Psal. Deus noster refúgium. 99.



AD MATUTINUM.

Hymnus.

Vírginis Proles, Opiféxque Matris,
Virgo quem gessit, peperítque Virgo:
Vírginis partos cánimus decóra
Morte triúmphos.

Hæc enim palmæ dúplicis beáta
Sorte, dum gestit frágilem domáre
Córporis sexum, dómuit cruéntum
Cæde tyrannum.

Unde nec mortem, nec amíca mortis
Mille pœnárum génera expavéscens
Sánguine effúso méruit serénum
Scándere cœlum

Hujus orátu, Deus alme, nobis
Débitas pœnas sceléru remítte;
Ut tibi puro resonémus álmum
Péctore carmen.

Sit decus Patri, genitæque Proli,
Et tibi compar utriúsque virtus
Spíritus semper, Deus unus omni
Témporis ævo. Amen.

DE COMMUNI DEDICATIONIS ECCLESIÆ.

AD MATUTINUM.

Invit. Domum Dei decet sanctitudo: * Sponsum ejus Christum adorémus in ea.

Hymnus Cœlestis Urbs Jerusalem 35.*

In i. Nocturno.

Psal. Dñi est terra. 45.
Psal. Deus noster refúgium. 99.
Psal. Magnus Dñus 101.

In ii. Nocturno.

Psal. Quam dilécta. 149.
Ps. Fundaménta ejus 152
Psal. Dñe Deus salútis meæ. 152.

In iii. Nocturno.

Psal. Qui habitat in adjutório. 225.
Psal. Cantáte Dómino... cantáte. 158.
Psal. Dóminus regnávit, irascántur. 165.

COMMUNE

SANCTORUM

IN VIGILIIS
Apostolorum.

Off. fit de Feria, ut dictum est in Rubr. gener. Breviarii excepta Oratione quæ in propriis locis notatur.

COMMUNE
APOSTOL. ET EVANGEL.

Ad Vesperas, Antiph.

Hoc est præcéptum cum rel. de Laud. 2.* Psalm. Díxit Dñs, cum reliq. de Dom. 189. et loco ultimi Ps. Laudáte Dóminum omnes Gentes. 195.

Capit. Ephes. 2. 19.

Fratres, jam non estis hóspites, et ádvenæ: sed estis cives Sanctórum, et doméstici Dei: superædificáti super fundaméntum Apostolórum, et Prophetárum, ipso summo angulári lápide Christo Jesu. ℟. Deo grátias.

Hymnus.

Exúltet orbis gáudiis
Cœlum resúltet láudibus:
Apostolórum glóriam
Tellus, et astra cóncinunt.
Vos sæculórum Júdices.
Et vera mundi lúmina,
Votis precámur córdium,
Audite voces súpplicum.
Qui templa cœli cláuditis,
Seràsque verbo sólvitis,
Nos a reátu nóxios
Solvi jubéte, quæsumus.
Præcépta quorum prótinus,
Languor, salúsque séntiunt:

Sanáte mentes lánguidas:
Augéte nos virtútibus.
Ut, cum redíbit Arbiter
In fine Christus sæculi,
Nos sempitérni gáudii
Concédat esse cómpotes.
Patri, simúlque Fílio,
Tibíque sancte Spíritus,
Sicut fuit, sit júgiter
Sæclum per omne glória. Amen.

℣. In omnem terram exívit sonus eórum.
℟. Et in fines orbis terræ verba eórum.

Ad Magníficat, Antiph. Tradent enim vos in concíliis, et in synagógis suis flagellábunt vos, et ante Reges, et Præsides ducémini propter me, in testimónium illis, et Géntibus.

Oratio propria.

Ad Laud., et per Horas. Antiphona.

Hoc est præcéptum meum, * ut diligátis ínvicem, sicut diléxi vos.

Psal. Dóminus regnávit cum reliq. 26.

Ant. Majorem charitátem * nemo habet, ut ánimam suam ponat quis pro amícis suis.

Antiph. Vos amíci mei estis, * si fecéritis, quæ præcípio vobis, dicit Dóminus.

Ant. Beáti pacífici, * beáti mundo corde; quóniam ipsi Deum vidébunt.

Ant. In patiéntia vestra * possidébitis ánimas vestras.

Capitul. Fratres, jam non estis hóspites.

Hymn. Exúltet orbis gáudiis, 1*.

℣. Annuntiavérunt ópera Dei. ℟. Et facta ejus intellexérunt.

Ad Benedictus, Ant. Vos, qui reliquístis ómnia, et secúti estis me, céntuplum accipiétis, et vitam ætérnam possidébitis.

Ad Tertiam, Antiph. Majórem charitátem.

Capitul. Fratres, Jam non estis 1*

℟. br. In omnem terram, * Exívit sonus eórum. In omnem.
℣. Et in fines orbis terræ verba eórum. Exívit. Glória Patri. In omnem.
℣. Constítues eos príncipes super omnem terram. ℟. Mémores erunt nóminis tui, Dñe.

Ad Sextam, Antiph.
Vos amíci mei estis.

Capit. Act. 5. 12.
Per manus autem Apostolórum fiébant signa, et prodígia multa in plebe.

℟. brev. Constítues eos príncipes, * Super omnem terram. Constítues.
℣. Mémores erunt nóminis tui Dñe. Super. Glória. Constítues.
℣. Nimis honoráti sunt amíci tui Deus.
℟. Nimis confortátus est principátus eórum.

Ad Nonam, Antiph.
In patiéntia vestra.

Capit. Act. 5. 41.
Ibant Apóstoli gaudéntes a conspéctu concílii, quóniam digni hábiti sunt pro nómine Jesu contuméliam pati.

℟. br. Nimis honoráti sunt, * Amíci tui Deus. Nimis. ℣. Nimis confortátus est principátus eórum. Amíci. Glória Patri. Nimis. ℣. Annuntiavérunt ópera Dei.
℟. Et facta ejus intellexérunt.

In secundis Vesp. Ant.
Jurávit Dóminus, * et non pœnitébit eum: Tu es sacérdos in ætérnum.

Psalmus 109.
Dixit Dóminus Dómino meo: * Sede a dextris meis.
Donec ponam inimícos tuos, * scabéllum pedum tuórum.
Virgam virtútis tuæ emíttet Dóminus ex Sion: * domináre in médio inimicórum tuórum.
Tecum princípium in die virtútis tuæ in splendóribus sanctórum: * ex útero ante lucíferum génui te.
Jurávit Dóminus, et non pœnitébit eum: * Tu es sacérdos in ætér-

num secúndum órdinem Melchísedech.
Dóminus a dextris tuis, * confrégit in die iræ suæ reges.
Judicábit in natiónibus implébit ruínas: * conquassábit cápita in terra multórum.
De torrénte in via bibet: * proptérea exaltábit caput.
Ant. Jurávit Dóminus, et non pœnitébit eum: Tu es sacérdos in ætérnum.
Antiph. Cóllocet eum * Dóminus cum princípibus pópuli sui.

Psalmus 112.

Laudáte púeri Dóminum: * laudáte nomen Dómini.
Sit nomen Dómini benedíctum, * ex hoc nunc, et usque in sæculum.
A solis ortu usque ad occásum, * laudábile nomen Dómini.
Excélsus super omnes Gentes Dóminus: * et super cœlos glória ejus.
Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat, * et humília réspicit in cœlo, et in terra?
Suscitans a terra ínopem, * et de stércore érigens pàuperem
Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli sui.
Qui habitáre facit stérilem in domo, * matrem filiórum lætántem.
Ant. Còllocet eum Dóminus, cum princípibus pópuli sui.
Ant. Dirupísti, Dñe, víncula mea, tibi sacrificábo hóstiam láudis.

Psalmus 115.

Crédidi propter quod locútus sum: * ego áutem humiliátus sum nimis.
Ego dixi in excéssu meo: * Omnis homo mendax.
Quid retríbuam Dómino, * pro ómnibus, quae retríbuit mihi?
Cálicem salutáris accípiam: * et nómen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam corám omni pópulo ejus: * pretiósa in conspéctu Dómini mors sanctórum ejus.
O Dómine, quia ego servus tuus: * ego servus tuus, et filius ancíllæ tuæ.
Dirupísti víncula mea:* tibi sacrificábo hóstiam láudis, et nomen Dómini invocábo.
Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pópuli ejus: * in átriis domus Dómini, in médio tui Jerúsalem.
Ant. Dirupísti, Dómine, víncula mea: tibi sacrificábo hóstiam láudis.
Ant. Eúntes ibant,* et flebant, mitténtes sémina sua.

Psalmus 125.

In converténdo Dóminus captivitátem Sion: * facti sumus sicut consoláti.
Tunc replétum est gáudio os nostrum: * et lingua nostra exultatióne.
Tunc dicent inter Gentes: * Magnificavit Dóminus fácere cum eis.
Magnificávit Dóminus fácere nobiscum: * facti sumus lætántes.
Convérte, Dómine, captivitátem nostram: * sicut torrens in Austro.
Qui séminant in lácrymis, * in exultatióne metent.
Eúntes ibant, et flebant, * mitténtes sémina sua.
Veniéntes autem vénient cum exultatióne, * portántes manípulos suos.
Ant. Eúntes ibant, et flebant, mitténtes sémina sua.
Ant. Confortátus est * principátus eórum, et honoráti sunt amíci tui Deus.

Psalmus 138.

Dómine probásti me, et cognovísti me: * tu cognovísti sessiónem meam, et resurrectiónem meam.
Intellexísti cogitatiónes meas de longe: * sémitam meam, et funícu-

lum meum investigásti.
Et omnes vias meas prævidísti, * quia non est sermo in lingua mea.
Ecce, Dómine, tu cognovísti ómnia, novíssima, et antíqua: * tu formásti me, et posuísti super me manum tuam.
Mirábilis facta est sciéntia tua ex me: * confortáta est, et non pótero ad eam.
Quo ibo a spíritu tuo? * et quo a fácie tua fúgiam?
Si ascéndero in cœlum tu illic es: * si descéndero in inférnum, ades.
Si súmpsero pennas meas dilúculo * et habitávero in extrémis maris.
Etenim illuc manus tua dedúcet me: * et tenébit me déxtera tua.
Et dixi: Fórsitan ténebræ conculcábunt me: * et nox illuminátio mea in delíciis meis.
Quia ténebræ non obscurabúntur a te, et nox sicut dies illuminábitur: * sicut ténebræ ejus, ita et lumen ejus.
Quia tu possedísti renes meos: * suscepísti me de útero matris meæ.
Confitébor tibi, quia terribíliter magnificátus es: * mirabília ópera tua, et ánima mea cognóscit nimis.
Non est occultátum os meum a te, quod fecísti in occúlto: * et substántia mea in inferióribus terræ.
Imperféctum meum vidérunt óculi tui: et in libro tuo omnes scribéntur: * dies formabúntur, et nemo in eis.
Mihi áutem nimis honorificáti sunt amíci tui, Deus: * nimis confortátus est principátus eórum.
Dinumerábo eos, et super arénam multiplicabúntur: * exurréxi, et adhuc sum tecum.
Si occíderis Deus peccatóres: * viri sánguinum declináte a me.
Quia dícitis in cogita-

tióne : * Accípient in vanitáte civitátes tuas.

Nonne qui odérunt te, Dómine, óderam : * et super inimícos tuos tabescébam?

Perfecto ódio óderam illos: * et inimíci facti sunt mihi.

Proba me Deus, et scito cor meum: * intérroga me, et cognósce sémitas meas.

Et vide, si via iniquitátis in me est, * et deduc me in via ætérna.

Antiph. Confortátus est principátus eórum, et honoráti sunt amíci tui Deus.

Capit. Fratres, jam non estis. 1*

Hymnus, Exultet orbis gáudiis. 1*

℣. Annuntiavérunt ópera Dei.

℟. Et facta ejus intellexérunt.

Ad Magnificat, Antiph. Estóte fortes in bello,* et pugnáte cum antíquo serpénte: et accipiétis regnum ætérnum, allelúja.

COMMUNE

APOSTOL. ET EVANGEL. temp. Pasch.

Ad Vesperas. Antiph. Sancti tui. cum reliq. de Laudib. ut infra. Psal. Dixit Dñs, cum reliq. de Dom. 189. et loco ult. Psal. Laudáte Dóminum omnes Gentes. 195.

Capit. Sap. 5.

Stabunt justi in magna constántia advérsus eos, qui se angustiavérunt, et qui abstulérunt labóres eórum.

Hymnus.

Tristes erant Apóstoli
De Christi acérbo fúnere,
Quem morte crudelíssima
Servi necárant ímpii.
Sermóne verax Angelus
Muliéribus prædixerat:
Mox ore Christus gáudium
Gregi feret Fidélium.
Ad ánxios Apóstolos
Currunt statim dum núntiæ,

Illæ micántis óbvia.
Christi tenent vestigia
Galilaeæ ad alta móntium
Se cónferunt Apóstoli:
Jesúque, voti cómpotes,
Almo beántur lúmine.
Ut sis perénne méntibus
Paschále Jesu gáudium,
A morte dira críminum
Vitæ renátos líbera.
Deo Patri sit glória,
Et Fílio, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito
In sempitérna sæcula.
Amen.

Sic terminantur omnes Hymni ejusdem metri usque ad Ascensionem exclusive.

Ab Ascensione autem usque ad Pentecosten, loco supradicti Versus dicatur sequens:

Jesu, tibi sit gloria,
Qui victor in caelum redis,
Cum Patre, et almo Spíritu,
In sempitérna saecula.
Amen.

℣. Sancti, et justi in Dómino gaudéte, allel.
℟. Vos elégit Deus in hæreditátem sibi, allel.

Ad Magnificat, Antiph. Lux perpétua lucébit Sanctis tuis, Dñe, et æternitas témporum, all.

Oratio propria.

Ad Laud., et per Hor., Antiphona.

Sancti tui, Dómine,* florébunt sicut lílium, allelúja: et sicut odor bálsami erunt ante te, allelúja.

Psal. Dóminus regnávit, cum reliq. 26.

Ant. In cœléstibus regnis*sanctórum habitátio est, allelúja: et in ætérnum réquies eórum, allelúja.

Ant. In velaménto,*clamábant Sáncti tui Dñe, allelúja, allelúja, allel.

Ant. Spíritus, et ánimæ* justórum hymnum dícite Deo nostro, allelúja, allelúja.

Antip. Fulgébunt justi* sicut sol in conspéctu Dei, allelúja.

Capit. Stabunt justi in magna. 7* Hymnus.

Paschále mundo gáudium

Sol núntiat formósior,
Cum luce fulgéntē nova
Jesum vident Apóstoli.
In carne Christi vúlnera,
Micáre tamquam sídera
Mirántur, et quidquid vident
Testes fidéles prædicant.
Rex Chríste cleméntissime,
Tu corda nostra póssid,
Ut lingua grates débitas
Tuo repéndat nómini.
Ut sis perénne méntibus
Paschále Jesu gáudium,
A morte dira críminum
Vitæ renátos líbera.
Deo Patri sit glória,
Et Fílio, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sempitérna sæcula.
Amen.

℣. Pretiósa in conspectu Dómini, allelúja.
℟. Mors Sanctórum ejus, allelúja.

Ad Benedictus, Ant. Fíliæ Jerúsalem, veníte, et vidéte Mártyres cum corónis, quibus coronávit eos Dóminus in die solemnitátis, et lætitiae, allelúja allelúja.

Ad primam in ℟ ii. brevi a Feria secunda post Dominicam in Albis usque ad Ascensionem exclusive, dicitur ℣. Qui surrexisti a mórtuis.

Ab Ascensione autem usque ad Pentecosten exclusive, dicitur ℣. Qui scandis super sídera.

Ad Tertiam, Antiph. In cœléstibus regnis.

Cap. Stabunt justi. 7*

℟. br. Sancti, et justi in Dómino gaudéte ; * Allelúja, allelúja. Sancti et justi.

℣. Vos elégit Deus in hæreditátem sibi. Allelúja, allelúja.

Glória Patri. Sancti.

℣. Lux perpétua lucébit Sanctis tuis Dómine, allelúja.
℟. Et ætérnitas témporum, allelúja.

Ad Sextam, Antiph. In velaménto.

Capit. Sap. 5.

Ecce quómodo computáti sunt inter fílios Dei, et inter san-

ctos sors illórum est.
℟. br. Lux perpétua lucébit Sanctis tuis, Dómine, * Allelúja, allelúja. Lux perpétua.
℣. Et ætérnitas témporum. Allelúja, allel.
Glória Patri. Lux.
℣. Lætítia sempitérna super cápita eórum, allelúja. ℟. Gáudium, et exultatiónem obtinébunt, alleluja.
Ad Nonam, Antiph. Fulgébunt justi.
Capit. Rom. 8. 28.
Scimus, quóniam diligéntibus Deum ómnia cooperántur in bonum, iis qui secúndum propósitum vocáti sunt sancti.
℟. br. Lætítia sempitérna super cápita eórum, * Allelúja, allelúja. Lætítia.
℣. Gáudium, et exultatiónem obtinébunt. Allelúja, allelúja.
Glória Patri. Lætítia.
℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, allelúja.
℟. Mors sanctórũ ejus, alleluja.

Ad Vesperas, Antiph. Sancti tui, cum reliquis de Laudibus. 8*
Psalmi ut in 2. Vesperis Comm. Apostol. 3*
Capit. Stabunt justi.
Hymnus. Tristes erant Apóstoli. 7.*
℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, allelúja.
℟. Mors sanctórum ejus, allelúja.
Ad Magnificat, Antiph. Sancti, et justi * in Dómino gaudéte, allelúja: vos elégit Deus in hæreditátem sibi, allel.

COMMUNE
Unius Martyris
Extra tempus Pasch.

Ad Vesperas, Ant. Qui me confessus, cum reliquis de Laud. 12*
Psalm. Dixit Dóminus, cum reliq. de Dom. 189. et loco ult. Ps. Laudáte Dñm omnes gentes. 195.
Capit. Jac. 1. 12.
Beátus vir, qui suffert tentatiónem: quóniam cum probátus fúerit, accípiet corónam vitæ, quam repromísit Deus diligéntibus se.

Hymnus.

Deus tuórum mílitum
Sors, et coróna, præmium,
Láudes canéntes Mártyris
Absólve nexu críminis.

Hic nempe mundi gáudia,
Et blanda fráudum pábula
Imbúta felle députans,
Pervénit ad cœléstia.

Pœnas cucúrrit fórtiter,
Et sústulit viríliter;
Fundénsque pro te sánguinem,
Ætérna dona póssidet.

Ob hoc precátu súpplici,
Te póscimus piíssime:
In hoc triúmpho Mártyris
Dimítte noxam sérvulis.

Laus, et perénnis glória
Patri sit, atque Fílio,
Sancto simul Paráclito,
In sempitérna sæcula. Amen.

℣. Glória, et honóre coronásti eum, Dñe.
℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Ad Magníficat, Antiph. Iste Sanctus * pro lege Dei sui certávit usque ad mortem, et a verbis impiórum non tímuit: fundátus enim erat supra firmam petram.

Pro Mart. et Pontif.

Oratio.

Infirmitátem nostram réspice, omnípotens Deus: et quia pondus própriæ actiónis gravat, beáti N. Mártyris tui, atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dñm.

Alia Oratio.

Deus, qui nos beati N. Martyris tui, atque Pontíficis ánnua solemnitáte lætíficas: concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, de ejúsdem etiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.

Pro Martyre tantum.

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut, qui beáti N. mártyris tui natalítia cólimus, intercessióne ejus in tui nóminis amóre

roborémur. Per Dñm.

Alia Oratio.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut intercedénte beáto N. mártyre tuo, et a cunctis adversitátibus liberémur in córpore, et a pravis cogitatiónibus mundémur in mente. Per Dóminum.

Ad Laud. et per Horas.

Antiphona.

Qui me confessus fuérit *coram homínibus, confitébor et ego eum coram Patre meo.

Psal. Dóminus regnávit, cum reliq. 26

Ant. Qui séquitur me,* non ámbulat in ténebris,sed habébit lumen vitæ, dicit Dóminus.

Ant. Qui mihi minístrat,* me sequátur: et ubi ego sum, illic sit et minister meus.

Ant. Si quis mihi ministráverit,*honorificábit eum Pater meus, qui est in cœlis, dicit Dñs.

Ant. Volo Pater,* ut ubi ego sum, illic sit et minister meus.

Capit. Beátus vir. 10*

Hymnus.

Invícte Martyr, únicũ
Patris secútus Filiũ,
Victis triúmphas hóstibus,
Victor frúens cœléstibus.

Tui precátus múnere
Nostrum reátum dílue,
Arcens mali contágium,
Vitæ repéllens tædium.

Solúta sunt jam vincula
Tui sacráti córporis:
Nos solve vinclis sæculi,
Dono supérni Núminis.

Deo Patri sit glória,
Ejusque soli Filio,
Cum Spíritu Paráclito,
Nunc, et per omne sæculum. Amen.

℣. Justus ut palma florébit. ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Ad Benedictus, Ant. Qui odit * ánimam suam in hoc mundo, in vitam ætérnam custódit eam.

Ad Tertiam, Ant. Qui sequitur me.

Capit. Beátus vir. 10*

℟. br. Glòria, et honóre * Coronásti eum, Dó-

mine. Glória, et honore.
℣. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum. Coronásti.
Glória Patri, Glória, et honore.
℣. Posuísti, Dómine, super caput ejus.
℟. Corónam de lápide pretióso.

Ad Sextam, Antiph. Qui mihi minístrat.
Capit. Eccl. 15. 3.
Cibávit illum pane vitæ, et intelléctus, et aqua sapiéntiæ salutáris potávit illum Dóminus Deus noster.
℟. br. Posuísti, Dómine, * Super caput ejus. Posuísti.
℣. Corónam de lápide pretióso. Super caput ejus. Glória Patri. Posuísti. ℣. Magna est glória ejus in salutári tuo.
℟. Glóriam, et magnum decórem impónes super eum.

Ad Nonam, Antiph. Volo Pater.
Capit. Eccli. 39. 6.
Justus cor suum trádidit ad vigilándum dilúculo ad Dñm qui fecit illũ, et in conspéctu Altíssimi deprecábitur.
℟. br. Magna est glória ejus, * In salutári tuo. Magna est.
℣. Glóriam, et magnum decórem impónes super eum. In salutári tuo. Glória Patri. Magna est.
℣. Justus ut palma florébit. ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Ad Vesperas, Antiph. Qui me confessus, cum reliquis de Laudib. 12*
Psalm. Dixit Dóminus, cum rel. de Domin. 189. et loco ultimo Psalm. Crédidi 194.
Capit. Beátus vir.
Hym. Deus tuórum, 11*
℣. Justus ut palma florébit. ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.
Ad Magnificat, Antiph. Qui vult veníre post me * ábneget semetípsum, et tollat crucem suam, et sequátur me.

COMMUNE
Mártyrum
tempore Paschali.

Ad Vesperas, Antiph.

Sancti tui, Dómine, cum rel. de Laud. 15* Psalm. Dixit Dóminus, cum reliquis de Domínica 189, (loco ultimi. Ps. Laudáte Dóminum omnes gentes 195.

Capit. Sap. 5.

Stabunt justi in magna constántia advérsus eos, qui se angustiavérunt, et qui abstulérunt labóres eórum.

Hymnus.

Pro uno Martyre.

Deus, tuórum mílitum
Sors, et coróna, præmiū,
Láudes canéntes Mártyris
Absólve nexu críminis.
Hic nempe mundi gáudia,
Et blanda fráudum pábula
Imbúta felle députans,
Pervénit ad cœléstia.
Pœnas cucúrrit fórtiter,
Et sústulit viríliter;
Fundénsque pro te sánguinem,
Ætérna dona póssidet.
Ob hoc precátu súpplici
Te póscimus, piíssime:
In hoc triúmpho Mártyris
Dimítte noxam sérvulis
Deo Patri sit glória,
Et Fílio, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sempitérna sæcula.
Amen.

Sic terminatur Hymn. ejusd. metri usq. ad Ascensionem.

Ab Ascensione usq. ad Pentec., dicatur: Jesu, tibi sit glória
Qui victor in Cœlū redis
Cum Patre, et almo Spíritu
In sempitérna sæcula.
Amen.

Pro pluribus Martyrib.

Hymnus.

Rex glorióse Mártyrum,
Coróna confiténtium,
Qui respuéntes térrea
Perdúcis ad cœléstia.
Aurem benígnam prótinus
Inténde nostris vócibus:
Trophæa sacra pángimus,
Ignósce quod delíquimus.

Tu vincis inter Mártyres,
Parcísque Confessóribus ;
Tu vince nostra crímina,
Largítor indulgéntiæ.
Deo Patri sit glória,
Et Fílio, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sempitérna sæcula.
Amen.

℣. Sancti, et justi in Dómino gaudéte, allel.
℟. Vos elégit Deus in hæreditátem sibi, allel.

Ad Magníficat, Antiph. Lux perpétua lucébit sanctis tuis, Dñe, et ætérnitas témporum, all.

Orátio, si non adsit própria, sumitur de Comm. unius, vel plurim. Mart. extra tempus Paschale.

Ad Laud. et per Hor. Antiphona.

Sancti tui, Dómine,* florébunt sicut lílium, allelúja: et sicut odor bálsami erunt ante te, allelúja.

Psalm. Dóminus regnavit, cum reliquis 26.

Antiph. In cœléstibus regnis * sanctórum habitátio est, allelúja: et in ætérnum réquies eórum, allelúja.

Ant. In velaménto* clamábant sancti tui, Dómine, allel., allel., all.

Ant. Spíritus et ánimæ justórum hymnum dícite Deo nostro, allelúja, allelúja.

Antiph. Fulgébunt justi* sicut sol in conspéctu Dei, allelúja.

Capit. Sap. 5.

Stabunt justi in magna constántia advérsus eos, qui se angustiavérunt, et qui abstulérunt labóres eórum.

Hymnus pro uno Mart.

Invícte Martyr, únicum
Patris secútus Fílium,
Victis triúmphas hóstibus,
Victor fruens cœléstibus.
Tui precátus múnere
Nostrum reátum dílue,
Arcens mali contágiũ,
Vitæ répellens tædium.

Solúta sunt jam víncula
Tui sacráti córporis:
Nos solve vinclis sæculi,
Dono supérni Núminis.
Deo Patri sit glória,
Et Fílio, qui a mortuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sempitérna sæcula.
Amen.

Pro pluribus Martyr. Rex gloriόse Mártyrum 14*

℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, allelúja.
℟. Mors sanctórum ejus, allelúja.

Ad Benedictus, Antiph. Fíliæ Jerúsalem,* veníte, et vidéte Mártyres cum corónis, quibus coronávit eos Dóminus in die solemnitátis et lætítiæ, allelúja, allel.

Ad Primam in ℟. brevi a Feria ii. post Domínicam in Albis usque ad Ascensionem exclusive, dicitur. ℣. Qui surrexísti a mórtuis.

Et ab Ascensione usque ad Pentecosten exclusive, dicatur ℣. Qui scandis super sídera.

Ad Tertiam, Antiph. In cœléstibus regnis.

Capit. Stabunt justi. 14*

℟. br. Sancti, et justi in Dómino gaudéte, * Allelúja, allel. Sancti.
℣. Vos élegit Deus in hæreditátem sibi. Allelúja, allelúja. Glória Patri. Sancti.
℣. Lux perpétua lucébit sanctis tuis, Dómine, allelúja.
℟. Et ætérnitas témporum, allelúja.

Ad Sextam, Antiph. In velaménto.

Cap. Sap. 5. 5.

Ecce quómodo computáti sunt inter fílios Dei, et inter sanctos sors illórum est.

℟. br. Lux perpétua lucébit sanctis tuis, Dómine, * Allel. all. Lux.
℣. Et ætérnitas témporum, Allelúja, allel. Gl. Pat. Lux perpétua.
℣. Lætítia sempitérna super cápita eórum, allelúja. ℟. Gáudium, et exultatiónem obtinébunt, allelúja.

Ad Nonam, Antiphona Fulgébunt justi.

Capit. Rom. 8. 28.
Scimus, quóniam diligéntibus Deum ómnia cooperántur in bonum, iis qui secúndum propósitum vocáti sunt sancti.
℟. br. Lætítia sempitérna super cápita eórum, * Alleluja, allel. Lætítia.
℣. Gáudium, et exultatiónem obtinébunt, allelúja, allelúja. Glória Patri. Lætítia.
℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, allelúja.
℟. Mors sanctórum ejus, allelúja.
Ad Vésperas, Antiph. Sancti tui Dómine, cum réliquis ut supra in Laudibus. 15*
Psalm. Dixit Dóminus, cum réliquis de Domínica 189, et loco ultimi Psal. Crédidi 194.
Cap. Stabunt justi.
Hym. pro uno Martyr. Deus tuorū militū. 10*
Pro plurib. Martyribus. Rex glorióse Mártyrum 19*
℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, allelúja. ℟. Mors sanctórum ejus, al.
Ad Magnificat, Antiph. Sancti, et justi * in Dómino gaudéte, allelúja: vos elégit Deus in hæreditátem sibi, allel.

IN COMMUNI

Confess. Virginum, et non Virg. et Dedic. Eccl. temp. Pasch. Off. fit ut inferius in aliis tempor. sed in fine ad Ant. ℣℣. et ℟℟. additur 1 Allelúja. Ad ℟℟. br. Horar., et Complet. addunt. 2., ad ℣℣. vero uno tantum.

COMMUNE

Plurim. Martyrum extra tempus Pasch.

Ad Vesperas, Antiph. Omnes sancti, cum réliquis de Laudib. 19*
Psal. Dixit Dóminus, cum reliq. de Domínica 189. et loco ultimi. Ps. Laudáte Dóminum omnes gentes. 195.
Capit. Sap. 3.
Justórum ánimæ in manu Dei sunt, et non tanget illos torméntum mortis, visi sunt óculis insipiéntium

mori: illi áutem sunt in pace.

Hymnus.

Sanctórum méritis ínclyta gáudia
Pangámus, sócii, géstaque fórtia:
Gliscens fert ánimus prómere cántibus
Victórum genus óptimum.

Hi sunt, quos fátue mundus abhórruit:
Hunc fructu vácuum, flóribus áridum
Contempsére tui nóminis ásseclæ,
Jesu Rex bone cœlitum.

Hi pro te fúriás, atque minas truces
Calcárunt hóminum, saevaque vérbera:
His cessit lácerans fórtiter úngula,
Nec carpsit penetrália.

Cædúntur gládiis more bidéntium:
Non murmur résonat, non querimónia;
Sed corde impávido mens bene cónscia
Consérvat patiéntiam.

Quæ vox, quæ póterit lingua retéxere,
Quæ tu Martyribus múnera præparas?
Rubri nam flúido sanguine fúlgidis
Cingunt témpora láureis.

Te summa o Déitas, únaque póscimus,
Ut culpas ábigas, nóxia subtráhas,
Des pacem fámulis, ut tibi glóriam
Annórum in sériem canant. Amen.

℣. Lætámini in Dómino, et exultáte justi.
℟. Et gloriámini omnes recti corde.

Ad Magnificat, Antiph. Istórum est enim régnum cœlórum, * qui contempsérunt vitam mundi, et pervenérunt ad præmia regni, et lavérunt stolas suas in sánguine Agni.

Pro pluribus Martyrib. Pontificibus.

Oratio.

Beatórum Mártyrum, paritérque Pontificum N. et N., nos, quæsumus Dómine, festa tueántur: et eórum

commendet orátio veneránda. Per Dóminum.

Si non fuerint Pontific.

Oratio.

Deus, qui nos ánnua sanctórum Mártyrum tuórum N. et N. solemnitáte lætíficas: concéde propítius; ut, quorum gaudémus méritis, accendámur exémplis. Per Dóminum.

Alia Oratio.

Deus, qui nos concédis sanctórum Mártyrum tuórum N. et N. natalítia cólere; da nobis in ætérna beatitúdine de eórum societáte gaudére. Per Dñm.

Ad Laudes et per Hor.

Antiphona.

Omnes sancti * quanta passi sunt torménta, ut secúri perveníren ad palmam martyrii.

Psal. Dóminus regnávit, cum reliquis 26.

Ant. Cum palma * ad regna pervenérunt sancti: corónas decóris meruérunt de manu Dei.

Ant. Córpora sanctórum * in pace sepúlta sunt, et vivent nómina eórum in ætérnum.

Ant. Mártyres Dómini, * Dóminum benedícite in ætérnum.

Ant. Mártyrum chorus, * laudáte Dóminum de cœlis, allelúja.

Capit. Justórum ánimæ. 17*

Hymnus.

Rex gloriόse Mártyrum,
Coróna confiténtium,
Qui respuéntes térrea
Perdúcis ad cœléstia.
Aurem benígnam prótinus
Inténde nostris vócibus:
Trophæa sacra pángimus,
Ignósce quod delíquimus.
Tu vincis inter Mártyres,
Parcísque Confessóribus:
Tu vince nostra crímina,
Largítor indulgéntiæ.
Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,

Nunc, et per omne sæculum. Amen.
℣. Exultábunt sancti in glória.
℟. Lætabúntur in cubílibus suis.
Ad Benedictus, Antiph. Vestri capílli cápitis * omnes numeráti sunt : nolíte timére ; multis passéribus melióres estis vos.
Ad Tertiam. Antiph. Cum palma.
Capitul. Justórum ánimæ. 17*
℟. br. Lætámini in Dómino, * Et exultáte justi. Lætámini.
℣. Et gloriámini omnes recti corde. Et exultáte. Glória Patri. Lætámini.
℣. Exúltent justi in conspéctu Dei. ℟. Et delecténtur in lætitia.
Ad Sextam, Antiphona. Córpora sanctórum.
Capít. Sap. 10.
Réddidit Deus mercédem labórum sanctórum suórum, et dedúxit illos in via mirábili: et fuit illis in velaménto diéi, et in luce stellárum nocte.
℟. br. Exúltent justi * In conspéctu Dei. Exúltent.
℣. Et delecténtur in lætitia. In conspéctu. Glória Patri. Exúltent.
℣. Justi autem in perpétuum vivent.
℟. Et apud Dóminum est merces eórum.
Ad Nonam. Antiphona Mártyrum chorus.
Capitulum, Sap. 3.
Fulgébunt justi, et tamquam scintíllæ in arundinéto discúrrent. Judicábunt natiónes, et dominabúntur pópulis: et regnábit Dñs illórum in perpétuum.
℟. br. Justi autem * In perpetuũ vivent. Justi.
℣. Et apud Dñm est merces eórum. In perpétuum. Gl. Patri. Justi.
℣. Exultábunt sancti in glória.
℟. Lætabúntur in cubílibus suis.
In ii. Vesperis. Antip. Isti sunt sancti, * qui pro testaménto Dei

sua córpora tradidérunt, et in sánguine Agni lavérunt stolas suas.

Ps. Dixit Dóminus. 189.

Aña. Sancti per fidem vicérunt regna, operáti sunt justítiam, adépti sunt repromissiónes.

Psalm. Confitébor. 189.

Aña. Sanctórum velut áquilæ * juvéntus renovábitur: florébunt sicut lilium in civitáte Dómini.

Psalm. Beátus vir. 190.

Aña. Absterget Deus * omnem lácrymam ab óculis sanctórum: et jam non erit ámpliús neque luctus, neque clamor, sed nec ullus dolor: quóniam prióra transiérunt.

Ps. Laudáte puéri 190.

Ant. In cœléstibus regnis * sanctórum habitátio est, et in ætérnum réquies eórum.

Psalm. Crédidi 194.

Capit. et Hymn. ut in primis Vesp. 17*

℣. Exultábunt sancti in glória.

℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Ad Magníficat, Antiph.

Gáudent in cœlis * ánimæ sanctórum, qui Christi vestígia sunt secuti: et quia pro ejus amóre sánguinem suum fuderunt, ídeo cum Christo exúltant sine fine.

COMMUNE

Confessoris Pontificis

Ad Vesperas, Antiph.

Ecce Sacérdos magnus, cum rel. de Laud. 23*

Palm. Dixit Dóminus, cum reliq. de Dominica, 189 et loco ultimi.

Psalm. Laudáte Dóminum omnes gentes 195.

Capit. Ecc'. 44. 17.

Ecce Sacérdos magnus, qui in diébus suis plácuit Deo, et invéntus est justus: et in témpore iracúndiæ factus est reconciliátio.

Hymnus.

Iste Conféssor Dómini, coléntes
Quem pie láudant pópuli per orbem,
Hac die lætus méruit beátas

Scándere sedes.

Si non est dies obitus, dicatur:

Hac die lætus méruit suprémos
Laudis hónores.
Qui pius, prudens, húmilis, pudícus,
Sóbriam duxit sine labe vitam,
Donec humános animávit áuræ
Spíritus artus.
Cujus ob præstans méritum frequénter,
Ægra quæ passim jacuére membra,
Viribus morbi dómitis, salúti
Restitúuntur.
Noster hinc illi chorus obsequéntem
Cóncinit laudem, celebrésque palmas;
Ut piis ejus précibus juvemur
Omne per ævum.
Sit salus illi, decus, atque virtus,
Qui super cœli sólio corúscans,
Totius mundi sériem gubernat
Trinus, et unus. Amen.

℣. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum.
℟. Stólam glóriæ induit eum.

Ad Magnificat, Antiph. Sacérdos, et Pontifex, * et virtútum ópifex, pastor bone in pópulo, ora pro nobis Dóminum.

Pro Doctoribus in utrisque Vesperis.

Ad Magnificat, Antiph. O Doctor óptime, etc. Orat. Deus, qui pópulo, ut infra 25*

Pro Confess. Pontif.

Oratio.

Da, quæsumus, omnípotens Deus: ut beáti N. Confessóris tui, atque Pontificis veneránda solémnitas et devotiónem nobis aúgeat, et salútem. Per Dóminum.

Alia Oratio.

Exáudi, quæsumus Dómine, preces nostras, quas in beáti N. Confessoris tui, atque Pontíficis solemnitáte deférimus: et qui tibi digne méruit famulári, ejus intercedéntibus

méritis, ab ómnibus nos absólve peccátis: Per Dóminum.

Ad Laud. et per Hor. Antiphona.

Ecce Sacérdos magnus,* qui in diébus suis plácuit Deo, et invéntus est justus.

Psal. Dóminus regnávit, cum reliquis 26.

Ant. Non est invéntus* símilis illi, qui conserváret legem excélsi.

Ant. Ideo jurejurándo* fecít illum Dñus créscere in plebem suam.

Antiph. Sacerdótes Dei benedícite Dóminum: servi Dómini hymnum dícite Deo, allelúja.

Ant. Serve bone, * et fidelis intra in gáudium Domini tui.

Capit. Ecce Sacérdos. 21*

Hymnus.

Jesu Redemptor ómnium,
Perpes coróna Præsulum,
In hac die cleméntius
Indúlgeas precántibus.
Tui sacri qua nóminis
Conféssor almus cláruit:
Hujus celébrat ánnua
Devóta plebs solemnia.
Qui rite mundi gáudia
Hujus cadúca réspuens,
Æternitátis præmio
Potítur inter Angelos.
Hujus benígnus annue
Nobis sequi vestigia:
Hujus precátu sérvulis
Dimítte noxã críminis.
Sit Christe rex piissime,
Tibi, Patrique glória,
Cum Spíritu Paráclito,
Nunc, et per omne sæculum. Amen.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.
℟. Et ostendit illi regnum Dei.

Ad Benedíctus, Antiph. Euge serve bone, * et fidélis, quia in páuca fuisti fidelis, supra multa te constituam, dicit Dóminus.

Ad Tertiam, Antiphona Non est invéntus.

Capitulum. Ecce Sacérdos 21*.

℟. br. Amávit eum Dóminus, * Et ornávit eum. Amávit. ℣. Stolam glóriæ induit eum.

Et ornávit. Glória. Amávit. ℣. Elegit eum Dñs sacerdotem sibi. ℟. Ad sacrificándum ei hóstiam láudis.

Ad Sextam Antiphona Ideó jurejurándo.

Cap. Eccl. 44.

Non est invéntus similis illi, qui consérváret legem Excelsi: ideó jurejurándo fecit illum Dóminus créscere in plebem suam.

℟. br. Elegit eum Dóminus* Sacerdótem sibi. Elégit. ℣. Ad sacrificándum ei hóstiam láudis. Sacerdótem. Glória. Elégit. ℣. Tu es sacérdos in ætérnum. ℟. Secúndúm órdínem Melchísedech.

Ad Nonam, Antiphona. Serve bone.

Cap. Eccli. 45. 19.

Fungi Sacerdótío, et habére laudem in nómine ipsius, et offerre illi incénsum dignum in odórem suavitátis.

℟. br. Tu es sacérdos* In ætérnum. Tu es. ℣. Secúndúm órdinem Melchísedech. In ætérnum Glória. Tu es. ℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. ℟. Et osténdít illi regnum Dei.

Ad Vesperas, Antiph. Ecce sacérdos magnus, cum reliquis de Laudibus 23*

Psalm. Dixit Dóminus, cum rel. de Dom. 189. et loco ultimi, Psalm. Meménto Dómine, David. 204.

Capit. et Hymn. ut sup. in i. Vesp. 21*

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. ℟. Et ostendit illi regnum Dei.

Ad Magnificat, Antiph. Amávit eum Dóminus,* et ornávit eum: stolam glóriæ induit eum, et ad portas paradisí córonavit eum.

Sequens Ant. dic. ad Magnif. in ii. Vesp. pro solis summis Pontif.

Ant. Dum esset summus Pontifex,* terréna non métuit, sed ad cœléstia

regna gloriósus migrávit.

Si occurr. celeb. Fest. plur. Pont. et Confess. Off. fit ut supra; sed in Orat., quæ ponunt. in sing., dicantur in plur.

PRO DOCTORIBUS.

Ad Magnificat
in utrisque Vesp.

Ant. O Doctor óptime,* Ecclésiæ sanctæ lumen, beàte N. divínæ legis amátor, deprecáre pro nobis Filium Dei.

Oratio.

Deus, qui pópulo tuo ætérnæ sálútis beátum N. minístrum tribuísti: præsta, quæsumus; ut quem Doctórem vitæ habúimus in terris, intercessórem habére mereámur in cœlis. Per Dóminum.

Offic. autem in Festis Doctor. fit de Confess. Pontif., vel non Pontif., pro qualitate Festi.

COMMUNE

Confess non Pontif.

Ad Vesp. Antiphona Dñe, quinque talénta, ut infra ad Laudes, 26*

Psal. Dixit Dñs, cum rel. de Dominica, 189. et loco ult. Ps. Laudáte Dñm omnes gentes, 195.

Capit. Eccl. 31. 8.

Beátus vir, qui invéntus est sine mácula, et qui post aurum non ábiit, nec sperávit in pecúnia, et thesáuris. Quis est hic, et laudábimus eum? fecit enim mirabília in vita sua.

Hymnus.

Iste Conféssor Dómini, coléntes
Quem pié láudant pópuli per orbem,
Hac die lætus méruit beátas
Scándere sedes.

Si non est dies obitus, dicatur :

Hac die lætus méruit suprémos
Laudis honores
Qui pius, prudens, húmilis pudícus,
Sóbriam duxit sine labe vitam,
Donec humános animàvit auræ
Spíritus artus.
Cujus ob præstans méritum frequénter,

Ægra quæ passim jacuére membra,
Víribus morbi dómitis, salúti
Restituúntur.
Noster hinc illi chorus obsequentem
Cóncinit laudem, celebrésque palmas;
Ut piis ejus précibus juvémur
Omne per ævum.
Sit salus ílli, decus, atque virtus,
Qui super cœli sólio coruscans,
Totius mundi sériem gubérnat.
Trinus, et unus. Amen.
℣. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum.
℟. Stolam glóriæ índuit eum.

Ad Magnificat, Antiph.

Similábo eum * viro sapiénti, qui ædificávit domum suam supra petram.

Oratio.

Deus, qui nos beáti N. Confessóris tui ánnua solemnitáte lætíficas: concéde propítius; ut, cujus natalítia cólimus, etiam actiónes imitémur. Per Dóminum.

Alia Oratio.

Adésto, Dómine, supplicatiónibus nostris, quas in beáti N. Confessóris tui solemnitáte deférimus; ut, qui nostræ justítiæ fidúciam non habémus, ejus, qui tibi plácuit, précibus adjuvémur. Per Dóminum.

Si fuerit Abbas. Oratio.

Intercéssio nos, quæsumus Dómine, beáti N. Abbátis commendet: ut quod nostris méritis non valémus, ejus patrocínio assequamur. Per Dóminum.

Ad Laud. et per Hor.
Antiphona.

Dómine, quinque taléntá * tradidísti mihi: ecce ália quinque superlucrátus sum.
Psal. Dóminus regnávit, cum rel. 26.
Ant. Euge serve bone,* in modico fidelis intra in gáudium Dómini tui.
Ant. Fidélis servus, et

prudens,* quem constítuit Dóminus super fámiliam suam.
Ant. Beátus ille servus,* quem, cúm vénerit dóminus ejus, et pulsáverit jánuam, invénerit vigilántem.
Ant. Serve bone, * et fidélis, intra in gáudium Dómini tui.
Capit. Beátus vir. 25*

Hymnus.

Jesu coróna célsior,
Et véritas sublimior,
Qui confiténti sérvulo
Reddis perénne præmium.

Da supplicánti cœtui,
Hujus rogátu, nóxii
Remíssiónem críminis,
Rumpéndo nexum vinculi.

Anni revérso témpore,
Dies refúlsit lúmine,
Quo sanctus hic de córpore
Migrávit inter sídera.

Hic vana terræ gáudia,
Et luculénta prædia,
Pollúta sorde députans.
Ovans tenet cœléstia.

Te Christe rex piissime,
Hic confiténdo júgiter,
Calcávit artes dæmonum,
Sævúmque avèrni príncipem.

Virtúte clarus, et fide,
Confessióne sédulus,
Jejúna membra déferens,
Dapes supérnas óbtinet.

Proínde te piíssime,
Precámur omnes súpplices;
Nobis ut hujus grátia
Pœnas remíttas débitas.

Patri perénnis glória,
Natóque Patris único,
Sanctóque sit Paráclito,
Per omne semper sæculum. Amen.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.
℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Benedict. Antiph. Euge serve bone, * et fidélis, quia in páuca fuísti fidélis, supra multa te constítuam, intra in gáudium Dómini tui.

Ad Tertiàm, Antiph. Euge serve bone.

Cap. Beátus vir. 25*
℟. br. Amávit eum Dóminus, * Et ornávit eum Amávit.
℣. Stolam glóriæ índuit eum. Et ornávit. Glória Patri. Amávit.
℣. Os justi meditábitur sapiéntiam.
℟. Et lingua ejus loquétur judícium.

Ad Sextam, Antiph.
Fidélis servus.
Capit. Eccli. 39. 8.
Justus cor suum trádidit ad vigilándum dilúculo ad Dóminum, qui fecit illum, et in conspéctu Altíssimi deprecábitur.
℟. br. Os justi* meditábitur sapiéntiā. Os justi.
℣. Et lingua ejus loquétur judícium. Meditábitur. Glória. Os justi.
℣. Lex Dei ejus in corde ipsíus.
℟. Et non supplantabúntur gressus ejus.

Ad Nonam, Antiph.
Serve bone.
Cap. Sap. 10. b.
Justum dedúxit Dóminus per vias réctas, et osténdit illi regnum Dei, et dedit illi sciéntiam sanctórum: honestávit illum in labóribus, et complévit labóres illíus.
℟. br. Lex Dei ejus * In corde ipsíus. Lex.
℣. Et non supplantabúntur gressus ejus. In corde. Glória Patri. Lex.
℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.
℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Vesp. Antiphona
Dómine quinque taléntà, cum rel. de Laud. 26*Ps. Cap. et Hymn. ut in i. Vesp. 25*
℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.
℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Magnif. Antiph.
Hic vir despíciens mundum,*et terréna, triúmphans, divítias cœlo cóndidit ore, manu.

Si occurrat celebrari Festum plurimum Confess. non Pontificum, Offic. fit ut supra: sed

in Oratione, quæ habentur in singulari, dicantur in plurali.

COMMUNE

Virginum.

Ad Vesperas, Antiph. Hæc est virgo sápiens, cum rel. de Laud. 30* Psal. Dixit Dóminus, cum rel. ut in Festis B. M. V. per annum 40*

Cap. 2. Cor. 10. d.

Fratres, qui gloriatur, in Dómino gloriétur. Non enim, qui seípsum comméndat, ille probátus est; sed quem Deus comméndat.

Hymnus.

Jesu, coróna Virginum,
Quem Mater illa cóncipit,
Quæ sola Virgo párturit.
Hæc vota clemens áccipe.

Qui pergis inter lília,
Septus choréis Vírginum,
Sponsus decórus glória,
Sponsísque reddens præmia.

Quocúmque tendis, Vírgines
Sequúntur, atque láudibus
Post te canentes cúrsitant,
Hymnósque dulces pérsonant.

Te deprecámur súpplices,
Nostris ut addas sénsibus,
Nescíre prorsus ómnia
Corruptiónis vúlnera.

Virtus, honor, laus, glória
Deo Patri cum Fílio,
Sancto simul Paráclito,
In sæculórum sæcula. Amen.

℣. Spécie tua, et pulchritúdine tua.
℟. Inténde, próspere procéde, et regna.

Ad Magníficat, Ant. Veni, spónsa Christi, * áccipe corónam, quam tibi Dóminus præparávit in ætérnum.

Oratio.

Deus, qui inter cætera poténtiæ tuæ mirácula, etiam in sexu frágili victóriam martyrii contulísti: concéde propítius; ut,

qui beátæ N. Vírginis, et Mártyris tuæ natalítia cólimus, per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

Alia Oratio.

Indulgéntiam nobis, quæsumus Dómine, beáta N. Virgo, et Martyr implóret: quæ tibi grata semper éxtitit et mérito castitátis, et tuæ professióne virtútis. Per Dóminum.

Pro Vírgine non Mart.

Oratio.

Exáudi nos, Deus salutáris noster: ut, sicut de beátæ N. Vírginis tuæ festivitáte gaudémus, ita piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum.

Si fuerint plures, in utrisq. Vesp. ad Magníficat, et in Laud. ad Benédictus.

Ant. Prudéntes Vírgines, * aptáte vestras lámpades: ecce sponsus venit, exíte óbviam ei.

℣. Adducéntur Regi vírgines post eam.

℟. Próximæ ejus afferéntur tibi. Oratio.

Da nobis, quæsumus, Dñe Deus noster, sanctàrum Vírginum, et mártyrum tuárum N. et N. palmas incessábili devotióne venerári: ut, quas digna mente non póssumus celebráre, humílibus saltem frequéntémus obséquiis. Per Dómin.

Ad Laud. et per Hor.

Antiphona.

Hæc est virgo sapiens, * et una de número prudéntum.

Psal. Dóminus regnávit, cum rel. 26.

Ant. Hæc est virgo sápiens, * quam Dóminus vigilàntem invénit.

Ant. Hæc est, quæ nescívit * torum in delícto: habébit fructum in respectióne animárum sanctárum.

Ant. Veni elécta mea, * et ponam in te thronum meum, allelúja.

Ant. Ista est speciósa * inter fílias Jerúsalem.

Capit. Fratres, qui gloriátur.

Hymn. Jesu coróna. 29*
℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.
℟. Proptérea benedixit te Deus in ætérnum.

Ad Benedictus, Ant. Símile est regnum cœlórum hómini negotiatóri quæréntì bonas margarítas : invénta una pretiósa, dedit ómnia sua, et comparávit eam.

Ad Tertiam, Antiphona Hæc est virgo sápiens.
Capit. Fratres, qui glóriátur. 29*
℟. br. Spécie tua, * Et pulchritúdine tua. Spécie tua.
℣. Inténde, próspere procéde et regna. Et pulchritúdine. Glória Patri. Specie.
℣. Adjuvábit eam Deus vultu suo.
℟. Deus in médio ejus, non commovébitur.

Ad Sextam, Antiph. Hæc est, quæ nescivit.
Capit. 2. Cor. 11. 2.
Æmulor enim vos Dei æmulatione. Despóndi enim vos uni viro vírginem castam exhibére Christo.
℟. br. Adjuvábit eam Deus vultu suo. Adjuvábit.
℣. Deus in médio ejus non commovébitur. Deus. Glória Patri. Adjuvábit.
℣. Elégit eam Deus, et præelégit eam.
℟. In tabernáculo suo habitare facit eam.

Ad Nonam Antiph. Ista est speciosa.
Capit. Eccl. 51. 6.
Dómine Deus meus, exaltásti super terram habitatiónem meam, et pro morte defluénte deprecáta sum. Invocávi Dóminum Patrem Dómini mei, ut non derelínquat me in die tribulatiónis meæ, et in témpore superbórum sine adjutório.
℟. br Elégit eam Deus, * Et præelégit eam. Elégit.
℣. In tabernáculo suo habitáre facit eam. Et præelégit eam. Glória Patri. Elégit.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.
℣. Proptérea benedíxit te Déus in ætérnum.
Si fuerit virgo, et non martyr, dic. eq.
Capit. Sap. 4.
O quám pulchra est casta generátio cum claritáte : immortalis est enim memória illíus : quóniam apud Deum nota est, et apud hómines.
℟. br. Elégit eam, ut supra.
Ad Vesp. Añæ, Psal. Capit. et Hymn. ut in i. Vesp. 29*
℣. Diffusa est grátia in lábiis tuis.
℟. Próptérea benedixit te Deus in ætérnum.
Ad Magnificat. Antiph. Veni, sponsa Christi,* áccipe corónam, quam tibi Dóminus præpará-vit in ætérnum.

COMMUNE

Sanctæ Mart. tantum. et nec virg. nec mart.
Ad Vesp. Antiphona. Dum esset Rex, cum reliq. de Laud. 33*
Psalm. Dixit Dóminus cum rel. ut in Festis B. M. V. per annum 40*
Pro una Mart. tantum Capit. Eccli. 51.
Confitébor tibi, Dómine Rex, et collaudábo te Deum Salvatórem meum. Confitébor nomini tuo: quóniam adjútor, et protéctor factus es mihi, et liberásti corpus meum a perditióne.
Pro nec virg. nec mart. Cap. Prov. 31. 10.
Muliérem fortem quis invéniet? procul, et de últimis finibus prétium ejus. Confidit in ea cor viri sui, et spóliis non indigébit.

Hymnus.

Fortem viríli péctore
Laudémus omnes fœminam.
Quæ sanctitátis glória
Ubique fulget ínclyta.
Hæc sancto amóre sáucia,
Dum mundi amórem nóxium.
Horréscit, ad cœléstia
Iter perégit árduum.

Carnem domans jejúniis,
Dulcíque mentem pábulo
Oratiónis nútriens,
Cœli potítur gaúdiis.
Rex Christe, virtus fórtium,
Qui magna solus éfficis,
Hujus precátu, quæsumus,
Audi benígnus súpplices.
Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Nunc, et per omne sæculum. Amen.

℣. Spécie tua, et pulchritúdine tua.
℟. Inténde, próspere procéde, et regna.

Ad Magníf. Antiphona.
Simile est regnum cœlórum * hómini negotiatóri quæréuti bonas margarítas:invénta una pretiósa, dedit ómnia sua,et comparáviteam.

Pro una martyre tant.
Oratio.

Deus, qui inter cétera poténtiæ tuæ mirácula etiam in sexu frágili victóriam martyrii contulísti: concéde propítius; ut qui beátæ N. Mártyris tuæ natalítia cólimus, per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

Pro plurib. Mart. tant.
Oratio.

Da nobis, quæsumus Dómine Deus noster, sanctárum Martyrum tuárum N. et N. palmas incessábili devotióne venerári: ut quas digna mente non póssumus celebráre, humílibus saltem frequentémus obséquiis. Per Dóminum.

Pro nec virg. nec Mart.
Oratio.

Exáudi nos, Deus salutáris noster: ut sicut de beátæ N. festivitáte gaudémus; ita piæ devotiónis erudiámur affectu. Per Dom.

Ad Laudes et per Hor.
Antiphona.
Dum esset Rex * in accúbito suo, nardus mea dedit odórem suavitátis.

Psal. Dóminus regnávit cum rel. 26.

Ant. In odórem * unguentórum tuórum cúrrimus, adolescéntulæ dilexérunt te nimis.

Ant. Jam hiems tránsiit, * imber ábiit, et recéssit: surge, amica mea, et veni.

Ant. Veni elécta mea, * et ponam in te thronum meum, allelúja.

Ant. Ista est speciósa * inter filias Jerusalem.

Capit. et Hymn. ut sup. in i. Vesp. 32*

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.

℟. Proptérea benedixit te Deus in ætérnum.

Ad Benedict. Antiph. Date ei * de fructu mánuum suárum, et laudent eam in portis ópera ejus.

Ad Tertiam, Antiph. In odórem.

Pro una Martyre tant. Cap. Confitébor. 32*

Pro nec virg. nec Mart. Capitul. Mulíerem fortem. 32*

℟. br. Spécie tua.

℣. Adjuvábit eam. 31*

Ad Sextam, Antiph. Jam hiems tránsiit.

Pro Martyre tantum.
Cap. Eccl. 51.

Liberásti me secúndū multitúdinem misericórdiæ nóminis tui a rugiéntibus præparátis ad escam, de mánibus quæréntium ánimam meam, et de multis tribulatiónibus, quæ circumdedérunt me.

Pro nec virg. nec Mart.
Capit. Prov. 31.

Manum suam aperuit ínopi, et palmas suas extendit ad paúperem. Non timébit domui suæ a frigoribus nivis.

℟. br. Adjuvábit eam.

℣. Elégit eam Deus. 31*

Ad Nonam, Antiph. Ista est speciósa.

Pro Mart. tantum.
Capit. Eccl. 51. 8.

Laudábit usque ad mortem ánima mea Dóminum: quóniam éruis sustinéntes te, et liberas eos de manu angústiæ, Dómine Deus noster.

Pro nec Virg. nec Mart. Capit. Prov. 31. 29.

Multæ filiæ congregavérunt divítias: tu supergréssa es univérsas. Fallax grátia, et vana est pulchritúdo: múlier timens Dóminum, ipsa laudábitur. ℟. br. Elégit eam. ℣. Diffúsa est. 31*

In ii. Vesp. Antiph. Dum esset Rex, et alia ut sup. in i. Vesp. 32*

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.

℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Magnific. Antiph. Manum suam * apéruit ínopi, et palmas suas exténdit ad paúperem, et panem otiósa non comédit.

Si fuerint plures non virgines, idem fit Offic. ut supra.

COMMUNE

Dedicationis Ecclesiæ.

Ad Vesp. Ant.

Domum tuam Dómine, cum reliq. de Laudib. 37*

Psalm. Dixit Dóminus, cum rel. de Domin. 189 et loco ult.: Psal. Lauda Jerúsalem. 218.

Capit. Apoc. 21. 2.

Vidi civitátem sanctam Jerúsalem novam descendéntem de cœlo a Deo, parátam sicut sponsam ornátam viro suo.

Hymnus.

Cœléstis Urbs Jerúsalem,
Beáta pacis vísio,
Quæ celsa de vivéntibus
Saxis ad astra tólleris,
Sponsæque ritu cíngeris
Mille Angelórum míllibus.

O sorte nupta próspera,
Dotáta Patris glória,
Respérsa Sponsi grátia,
Regína formosíssima,
Christo jugáta Príncipi,
Cœli corúsca cívitas.

Hic margarítis émicant,
Paténtque cunctis óstia:
Virtúte namque prævia
Mortális illuc dúcitur,
Amóre Christi pércitus
Torménta quisquis sústinet.

Scalpri salúbris íctibus,
Et tunsióne plúrima,
Fabri polita málleo
Hanc saxa molem cónstruunt,
Aptísque juncta néxibus
Locántur in fastigio.
Decus Parénti débitum
Sit usquequáque Altíssimo,
Natóque Patris único,
Et ínclyto Paráclito,
Cui laus, potéstas, glória
Ætérna sit per sæcula. Amen.

℣. Hæc est domus Dómini firmiter ædificáta.
℟. Bene fundáta est supra firmam petram.

Ad Magnific. Antiph. Sanctificávit Dóminus* tabernáculum suum : quia hæc est domus Dei, in qua invocábitur nomen ejus, de quo scriptum est: Et erit nomen meum ibi, dicit Dóminus.

In ipso die Dedic. Ecclesiæ, et per Octav., et quando varianda est Orat. ob concursum Dedic. alterius Ecclesiæ.

Oratio.

Deus, qui invisibíliter ómnia cóntines, et tamen pro salúte géneris humáni signa tuæ potentiæ visibiliter osténdis: templum hoc poténtia tuæ inhabitatiónis illústra, et concéde : ut omnes , qui huc deprecatúri convéniunt, ex quacúmque tribulatióne ad te clamáverint, consolatiónis tuæ beneficia consequántur. Per Dóminum.

In anniversario Dedicat. Eccl., et per Oct.

Oratio.

Deus, qui nobis per síngulos annos hujus sáncti templi tui consecratiónis réparas diem, et sacris semper mystériis repræséntas incólumes: exáudi preces pópuli tui, et præsta ; ut quisquis hoc templum beneficia petitúrus ingréditur, cun-

cta se impetrásse læténtur. Per Dóminum.

Ad Laud. et per Hor.

Antiphona.

Domum tuam Dñe, * decet sanctitúdo, in longitúdinem diérum.

Psal. Dóminus regnávit, cum rel. 26.

Ant. Domus mea, * domus oratiónis vocábitur.

Ant. Hæc est domus Dómini * firmiter ædificáta, bene fundáta est supra firmam petram.

Ant. Bene fundáta est* domus Dómini supra firmam petram.

Ant. Lápides pretiósi * omnes muri tui, et turres Jerúsalem gemmis ædificabúntur.

Capit. Vidi civitátem. 35*

Hymnus.

Alto ex Olympi vértice
Summi Paréntis Fílius,
Ceu monte deséctus lapis
Terras in imas décidens,
Domus supernæ, et ínfimæ,
Utrúmque junxit ángulum.
Sed illa sedes Cœlitum
Semper resùltat láudibus,
Deúmque Trinum et Unicum
Jugi canóre prædicat:
Illi canéntes júngimur
Almæ Siónis æmuli.
Hæc templa, Rex cœléstium,
Imple benígno lúmine:
Huc o rogátus ádveni,
Plebísque vota súscipe,
Et nostra corda júgiter
Perfúnde cœli grátia.
Hic ímpetrent fidélium
Voces, precesque súpplicum
Domus beátæ múnera,
Partísque donis gaúdeant:
Donec solúti córpore
Sedes beátas ímpleant.
Decus Paréntí débitum
Sit usquequáque Altíssimo,
Natóque Patris único,
Et inclyto Paráclito,
Cui laus, potéstas, glória
Ætérna sit per sæcula.
Amen.

℣. Hæc est domus Dómini firmiter ædificáta.
℟. Bene fundáta est supra firmam petram.
Ad Benédict. Antiph. Zachæe * festínans descénde, quia hódie in domo tua opórtet me manére: at ille festínans descéndit, et suscépit illum gáudens in domum suam. Hódie huic dómui salus a Deo facta est, alleluja.
Ad Tertiam, Antiphona Domus mea.
Capit. Vidi civitátem. 35*
℟. br. Domum tuam, Dómine, * Decet sanctitúdo. Domum.
℣. In longitúdinem diérum. Decet. Glória Patri. Domum.
℣. Locus iste sanctus est, in quo orat sacérdos.
℟. Pro delíctis, et peccátis pópuli.
Ad Sextam, Antiph. Hæc est domus Dómini.
Capit. Apoc. 21. 3.
Et audívi vocem magnam de throno dicéntem: Ecce tabernáculum Dei cum homínibus, et habitábit cum eis. Et ipsi pópulus ejus erunt, et ipse Deus cum eis erit eórum Deus.
℟. br. Locus iste sanctus est, * In quo orat sacérdos. Locus.
℣. Pro delictis, et peccátis pópuli. In quo. Glória Patri. Locus.
℣. Hæc est domus Dómini firmiter ædificáta.
℟. Bene fundáta est supra firmam petram.
Ad Nonam. Antiphona Lápides pretiósi.
Capit. Apoc. 21. 4.
Et abstérget Deus omnem lácrymam ab óculis eórum, et mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abiérunt. Et dixit, qui sedébat in throno: Ecce nova fácio ómnia.
℟. br. Hæc est domus Dómini * Fírmiter ædificáta. Hæc est.
℣. Bene fundáta est supra firmam petram.

Fírmiter. Glória. Hæc est.

℣. Bene fundáta est domus Dómini.

℟. Supra firmam petram.

In ii. Vesper. Ant. Psal. Capit. et Hymnus, ut in primis Vésper. **35***

℣. Dómum tuam, Dómine, decet sanctitúdo.

℟. In longitúdinem diérum.

Ad Magnificat Antiph.

O quam metuéndus * est locus iste! vere non est hic áliud, nisi domus Dei, et porta cœli.

Infra Octav. Dedicat. Ecclesiæ et in ejus die Octava, omnia ut in die.

IN FESTIS
B. MARIÆ VIRGINIS
PER ANNUM

IN I. VESPERIS

Tempore Paschali additur Alleluja in fine ad Ant. ℣℣. et ℟℟. ubi non habetur.

Ant. **Dum esset Rex* in accúbitu suo, nardus mea dedit odorem suavitátis.**

Psalmus 109.

Dixit Dóminus Domino meo : * Sede a dextris meis.

Donec ponam inimícos tuos, * scabéllum pedum tuórum.

Virgam virtútis tuæ emittet Dóminus ex Sion: * dominàre in médio inimicórum tuórum.

Tecum principium in die virtutis tuæ in splendóribus sanctórum : * ex útero ante lucíferum génui te.

Jurávit Dóminus, et non pœnitébit eum : * Tu es sacérdos in ætérnum secúndum órdinem Melchisedech.

Dóminus a déxtris tuis,* confrégit in die iræ suæ reges.

Judicábit in nationibus, implébit ruinas: * conquassàbit cápita in terra multórum.

De torrénte in via bibet: * proptérea exaltábit caput.

Ant. **Dum esset Rex in accúbitu suo, nardus mea dedit odórem suavitátis.**

Ant. **Læva ejus*sub cápite meo: et déxtera illíus amplexábitur me.**

Psalmo 112.

Laudáte púeri Dóminum: * laudáte nomen Dómini.
Sit nomen Dómini benedíctum: * ex hoc nunc, et usque in sæculum.
A solis ortu usque ad occásum, * laudábile nomen Dómini.
Excélsus super omnes Gentes Dóminus: * et super cœlos glória ejus.
Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat, * et humília réspicit in cœlo et in terra?
Súscitans a terra ínopem, * et de stércore érigens paúperem:
Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli sui.
Qui habitáre fecit stérilem in domo, * matrem filiórum lætántem.
Ant. Læva ejus sub cápite meo, et déxtera illíus amplexábitur me.
Ant. Nigra sum, * sed formósa, fíliæ Jerúsalem: ídeo diléxit me Rex, et introdúxit me in cubiculum suum.

Psalmus 121.

Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: * in domum Dómini íbimus.
Stantes erant pedes nostri, * in átriis tuis Jerúsalem.
Jerúsalem, quæ ædificátur ut cívitas: * cujus participatio ejus in idípsum.
Illuc enim ascendérunt tribus, tribus Dómini, * testimónium Israel ad confiténdum nómini Dómini.
Quia illic sedérunt sedes in judício: * sedes super domum David.
Rogáte quæ ad pacem sunt Jerúsalem: * et abundántia diligéntibus te.
Fiat pax in virtúte tua: * et abundántia in túrribus tuis.
Propter fratres meos, et próximos meos, * loquébar pacem de te.
Propter domum Dómini Dei nostri, * quæsívi bona tibi.

Ant. Nigra sum, sed formósa, filiae Jerúsalem: ídeo diléxit me Rex, et introdúxit me in cubículum suum.

Ant. Jam híems tránsiit, * imber ábiit, et recéssit: surge, amica mea, et veni.

Psalmus 126.

Nisi Dóminus ædificáverit domum: * in vanum laboravérunt qui aedíficant eam.

Nisi Dóminus custodíerit civitátem, * frustra vígilat qui custódit eam.

Vanum est vobis ante lucem súrgere: * súrgite postquam sedéritis, qui manducátis panem dolóris.

Cum déderit diléctis suis somnum: * ecce hæréditas Dómini, filii, merces, fructus ventrís.

Sicut ságittae in manu poténtis, * ita filii excussórum.

Beátus vir qui implévit desidérium suum ex ipsis: * non confundétur cum loquétur inimicis suis in porta.

Ant. Jam hiems tránsiit, imber ábiit, et recéssit: surge, amíca mea et veni.

Ant. Speciósa facta es, * et suávis in delíciis tuis, sancta Dei Génitrix.

Psalmus 147.

Lauda, Jerúsalem, Dóminum: * lauda Deum tuum, Sion.

Quóniam confortávit seras portarum tuárum: * benedíxit filiis tuis in te.

Qui pósuit fines tuos pacem: * et ádipe fruménti sátiat te.

Qui emíttit elóquium suum terrae: * velóciter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam: * nébulam sicut cínerem spargit.

Mittit cristállum suam sicut buccellas: * ante faciem frígoris ejus quis sustinébit?

Emittet verbum suum, et liquefáciet ea: * flabit spíritus ejus, et fluent aquae.

Qui annúntiat verbum suum Jacob: * justítias et judícia sua Israel.
Non fecit táliter omni natióni: * et judícia sua non manifestávit eis.
Ant. Speciósa facta es, et suávis in delíciis tuis, sancta Dei genitrix.
Capit. Eccli. 24. b.
Ab inítio, et ante sæcula creáta sum, et usque ad futúrum saeculum non désinam, et in habitatióne sancta coram ipso ministrávi. Deo grátias.

Hymnus.

Ave maris stella,
Dei Mater alma,
Atque semper virgo,
Felix cœli porta.

Sumens illud Ave
Gabrielis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Hevae nomen.

Solve vincla reis,
Profer lumen caecis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.

Monstra te esse matrē,
Sumat per te preces
Qui pro nobis natus,
Tulit esse tuus.

Virgo singularis,
Inter omnes mitis,
Nos culpis solutos
Mites fac et castos.

Vitam praesta puram,
Iter para tutum,
Ut vidéntes Jesum
Semper collaetemur.

Sit laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spiritui sancto,
Tribus honor unus. Am.

℣. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta.
℟. Da mihi virtútem contra hostes tuos.
Ad Magnif. Antiphona.
Sancta María, succúrre míseris, juva pusillánimes, réfove flebiles, ora pro pópulo, intérveni pro clero, intercéde pro devóto fœmíneo sexu: séntiant omnes tuum juvámen quicúmque célebrant tuam sanctam festivitátem.
In fine hujus Ant. et ℟. in vii., loco Tuam sanctam festivitátem dic. In festo B. M. V. de monte Carmelo Tuam solemnē commemoratiónem.

In festo SS. Nominis B. M. V. **Tui sancti Nominis commemorationem.**
In festo SS. Rosarii B. M. V. **Tuam sactam Sólemnitatem.**
In festo Patrocinii **Tuũ sanctum Patrocinium.**
In festo Praesentationis **Tuam sanctam Praesentationem.**

Oratio.

Concede nos fámulos tuos, quaesumus, Dómine Deus, perpetua mentis et córporis sanitáte gaudére; et gloriósa beátæ Mariæ semper Virginis intercessióne, a praesénti liberári tristítia, et aetérna pérfrui laetítia. Per Dóminum.

Ad Compl. et Horas in fine hymnorum dicitur

Jesu tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine.

AD MATUTINUM

Invit. **Sancta Maria Dei Genitrix Virgo * Intercede pro nobis.**

Psalmus **Venite, exultémus 2.**

Hymnus.

Quem terra, pontus, sídera
Colunt, adórant, prædicant,
Trinam regéntem máchinam,
Cláustrum Mariæ bájulat.
Cui luna, sol et ómnia
Desérviunt per témpora,
Perfúsa cœli grátia,
Gestant puéllæ víscera.
Beáta Mater múnere
Cujus supérnus artifex,
Mundum pugíllo cóntinens,
Ventris sub arca cláusus est.
Beáta cœli núntio,
Fœcúnda sancto Spíritu,
Desiderátus géntibus,
Cujus per alvũ fusus est.
Jesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, et almo Spíritu,
In sempitérna sæcula.
Amen.

IN I. NOCTURNO

Ant. **Benedicta tu in muliéribus, et benedí-**

ctus fructus ventris tui.

Psalmus 8.

Dómine Dóminus noster, * quám admirábile est nomen tuum in univérsa terra!

Quóniam eleváta est magnificéntia tua * super cœlos.

Ex ore infántium, et lacténtium perfecisti láudem propter inimícos tuos, * ut déstruas inimícum, et ultórem.

Quóniam vidébo cœlos tuos, ópera digitórum tuórum: * lunam, et stellas, quæ tu fundásti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut filius hóminis, quóniam vísitas eum?

Minuísti eum paulo minus ab Angelis: glória et honóre coronásti eum: * et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Omnia subjecísti sub pédibus ejus, * oves et boves univérsas: ínsuper et pécora campi.

Vólucres cœlí, et pisces maris, * qui perámbulant sémitas maris.

Dómine Dóminus noster, * quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra!

Aña. Benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui.

Aña. Sicut myrrha * elécta odórem dedísti suavitátis sancta Dei Génitrix.

Psalmus 18.

Cœli enárrant glóriam Dei, * et ópera mánuum ejus annúntiat firmaméntum.

Dies diéi erúctat verbum, * et nox nocti indicat sciéntiam.

Non sunt loquélæ, neque sermónes, * quórum non audiántur voces eórum.

In omnem terram exívit sonus eórum: * et in fines orbis terræ verba eórum.

In sole pósuit tabernáculum suum: * et ipse tamquam sponsus procédens de thálamo suo.

Exultávit ut gigas ad

curréndam viam, * a summo cœlo egréssio ejus.

Et occúrsus ejus usque ad summum ejus: * nec est, qui se abscóndat a calóre ejus.

Lex Dómini immaculáta convértens ánimas: * testimónium Dómini fidéle, sapiéntiam præstans párvulis.

Justítiæ Dómini réctæ, lætificántes corda: * præcéptum Dómini lúcidum, illúminans óculos.

Timor Dómini sanctus, pérmanens in sæculum sæculi: * judícia Dómini vera, justificáta in semetípsa.

Desiderabília super aurum, et lápidem pretiósum multum: * et dulcióra super mel, et favum.

Etenim servus tuus custódit ea, * in custodiéndis illis retribútio multa.

Delícta quis intélligit? ab occúltis meis munda me: * et ab aliénis parce servo tuo.

Si mei non fúerint domináti, tunc immaculátus ero: * et emundábor a delícto máximo.

Et erunt ut compláceant elóquia oris mei: * et meditátio cordis mei in conspéctu tuo semper.

Dómine adjútor meus, * et redémptor meus.

Antiph. Sicut myrrha elécta odórem dedísti suavitátis, sancta Dei Génitrix.

Ant. Ante torum * hujus Vírginis frequentáte nobis dúlcia cántica drámatis.

Psalmus 23.

Dómini est terra, et plenitúdo ejus: * orbis terrárum, et univérsi, qui hábitant in eo.

Quia ipse super mária fundávit eum: * et super flúmina præparávit eum.

Quis ascéndet in montem Dómini? * aut quis stábit in loco sancto ejus?

Innocens mánibus, et

mundo corde, * qui non accépit in vano ánimam suam, nec jurávit in dolo próximo suo.

Hic accípiet benedictionem a Dómino: * et misericórdiam a Deo salutári suo.

Hæc est generátio quæréntium eum, * quæréntium fáciem Dei Jacob.

Attóllite portas, príncipes vestras, et elevámini portæ æternáles: * et introíbit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ? * Dóminus fortis, et potens: Dóminus potens in prælio.

Attóllite portas príncipes vestras, et elevámini portæ æternáles: * et introíbit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ? * Dóminus virtútum ipse est Rex glóriæ.

Antiph. Ante torum hujus Vírginis frequentáte nobis dúlcia cántica drámatis.

℣. Spécie tua, et pulchritúdine tua.

℟. Inténde, próspere procéde, et regna.

IN II. NOCTURNO

Antiph. Spécie tua * et pulchritúdine tua inténde, próspere procéde, et regna.

Psalmus 44.

Eructávit cor meum verbum bonum: * dico ego ópera mea Regi.

Lingua mea cálamus scribæ, * velóciter scribéntis.

Speciósus forma præ filiis hóminum, diffúsa est grátia in lábiis tuis: * proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Accíngere gládio tuo super femur tuum, * potentíssime.

Spécie tua, et pulchritúdine tua * inténde, próspere procéde, et regna,

Propter veritátem, et mansuetúdinem, et justítiam: * et dedúcet te mirabíliter déxtera tua.

Sagittæ tuæ acútæ, pópuli sub te cadent, * in corda inimicórū regis.

Sedes tua Deus, in sæculum sæculi : * virga directiónis, virga regni tui.

Dilexísti justítiam, et odísti iniquitàtem : * proptérea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætítiæ præ consórtibus tuis.

Myrrha, et gutta, et cásia a vestiméntis tuis, a dómibus ebúrneis : * ex quibus delectavérunt te fíliæ regum in honóre tuo.

Astitit regina a dextris tuis in vestitu deauráto: * circúmdata varietáte.

Audi filia, et vide, et inclína aurem tuam: * et oblivíscere pópulum tuum, et dómum patris tui.

Et concupíscet Rex decórem tuum : * quóniam ipse est Dóminus Deus tuus, et adorábunt eum.

Et fíliæ Tyri in munéribus * vultum tuum deprecabúntur, omnes dívites plebis.

Omnis glória ejus filiæ regis ab intus, * in fimbriis áureis circumamícta varietátibus.

Adducéntur Regi vírgines post eam: * próximæ ejus afferéntur tibi.

Afferéntur in lætitia, et exultatióne: * adducéntur in templum Regis.

Pro pátribus tuis nati sunt tibi filii : * constítues eos príncipes super omnem terram.

Mémores erunt nóminis tui * in omni generatióne, et generatiónem.

Proptérea pópuli confitebúntur tibi in ætérnum : * et in sæculum sæculi.

Antiph. Spécie tua, et pulchritúdine tua inténde, próspere procéde, et regna.

Antiph. Adjuvábit eam Deus vultu suo: Deus in médio ejus non commovébitur.

Psalmus 45.

Deus noster refugium, et virtus : * adjútor in tribulatiónibus, quæ

invenérunt nos nimis.
Proptérea non timébimus dum turbábitur terra: * et transferentur montes in cor maris.
Sonuérunt, et turbátæ sunt aquæ eórum: * conturbáti sunt montes in fortitúdine ejus.
Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei: * sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus.
Deus in médio ejus, non commovébitur: * adjuvábit eam Deus mane dilúculo.
Conturbátæ sunt gentes, et inclináta sunt regna: * dedit vocem suam, mota est terra.
Dóminus virtútum nobíscum: * suscéptor noster Deus Jacob.
Veníte, et vidéte ópera Dñi, quæ pósuit prodígia super terram: * áuferens bella usque ad finem terræ.
Arcum cónteret, et confrínget arma: * et scuta combúret igni.
Vacáte, et vidéte, quóniam ego sum Deus: * exaltábor in géntibus, et exaltábor in terra.
Dóminus virtútum nobíscum: * suscéptor noster Deus Jacob.
Antiph. Adjuvábit eam Deus vultu suo: Deus in médio ejus, non commovébitur.
Ant. Sicut lætantium * ómnium nostrum habitátio est in te, sancta Dei Génitrix.

Psalmus 86.

Fundaménta ejus in móntibus sanctis: * díligit Dóminus portas Sion supra ómnia tabernácula Jacob.
Gloriósa dicta sunt de te, * cívitas Dei.
Memor ero Rahab, et Babylónis * sciéntium me.
Ecce alienígenæ, et Tyrus, et pópulus Aethiopum, * hi fuérunt illic.
Numquid Sion dicet: Homo, et homo natus est in ea: * et ipse fundávit eam Altíssimus?
Dóminus narrábit in scriptúris populórum,

et príncipum:* horum, qui fuérunt in ea.
Sicut lætántium ómnium * habitátio est in te.
Aña. Sicut lætantium ómnium nostrum habitátio est in te, sancta Dei Génitrix.
℣. Adjuvábit eam Deus vultu suo.
℟. Deus in médio ejus, non commovébitur.

IN III. NOCTURNO

Antiph. Gaude María virgo,* cunctas hæreses sola interemísti in univérso mundo.

Psalmus 95.

Cantáte Dómino cánticum novum: * cantáte Dño omnis terra.
Cantáte Dómino, et benedícite nómini ejus: * annuntiáte de die in diem salutáre ejus.
Annuntiáte inter Gentes glóriam ejus, * in ómnibus pópulis mirabília ejus.
Quóniam magnus Dóminus, et laudábilis nimis: * terríbilis est super omnes deos.
Quóniam omnes dii Géntium dæmónia: * Dòminus autem cœlos fecit.
Conféssio, et pulchritúdo in conspéctu ejus: * sanctimónia, et magnificéntia in sanctificatióne ejus.
Afférte Dómino pátriæ géntium, afférte Dómino glóriam, et honórem: * afférte Dómino glóriam nómini ejus.
Tóllite hóstias, et introíte in átria ejus: * adoráte Dóminum in átrío sancto ejus.
Commoveátur a fácie ejus univérsa terra: * dícite in Géntibus, quia Dóminus regnávit.
Etenim corréxit orbem terræ, qui non commovébitur: * judicábit pópulos in æquitáte.
Læténtur cœli, et exúltet terra, commoveátur mare, et plenitúdo ejus: * gaudébunt campi, et ómnia, quæ in eis sunt.
Tunc exultábunt ómnia ligna silvárum a fácie Dómini, quia venit: *

quoniam venit judicáre terram.
Judicábit orbem terræ in æquitáte, * et pópulos in veritáte sua.
Ant. Gaude María virgo, cunctas hæreses sola interemisti in univérso mundo.
Ant. Dignáre me * laudáre te, Virgo sacráta: da mihi virtútem contra hostes tuos.

Psalmus 96.

Dóminus regnávit, exúltet terra : * lætentur insulæ multæ.
Nubes, et calígo in circúitu ejus: * justítia, et judícium corréctio sedis ejus.
Ignis ante ipsum præcedet, * et inflammábit in circúitu inimícos ejus.
Illuxérunt fúlgura ejus orbi terræ : * vidit, et commóta est terra.
Montes sicut cera fluxérunt a fácie Dñi : * a fácie Dñi omnis terra.
Annuntiavérunt cœli justítiam ejus: * et vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.
Confundántur omnes, qui adórant sculptília: * et qui gloriántur in simulácris suis.
Adoráte eum omnes Angeli ejus: * audívit, et lætáta est Sion.
Et exultavérunt fíliæ Judæ, * propter judícia tua, Dómine.
Quóniam tu Dóminus Altíssimus super omnem terram: * nimis exaltátus es super omnes deos.
Qui diligitis Dóminum, odíte malum: * custódit Dóminus ánimas sanctórum suórũ, de manu peccatoris liberábit eos.
Lux orta est justo, * et rectis corde lætítia.
Lætámini justi in Dómino: * et confitémini memóriæ sanctificatiónis ejus.
Ant. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta: da mihi virtútem contra hostes tuos.
Ant. Post partum, * Virgo, inviolata permansisti, Dei Génitrix, intercéde pro nobis.

In Adventu et in Festo Annuntiat. ejus loco dicitur.
Ant. Angelus Dómini * nuntiavit Mariæ et concepit de Spiritu Sancto.
Psalmus 97.
Cantáte Dómino cánticum novum: * quia mirabília fecit.
Salvávit sibi déxtera ejus: * et bráchium sanctum ejus.
Notum fecit Dóminus salutáre suum: * in conspéctu Géntium revelávit justítiam suam.
Recordátus est misericórdiæ suæ, * et veritátis suæ dómui Israel.
Vidérunt omnes términi terræ * salutáre Dei nostri.
Jubiláte Deo omnis terra: * cantáte, et exultáte, et psállite.
Psállite Dómino in cíthara, in cithara, et voce psalmi: * in tubis ductílibus, et voce tubæ córneæ.
Jubiláte in conspéctu Regis Dómini: * moveátur mare, et plenitúdo ejus: orbis terrárum, et qui hábitant in eo.
Flúmina plaudent manu, simul montes exultábunt a conspéctu Dómini: * quóniam venit judicáre terram.
Judicábit orbem terrárum in justítia, * et pópulos in æquitáte.
Ant. Post partum Virgo, inviolàta permansisti, Dei Génitrix intercéde pro nobis.
In Adv. et in Festo Annunt. ejus loco dicit.
Ant. Angelus Dómini ut supra.
℣. Elégit eam Deus, et præelégit eam.
℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.
Ad Laudes et per Horas,
Antiphona
Dum esset Rex * in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suavitatis.
Ps. Dominus regnavit cum reliq. 26:
Ant. Laeva ejus * sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me.

Ant. Nigra sum, * sed formosa, filiae Jerusalem: ideo dilexit me Rex, et introduxit me in cubiculum suum.

Ant. Jam hiems transiit, * imber abiit, et recessit: surge, amica mea et veni.

Ant. Speciosa facta es * et suavis in deliciis tuis, sancta Dei genitrix.

Capit. Eccl. 24. b.

Ab initio, et ante sæcula creata sum, et usque ad futurum saeculum non desinam, et in habitatione sancta coram ipso ministravi. Deo gratias.

Hymnus.

O Gloriosa virginum,
Sublimis inter sidera,
Qui te creavit, parvulum
Lactente nutris ubere.
Quod Heva tristis abstulit,
Tu reddis almo germine:
Intrent ut astra flebiles,
Cœli recludis cardines.
Tu Regis alti janua,
Et aula lucis fulgida:
Vitam datam per Virginem,
Gentes redemptae plaudite.
Jesu, tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et almo Spiritu
In sempiterna sæcula.
Amen.

℣. Diffusa est gratia in labiis tuis.
℟. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Ad Benedict. Antiph. Beata es Maria, * quae credidisti: perficientur in te, quae dicta sunt tibi a Domino, alleluja.

Oratio.

Concede nos famulos tuos, quaesumus, Domine Deus, perpetua mentis et corporis sanitate gaudere, et gloriosa beatæ Mariae semper Virginis intercessione, a præsenti liberari tristitia, et æterna perfrui laetitia. Per Dominum.

Ad Primam in ℟. br. dicitur. ℣. Qui natus es de Maria Virgine,

etiam in Festis infra Octavas B. M. V.

Ad Tertiam.

Ant. **Læva ejus.**

Capit. **Ab initio. 53***

℟ br. **Specie tua * Et pulchritudine tua. Specie. ℣ Intende, prospere procede, et regna. Et pulchritudine.** Gloria. **Specie tua. ℣. Adjuvabit eam Deus vultu suo.**

℟. **Deus in medio ejus non commovebitur.**

Ad Sextam.

Ant. **Nigra sum.**

Capit. **Eccl. 24. b.**

Et sic in Sion firmata sum, et in civitate sanctificata similiter requievi, et in Jerusalem potestas mea. Et radicavi in populo honorificato, et in parte Dei mei haereditas illius, et in plenitudine sanctorum detentio mea.

℟. br. **Adjuvabit eam * Deus vultu suo. Adjuvabit.**

℣. **Deus in medio ejus non commovebitur. Deus.** Gloria. **Adjuvabit.**

℣. **Elegit eam Deus, et præelegit eam.**

℟. **In tabernaculo suo habitare facit eam.**

Ad Nonam.

Ant. **Speciosa.**

Capit. **Eccl. 24. b.**

In plateis sicut cinnamomum et balsamum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris.

℟. br. **Elegit eam Deus, * Et præelegit eam. Elegit. ℣. In tabernaculo suo habitare facit eam. Et præelegit.** Gloria. **Elegit.**

℣. **Diffusa est gratia in labiis tuis.**

℟. **Propterea benedixit te Deus in æternum.**

In II. Vesp.

Omnia ut in I. præterq.

℣. **Dignare me laudare te, Virgo sacrata.**

℟. **Da mihi virtutem contra hostes tuos.**

Ad Magnif. Ant. **Beatam me dicent * omnes generationes, quia ancillam humilem respexit Deus.**

Officium Beatæ Mariæ in Sabbato hic omittitur, quia apud nos fit de Immacolata Conceptione.

OFFICIUM PARVUM B. MARIAÆ

Non dicitur, quando fit Offic. ix. Lectionum, nec in Vig. Nativ. Domini, nec in Feriis maj. Hebdomadæ, nec infra Oct. Paschæ et Pent. nec in Sabbatis, quando fit Offic. de S. Maria. Quibus diebus omitt. a. i. Vesp., et in Vigil. Nativit. a Matut. Cum dicitur in Choro, in Matut. et in Vesp. præponitur Offic. diei: in aliis Horis postponit. Prima dicitur post Benedicámus Dómino, antequam legatur Martyrolog. Extra Chorum potest dici pro tempore opportunit.

OFFICIUM B. M. extra Adventum.

Ad Vesperas, Ave Maria, secreto, quæ dicitur semper in principio omnium Horarum B. M. V. quando non conjunguntur cum Officium diei. ℣.

Deus in adjutórium meum inténde.

℟. Dómine ad adjuvándum me festína.

Glória Patri, etc. Sicut erat in princípio, etc. In fine Allelúja, ad omn. Hor. per tot. ann. præterquam a Septuag. usque ad Sabb. Sanct.; cujus loco tunc dicitur: Laus tibi Dómine, Rex ætérnæ glóriæ.

Ant. Psalm. Capit. et Hymnus ut supra in Festis B. M. V. 40*

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.

℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Magnific. Antiph. Beáta mater, * et intácta virgo, glorióśa Regína mundi, intercéde pro nobis ad Dóminum.

Kyrie eléison.

Christe eléison.

Kyrie eléison.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Oratio.

Concéde nos fámulos ut supra 44*.

Sequens commem. pro sanctis fit tant. ad Vesp et Laud in Off. S. Mariæ, præterq. in Adv., cujus loco tunc alia dicitur ut infra.

Ant. Sancti Dei omnes intercédere dignémini pro nostra, omniúmque salúte.

℣. Lætámini in Dómino, et exultáte justi.

℟. Et gloriámini omnes recti corde.

Oratio.

Prótege, Dómine, pópulum tuum, et Apostolórum tuórum Petri, et Pauli, et aliórum Apostolórum patrocínio confidéntem, perpétua defensióne consérva.

Omnes sancti tui, quæsumus Dómine, nos ubique ádjuvent: ut dum eórum mérita recólimus, patrocínia sentiámus: et pacem tuam nostris concéde tempóribus, et ab Ecclésia tua cunctam repélle nequitiam: iter, actus, et voluntátes nostras, et ómnium famulórum tuórum in salútis tuæ prosperitáte dispóne, benefactóribus nostris sempitérna bona retríbue: et ómnibus fidélibus defúnctis réquiem ætérnam concéde. Per Dóminum.

AD COMPLETORIUM

Ave Maria, ut supra. ℣. Convérte nos Deus salutáris noster.

℟. Et avérte iram tuam a nobis.

℣. Deus in adjutórium meum inténde.

℟. Dómine ad adjuvándum me festína.

Glória Patri. Allelúja.

Psal. Sæpe expugnavérunt 202 Psal. De profúndis clamávi 202 Ps. Dómine non est exaltátum 203.

Hymnus.

Meménto, rerum Cónditor,
Nostri quod olim córporis,
Sacráta ab alvo Vírginis

Nascéndo, formam súmpseris.
Maria mater grátiæ,
Dulcis Parens cleméntiæ,
Tu nos ab hoste prótege,
Et mortis hora súscipe.
Jesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, et almo Spiritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

Capit. Eccl. 24. c.
Ego mater pulchræ dilectiónis, et timóris, et agnitiónis, et sanctæ spei.
℟. Deo grátias.
℣. Ora pro nobis sancta Dei Génitrix.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.
Ad Nunc dimittis, Ant. Sub tuum præsídium * confúgimus, sancta Dei Génitrix: nostras deprecatiónes ne despícias in necessitátibus; sed a perículis cunctis líbera nos semper, Virgo gloriósa, et benedícta.

Kyrie eléison.
Christe eléison.
Kyrie eléison.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Oratio.
Beátæ, et gloriósæ semper vírginis Maríæ quæsumus Dómine, intercéssio gloriósa nos prótegat: et ad vitam perdúcat ætérnam. Per Dóminum.

AD MATUTINUM

Ave Maria ut supra.
℣. Domine labia mea.
℟. Et os meum.
℣. Deus in adjutórium.
Gloria Patri.
Invitat. Ave Maria, gratia plena * Dñus tecum.
Psalm. Venite. 2. Hymnus. Quem terra, 44*
In Nocturnis Antiphonae et Psalmi dícuntur ut in Festis B. M. V., per annum, scilicet.
Feria ii. et v. ut in i. Nocturno 44*.
Feria iii. et vi. ut in ii. Nocturno 47*.
Feria iv. et Sabato ut in iii. Nocturno 50*.
Deinde semper dicit.

℣. Diffusa est gratia in labiis tuis

℟. Propterea benedixit te Deus in eternum.

Pater noster. secreto.

℣. Et ne nos índucas etc.

℟. Sed libera.

Absolutio.

Précibus, et méritis beátæ Mariæ semper virginis, et ómnium Sanctórum, perdúcat nos Dóminus ad regna cœlórum. ℟. Amen.

℣. Jube domne benedicere.

Bño. Nos cum prole pia benedícat virgo M aría.

℟. Amen.

Lectio i. Eccl. 24. 11.

In ómnibus réquiem quæsivi, et in hæreditáte Dómini morábor. Tunc præcépit, et dixit mihi Creátor ómnium: et qui creávit me, requiévit in tabernáculo meo, et dixit mihi: In Jacob inhábita, et in Israel hæreditáre, et in electis meis mitte radices. Tu autem, Domine, miserere nobis. ℟. Deo grátias.

℟. Sancta, et immaculáta virginitas, quibus te láudibus éfferam, néscio: Quia, quem cœli cápere non póterant, tuo grémio contulisti.

℣. Benedicta tu in muliéribus, et benedictus fructus ventris tui. Quia quem cœli.

℣. Jube domne benedicere.

Bño. Ipsa Virgo virginum intercédat pro nobis ad Dóminum.

℟. Amen.

Lectio ii.

Et sic in Sion firmáta sum, et in civitáte sanctificáta similiter requiévi, et in Jerúsalem potéstas mea. Et radicávi in pópulo honorificáto, et in parte Dei mei hæréditas illíus, et in plenitúdine sanctorum deténtio mea. Tu autem, Dómine, miserére etc.

℟. Beáta es, Virgo María, quæ Dóminum portásti Creatorem mundi: * Genuisti, qui te

fecit, et in ætérnum permanes virgo.

℣. Ave Maria, grátia plena: Dominus tecum. Génuisti.

℣. Jube domne benedicere.

Bñd. Per Virginem matrem concédat nobis Dóminus salútem et pácem. ℟. Amen.

Lectio iii.

Quasi cedrus exaltáta sum in Libano, et quasi cypréssus in monte Sion: quasi palma exaltáta sum in cades, et quasi plantátio rosæ in Iéricho. Quasi olíva speciósa in campis, et quasi plátanus exaltáta sum juxta aquam in platéis. Sicut cinnamómum, et bálsamum aromatízans odòrem dedi: quasi myrrha elécta dedi suavitátem odóris. Tu autem, Dómine, miserére nobis. ℟. Deo grátias.

℟. Felix namque es, sacra virgo Maria, et omni láude dignissima.* Quia ex te ortus est sol justitiæ,* Christus Deus noster.

℣. Ora pro pópulo, intérveni pro clero, intercéde pro devóto fœmíneó sexu: séntiant omnes tuum juvámen, quicúmque celebránt tuam sanctam commemoratiónem. Quia. Glória Patri. Christus.

AD LAUDES.

Deus in adjútórium meum inténde.

℟. Dómine ad adjuvándum me festina. Glória Patri. Allel.

Ant. Assúmpta est* Maria in cœlum, gaudent Angeli, laudantes benedicunt Dominum.

Psal. Dóminus regnávit, cum reliquis de Dominica 26.

Ant. María vírgo * assúmpta est ad æthéreum thálamum, in quo Rex regum stelláto sedet sólio.

Ant. In odórem * unguentórum tuórum cúrrimus. adolescéntulæ dilexérunt te nimis.

Ant. Benedicta filia * tu

a Dómino: quia per te fructum vitæ communicávimus.

Ant. Pulchra es,* et decóra filia Jerusalem: terríbilis ut castrórum ácies ordináta.

Capit. Cant. 6. 8.

Vidérunt eam filiæ Sion, et beatíssimam prædicavérunt, et reginæ laudavérunt eam.

℟. Deo grátias.

Hymn. O gloriosa Virginum 53*.

℣. Benedicta tu in muliéribus.

℟. Et benedictus fructus ventris tui.

Ad Benedictus, Antiph. Beáta Dei génitrix Maria * virgo perpétua, templum Dómini, sacrárium Spíritus sancti: sola sine exémplo placuísti Dómino nostro Jesu Christo: ora pro pópulo, intérveni pro clero, intercéde pro devóto fœmineo sexu.

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eleison.

℣. Dóminus vobiscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Oratio.

Deus, qui de beátæ Mariæ virginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscípere voluísti: præsta supplicibus tuis; ut qui vere eam Genitrícem Dei crédimus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per eúmdem Christum, etc.

Pro Sanctis, Antiphona. Sancti Dei omnes.

℣. Lætámini in Dño, Oratio. Protege Dñe, et Omnes Sancti tui ut supra in Vesperis. 56*

AD PRIMAM

Ave Maria, etc. ℣.

Deus, in adjutórium meum inténde.

℟. Domine, ad adjuvándum me festina.

Glória Patri, etc. Allel,

Hymnus.

Meménto, rerum Cónditor,
Nostri quód olim córporis,
Sacráta ab alvo Vírginis
Nascéndo, formam súmpseris.
María mater grátiæ,

Dulcis Parens cleméntiæ,
Tu nos ab hoste prótege,
Et mortis hora súscipe.
Jesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, et almo Spiritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

Ant. Assúmpta est.
Psalmus Deus in nómine tuo 34.
Psalmus Benedixísti Dómine, 150.

Psalmus 116.

Laudáte Dóminum omnes Gentes * laudáte eum omnes pópuli.
Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus: * et véritas Dómini manet in ætérnum. Gloria Patri

Antiph. Assúmpta est María in cœlum, gaudent Angeli laudántes benedícunt Dóminum.

Capit. Cant. 6. 9.

Quæ est ista, quæ progréditur quasi auróra consúrgens, pulchra ut luna, elécta ut sol, terríbilis ut castrórum ácies ordináta?
℟. Deo grátias.
℣. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta.
℟. Da mihi virtútem contra hostes tuos.
Kyrie eléison.
Christe eléison.
Kyrie eléison.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Oratio.

Deus, qui virginálem aulam beátæ Maríæ in qua habitáres, elígere dignátus es: da, quæsumus; ut sua nos defensióne munítos, jucúndos fácias suæ interésse commemoratióni: Qui vivis, et regnas cum Deo etc.

AD TERTIAM

Ave María, etc ℣. Deus, in adjutórium etc.
Hymn. Meménto, 60.*
Ant. María virgo.
Psal. Ad Dñm, cúm tribulárer clamávi: * 195
Psalmus Levávi óculos meos in montes, * 195
Psalmus Lætátus sum

in his, quæ dicta sunt mihi: 198.

Ant. María virgo assúmpta est ad æthéreum thálamum, in quo Rex regum stelláto sedet sólio.

Capit. Eccli. 24. 15.

Et sic in Sion firmáta sum, et in civitáte sanctificáta simíliter requiévi, et in Jerúsalem potéstas mea.

℟. Deo grátias.

℣. Diffusa est gratia in labiis tuis.

℟. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Orátio.

Deus, qui salútis ætérnæ, beátæ Maríæ virginitáte fœcúnda, humáno géneri præmia præstitisti: tribue quæsumus; ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam merúimus auctórem vitæ suscípere, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit, et regnat.

AD SEXTAM.

Ave María, etc.

℣. Deus, in adjutór., etc.

Hymn. Meménto. 60.*

Ant. In odórem.

Psalmus Ad te levávi óculos meos, * 199.

Psalmus. Nisi quia Dóminus erat 199.

Psalmus. Qui confidunt in Dómino, 199.

Antiph. In odórem unguentórum tuórum cúrrimus, adolescéntulæ dilexérunt te nimis.

Capit. Eccli 24. 16.

Et radicávi in pópulo honorificáto, et in parte Dei mei hæréditas illíus et in plenitúdine sanctórum deténtio mea. ℟. Deo grátias. ℣. Benedicta tu in muliéribus.

℟. Et benedíctus fructus ventris tui.

Kyrie eléison.

Christe eléison.

Kyrie eléison.

℣. Dóminus vobiscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Oratio.

Concéde, miséricors Deus, fragilitáti nostræ præsídium; ut, qui sanctæ Dei Genitrícis memóriam ágimus, intercessiónis ejus auxílio a nostris iniquitátibus resurgámus. Per eúmdem Dóminum etc.

AD NONAM

Ave María, etc.

℣. Deus, in adjutoriũ, etc.

Hymn. Meménto. 60*

Ant. Pulchra es.

Psalmus In converténdo Dóminus 200.

Psalmus Nisi Dóminus ædificáverit 201.

Psalmus Beáti omnes, qui timent 202.

Ant. Pulchra es, et decóra, filia Jerúsalem: terríbilis ut castrórum ácies ordináta.

Capit. Eccli 24. 20.

In platéis sicut cinnamómum, et bálsamum aromatizans odórem dedi: quasi myrrha elécta dedi suavitátem odóris.

℟. Deo grátias.

℣. Post partum, Virgo, inviolata permansísti.

℟. Dei Génitrix, intercéde pro nobis.

Kyrie eléison.

Christe eléison.

Kyrie eléison.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Oratio.

Famulórum tuórum, quæsumus Dómine, delíctis ignósce: ut, qui tibi placére de áctibus nostris non valémus, Genitrícis Filii tui Dómini nostri intercessióne salvémur: Qui tecum vivit, etc.

OFFICIUM B. M.

In Adventu.

Ad Vesperas, Antiph. et Capitulum de laudibus infra 66* Psalmi et Hymnus ut in fest. B. M. V. per annum. 40*

Ad Magnificat, Antiph. Spiritus sanctus * in te descéndet, María: ne tímeas, habébis in útero Fílium Dei, allelúja.

Kyrie eléison.

Christe eléison.

Kyrie eléison.

℣. Dóminus vobíscum
℟. Et cum spíritu tuo.

Oratio.

Deus, qui de beátæ Maríæ vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscípere voluísti: præsta supplícibus tuis; ut, qui vere eam Genitricem Dei crédimus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Hæc Or. dicitur ad omn. Hor., sed cum conclus. integra, scilicet: Per éumdem Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit, etc.

Pro Sanctis ad Vesp: et Laud. tant. Ant. Ecce Dóminus véniet. et omnes sancti ejus cùm eo: et erit in die illa lux magna, allel.

℣. Ecce apparébit Dóminus super nubem candidam.
℟. Et cum eo Sanctórum míllia.

Oratio.

Consciéntias nostras, quæsumus Dómine, visitándo purífica: ut, véniens Jesus Christus Fílius tuus Dóminus noster cum ómnibus Sanctis, parátam sibi in nobis invéniat mansiónem: Qui tecum vivit, et regnat.

Ad Compl. Psal. et Hymnus ut supra extra Adv. 56*.

Capit. Isaiæ 7. 14.

Ecce Virgo concípiet et páriet filium, et vocábitur nomen ejus Emmánuel. Butyrum, et mel cómedet, ut sciat reprobáre malum, et elígere bonum.

℣. Angelus Dómini nuntiávit Maríæ.
℟. Et concépit de Spíritu sancto.

Ad Nunc dimittis. Ant. Spíritus sanctus in te descéndet, Maria: ne tímeas, habébis in útero Fílium Dei, Allel.

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.
℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo. Orat. Deus qui de beátæ Mariæ ut supra in Vesp. Ad Matut., Invitat. Hymn., Añæ, Psal., et ℣℣. usq. ad Lect. dicunt. sicut ante Advent. præter tertiam Ant. tertii Noct. Post partum: cujus loco dic. seq.

Ant. Angelus Dómini nuntiávit Maríæ, et concépit de Spíritu sancto, Allelúja.

Absolutio, et benedictiones, ut supra.

Lectio i. Luc. 1. 26.

Missus est Angelus Gábriel a Deo in civitátem Galilææ, cui nomen Názareth, ad Vírginem desponsátam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen virginis María. Et ingréssus Angelus ad eam, dixit: Ave grátia plena: Dóminus tecum: Benedicta tu in muliéribus. Tu autem Dñe, miserére nobis.

℟. Deo grátias.

℟. Missus est Gábriel Angelus ad Maríam virginem desponsátam Joseph, núntians ei verbum: et expavéscit Virgo de lúmine. Ne tímeas, María, invenísti grátiam apud Dóminum; Ecce concípies, et páries, et vocábitur Altíssimi Filius.

℣. Dabit et Dñs Deus sedem David Patris ejus, et regnábit in domo Jacob in ætérnum. Ecce.

Lectio ii.

Quæ cúm audísset, turbáta est in sermóne ejus, et cogitábat qualis esset ista salutátio. Et ait Angelus ei: Ne timeas, María, invenísti enim grátiam apud Deum: Ecce concípies in útero, et páries filium, et vocábis nomen ejus Iesum. Hic erit magnus, et Filius Altíssimi vocábitur, et dabit illi Dóminus Deus sedem David patris ejus, et regnábit in domo Jacob in æternum, et regni ejus non erit finis. Tu autem.

℟. Ave María grátia

plena: Dóminus tecum:* Spíritus sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi: quod enim ex te nascétur Sanctum, vocábitur Filius Dei.

℣. Quómodo fiet istud, quóniam virum non cognósco? Et respóndens Angelus, dixit ei. Spíritus sanctus.

Lectio iii.

Dixit autem María ad Angelum: Quómodo fiet istud, quóniam virum non cognósco? Et respóndens Angelus, dixit ei: Spíritus sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi. Ideóque et quod nascétur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei. Et ecce Elísabeth cognáta tua, et ipsa concépit filium in senectúte sua: et hic mensis sextus est illi, quæ vocátur stérilis: quia non erit impossíbile apud Deum omne verbum. Dixit autem María: Ecce ancílla Dómini, fiat mihi secúndum verbum tuum. Tu autem.

℟. Súscipe verbum, virgo María, quod tibi a Dómino per Angelum transmíssum est: concípies, et páries Deum páriter, et hóminem: * Ut benedícta dicáris inter omnes mulíeres.

℣. Páries quidem Fílium, et virginitátis non patiéris detriméntum: efficiéris grávida, et eris mater semper intácta. Ut benedícta.

Glória Patri. Ut benedícta.

Ad Laud. et per Hor.

Antíphona.

Missus est * Gábriel Angelus ad Mariam vírginem desponsátam Joseph.

Psal. Dóminus regnávit, cum reliquis, 26.

Ant. Ave María,* grátia plena: Dóminus tecum: Benedícta tu in muliéribus, allelúja.

Ant. Ne tímeas, María,* invenísti grátiam apud Dóminum: ecce conci-

pies, et páries Filium, allelúja.

Ant. Dabit ei Dóminus* sedem David patris ejus, et regnábit in ætérnum.

Ant. Ecce ancílla Dómini, *fiat mihi secúndum verbum tuum.

Capit. Isaiæ 11. 1.

Egrediétur virga de radíce Jesse, et flos de radíce ejus ascéndet. Et requiéscet super eum Spíritus Dómini.

Hymn. O gloriósa Vírginum. 53*

℣. Benedícta tu in muliéribus.

℟. Et benedictus fructus ventris tui.

Ad Benedictus Antiph. Spíritus sanctus, cum reliquis ut supra in Vesp. 63*

Ad Hor. Hymni, et Psal. dicunt. sicut ante Adventum 60*.

Ad Primam, antiphona. Missus est.

Capit. Isaiæ 7. 14.

Ecce Virgo concípiet, et páriet filium, et vocábitur nomen ejus Emmánuel. Butyrum, et mel cómedet, ut sciat reprobáre malum, et elígere bonum.

℣. Dignáre me laudáre te Virgo sacráta.

℟. Da mihi virtútem contra hostes tuos.

Kyrie eléison, etc.

Ad Tertiam, Antiphona. Ave María.

Capit. Isaiæ 11. 1.

Egrediétur virga de radice Jesse, et flos de radíce ejus ascéndet, et requiéscet super eum spíritus Dómini.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.

℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Kyrie eléison, etc.

Ad Sextam Antiphona. Ne tímeas María.

Capit. Luc. 1. 32.

Dabit illi Dóminus Deus sedem David Patris ejus: et regnábit in domo Jacob in ætérnum, et regni ejus non erit finis.

℣. Benedícta tu in muliéribus.

℟. Et benedíctus fructus ventris tui.
Kyrie eléison, etc.
Ad Nonam Antiphona.
Ecce ancílla Dómini.
Capit. Isaiæ 7. 14.
Ecce virgo concípiet, et páriet fílium, et vocábitur nomen ejus Emmánuel. Butyrum, et mel cómedet, ut sciat reprobáre malum, et elígere bonum.
℣. Angelus Dómini nuntiávit Maríæ.
℟. Et concépit de Spíritu Sancto.
Kyrie eléis. Christ. etc.
POST NATIVITAT.
Usque ad Purification., inclus. Offic. B. M. dicitur ut ante Adv. except. his quæ seq., quæ dicuntur tantum usque ad II. Febr. inclusive, ut in Rubr. posita ante
Ant. Ave Regina cœlorum in fine Psalt. 229*
Ad Laud. et per Hor. Antiphona.
O admirábile commércium! * Creátor géneris humáni, animátum corpus sumens, de Vírgine nasci dignátus est: et procédens homo sine sémine, largítus est nobis suã Deitátem.
Psal. Dóminus regnávit, cum reliquis 26.
Ant. Quando natus es * ineffabíliter ex Vírgine, tunc implétæ sunt scriptúræ: sicut plúvia in vellus descendísti, ut salvum fáceres genus humánum: te laudamus Deus noster.
Ant. Rubum, quem víderat Móyses * incombústum, conservátam agnóvimus tuam laudábilem virginitátem: Dei Génitrix intercéde pro nobis.
Ant. Germinávit radix Jesse, * orta est stella ex Jacob, Virgo péperit Salvatórem: te laudámus Deus noster.
Ant. Ecce María * génuit nobis Salvatórem, quem Joánnes videns exclamávit, dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi, all.
Capit. Viderunt, cum hym. et ℣. 60*.

Ad Benedictus, Antiph. **Mirábile mystérium * declarátur hódie: innovántur natúræ, Deus homo factus est : id quod fuit, permánsit: et quod non erat, assúmpsit; non commixtiónem passus, neque divisiónem.**

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.

℣. **Dóminus vobíscum.**

℟. **Et cum spíritu tuo.**

Oratio.

Deus, qui salútis ætérnæ, beátæ Maríæ virginitáte fœcunda, humáno géneri præmia præstitísti: tríbue quæsumus; ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam merúimus auctórem vitæ suscípere, Dóminum nostrum Jesum Christũ Fílium tuum. ℟. **Amen.**

Et dicitur ad omn. Hor. et in eis additur: **Qui tecum vivit, et regnat in unitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. Amen.**

Deinde pro Sanctis, et reliquum Offic. in aliis Horis, ut supra ante Adventum. **60***

Ad Vesperas, Antiph. **O admirábile,** ut supra in Láudibus.

Psalm. consueti de B. Virg. Maria. **40***

Ad Magnificat, et ad Nunc dimittis.

Ant. **Magnum hæreditátis mystérium:* Templum Dei factus est úterus nesciéntis virum: non est pollútus ex ea carnem assúmens: omnes Gentes vénient, dicéntes: Glória tibi, Dñe.**

TEMPORE PASCH.

Offic. B. Mariæ dic. sicut ante Adv. sed ad Benedictus, et ad Magnificat, et ad Nunc dimittis, dicitur seq. Ant. **Regína cœli lætáre, allelúja: quia quem meruísti portáre, allelúja: resurréxit, sicut dixit, allelúja: ora pro nobis Deum, allelúja.**

Ant. autem, Versibus, et Responsoriis non additur in fine **Allelúja.**

OFFICIUM
DEFUNCTORUM

Dicitur extra tempus Paschale prima cujusque mensis die non impedita festo ix. Lectionum, alioquin in alio sequenti die similiter non impedita. In Adventu autem, et Quadrages. Feria ii. cujuslibet Hebdomadæ similiter non impedita, præterquam in majori Hebdomada. In Choro dicit. post Officiū diei, idest; Vesperæ post Vesp., et Matut. post Laudes diei, nisi alia sit consuetudo Ecclesiarum: extra Chorum vero pro opport. tempor.

AD VESPERAS

Absolute incipitur ab Ant. **Placébo Dómino.**

Psalmus 114.

Diléxi, quóniam exáudiet Dóminus * vocem oratiónis meæ.

Quia inclinávit aurem suam mihi: * et in diébus meis invocábo.

Circumdéderunt me dolóres mortis: * et pericula inférni invenérunt me.

Tribulatiónem, et dolórem invéni: * et nomen Dómini invocávi.

O Dómine, líbera ánimam meam: * miséricors Dóminus, et justus, et Deus noster miserétur.

Custódiens parvulos Dóminus: * humiliátus sum, et liberávit me.

Convértere ánima mea in réquiem tuam: * quia Dóminus benefécit tibi.

Quia erípuit ánimam meam de morte, * óculos meos a lácrymis, pedes meos a lapsu.

Placébo Dómino * in regióne vivórum.

In fine omnium Psalmorum dicitur:

Réquiem ætérnam dona eis Dómine: Et lux perpétua lúceat eis.

Ant. Placébo Dómino in regióne vivórum.

Ant. Hei mihi Dómine.

Psalmus 119.

Ad Dóminum cum tribulárer clamávi: * et exaudívit me.

Dómine líbera ánimam meam a lábiis iníquis, * et a língua dolósa.

Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi * ad línguam dolósam?

Sagíttæ poténtis acútæ, * cum carbónibus desolatóriis.

Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus est: habitávi cum habitántibus Cedar: * multum íncola fuit ánima mea.

Cum his, qui odérunt pacem, eram pacíficus: * cum loquébar illis, impugnábant me gratis.

Réquiem ætérnam.

Ant. Hei mihi Dómine, quia incólatus meus prolongátus est.

Ant. Dóminus custódit te.

Psalmus 120.

Levávi óculos meos in montes, * unde véniet auxílium mihi.

Auxílium meum a Dómino, * qui fecit cœlum, et terram.

Non det in commotiónem pedem tuum: * neque dormítet qui custódit te.

Ecce non dormitàbit, neque dórmiet, * qui custódit Israel.

Dóminus custódit te, Dñus protéctio tua, * super manum déxteram tuam.

Per diem sol non uret te: * neque luna per noctem.

Dóminus custódit te ab omni malo: * custódiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus custódiat introítum tuum, et éxitum tuum: *ex hoc nunc

et usque in sæculum.
Réquiem ætérnam.
Ant. Dñus custódit te ab omni malo : custódiat ánimam tuam Dóminus.
Ant. Si iniquitátes.

Psalmus 129.

De profúndis clamávi ad te Dómine: * Dómine exaudi vocem meam.
Fiant aures tuæ intendéntes, * in vocem deprecatiónis meæ.
Si iniquitátes observáveris Dómine : * Dómine quis sustinébit?
Quia apud te propitiátio est: * et propter legem tuā sustínui te Dñe.
Sustinuit ánima mea in verbo ejus: * sperávit ánima mea in Dño.
A custódia matutina usque ad noctem : * speret Israel in Dómino.
Quia apud Dñum misericórdia : * et copiósa apud eum redémptio.
Et ipse rédimet Israel* ex ómnibus iniquitátibus ejus.
Requiem ætérnam.
Antiph. Si iniquitátes observáveris Dómine : Domine quis sustinébit?
Ant. Opera.

Psalmus 137.

Confitébor tibi Dómine in toto corde meo : * quóniam audísti verba oris mei.
In conspéctu Angelórum psallam tibi:* adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo.
Super misericórdia tua, et veritáte tua: * quóniam magnificásti super omne, nomen sanctum tuum.
In quacúmque die invocávero te, exáudi me: * multiplicábis in ánima mea virtútem.
Confiteántur tibi, Dómine, omnes Reges terræ: * quia audiérunt ómnia verba oris tui.
Et cantent in viis Dómini: * quóniam magna est glória Dómini.
Quóniam excélsus Dóminus, et humilia réspicit: * et alta a longe cognóscit.
Si ambulávero in mé-

dio tribulatiónis, vivificábis me: * et super iram inimicórum meórum extendísti manum tuam, et salvum me fecit déxtera tua.

Dóminus retribuet pro me: * Dómine, misericórdia tua in sæculum: ópera mánuum tuárum ne despícias.

R équiem ætérnam.

Aña. Opera mánuum tuárum, Dómine, ne despícias.

℣. Audívi vocem de cœlo dicéntem mihi.

℟. Beáti mórtui qui in Dómino moriúntur.

Ad Magníficat, Antiph. Omne, quod dat mihi Pater, ad me véniet: et eum, qui venit ad me non ejíciam foras.

Preces infrascriptæ dicunt. flex. genib., similiter et ad Laud.

Pater noster, secreto.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos a malo.

Sequens Ps. Lauda ánima mea in Vesperis, similiter et Ps. De profúndis in fine Laudum, non dic. in die Commem. omn. fidel. Defunct. neque in die obitus, seu deposit. Defuncti præsente cadavere, etsi unum dicatur Noct., nec apud nos in Officio generalissimo; alias autem semper, et omnino dicendi sunt.

Psalmus 145.

Lauda ánima mea Dóminum, laudábo Dóminum in vita mea: * psallam Deo meo quámdiu fúero.

Nolíte confídere in princípibus: * in fíliis hóminum, in quibus non est salus.

Exíbit spíritus ejus, et revertétur in terram suam: * in illa die períbunt omnes cogitatiónes eórum.

Beátus, cujus Deus Jacob adjútor ejus, spes ejus in Dómino Deo ipsíus, * qui fecit cœlum et terram, mare, et ómnia, quæ in eis sunt.

Qui custódit veritatem in sæculum, facit judícium injúriam patiéntibus: * dat escam esuriéntibus.

Dóminus solvit compeditos: * Dóminus illúminat cæcos.

Dóminus érigit elísos, * Dóminus díligit justos.

Dóminus custódit ádvenas, pupíllum et víduam suscípiet : * et vias peccatórum dispérdet.

Regnábit Dóminus in sæcula Deus tuus Sion,* in generatiónem, et generatiónem.

In fine Ps. dic. Requiem æternam dona eis Dómine: * Et lux perpétua lúceat eis.

Deinde ℣. A porta inferi. ℟. Erue Dómine ánimas eórum.

℣. Requiéscant in pace.

℟. Amen.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Oratio.

Deus qui inter Apostólicos sacerdótes fámulos tuos Pontificáli, seu sácerdotáli fecísti dignitáte vigére: præsta, quæsumus, ut eórum quoque perpétuo aggregéntur consórtio.

Si facienda sit conclusio, dicatur. Per Dóminum nostrum.

Deus, véniæ largítor, et humánæ salútis amátor: quæsumus cleméntiam tuam, ut nostræ congregatiónis fratres, propínquos, et benefactóres, qui ex hoc sæculo transiérunt, beáta María semper vírgine intercedénte, cum ómnibus sanctis tuis ad perpétuæ beatitúdinis consórtium pervenire concédas.

Similiter pro conclusione: Per Dóminum nostrum.

Fidélium Deus ómnium Cónditor, et Redémptor, animábus famulórum, famula-

rúmque tuárúm, remissiónem cunctórum tríbue peccatórum: ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, piis supplicationibus consequántur: Qui vivis, et regnas in sæcula sæculorum.

℟. **Amen.**

In die vero Commem. omn. fidel. Def. quando die. hæc ultima tant. orat. dicitur: **Qui vivis, et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus, etc.**

Quæ quidem conclusiones longiores adhibentur semper quando unica dicitur oratio: nisi statim sequatur Missa de Requiem, vel absolutio ad tumulum: tunc enim dicitur conclusio brevis.

In die depositionis Defuncti.

Oratio.

Absólve, quæsumus Domine, ánimam fámuli tui N. ut defúnctus sæculo tibi vivat; et quæ per fragilitátem carnis humána conversatióne commisit, tu vénia misericordíssimæ pietátis abstérge. Per Dóminum.

Si fuerit fœmina, dicatur, **ánimam fámulæ tuæ N. ut defúncta.**

In anniversario die.

Oratio.

Deus indulgentiárum Dómine: da animábus famulórum, famularúmque tuárum, quorum anniversárium depositiónis diem commemóramus, refrigérii sedem, quiétis beatitúdinem, et lúminis claritátem. Per Dóminum nostrum.

Si pro uno tantum fit anniver. dicatur in singulari numero.

Similiter et pro uno Episcopo, vel Sacerdote, in Oratione, **Deus, qui inter Apostólicos sacerdótes.**

Si fuerit Episcopus, omittitur **seu sacerdotáli:** si tantum Sacerdos, omittitur **Pontificáli seu.**

Pro fratribus vero, et familiaribus, vel benefactoribus, dicitur:

Or. **Deus véniæ largitor.** 74*

Pro patre, et matre.

Oratio.

Deus, qui nos patrem, et matrem honoráre præcepísti: miserére cleménter animábus patris, ac matris meæ, eorúmque peccáta dimítte, meque eos in ætérnæ claritátis gáudio fac vidére. Per Dñum.

Pro plurib. parentib.

Oratio.

Deus, qui nos patrem, et matrem honoráre præcepisti: miserére cleménter animábus paréntum nostrórum, eorúmque peccáta dimítte, nosque eos in ætérnæ claritátis gáudio fac vidére. Per Dóminum nostrum.

Si pro patre tantum, dicatur, **ánimæ patris mei,** vel **nostri.**

Si pro matre tantum, dicatur, **ánimæ matris meæ,** vel **nostræ.**

Pro uno defun. Oratio.

Inclina, Dómine, áurem tuam ad preces nostras, quibus misericórdiam tuam súpplices deprecámur: ut ánimam fámuli tui N. **quam de hoc sæculo migráre jussísti, in pacis, ac lucis regióne constítuas, et sanctórum tuórum júbeas esse consórtem. Per Dñum.**

Pro una defuncta.

Oratio.

Quæsumus, Dómine, pro tua pietáte miserére ánimæ fámulæ tuæ N. **et a contágiis mortalitátis exútam, in ætérnæ salvatiónis partem restítue. Per Dñum.**

℣. **Réquiem ætérnam dona eis, Dómine.**

℟. **Et lux perpétua lúceat eis.**

℣. **Requiéscant in pace.**

℟. **Amen.**

Cum Of., ejusve pars pro uno dic., hi solum duo ℣℣. post Orat. cum suis ℟℟. dicuntur singulari numero; ut et statim ante Orat.

℟. **Erue Dómine, ánimam ejus,** et seq.
℣. **Requiéscat in pace.** Rel. omn. in Vesp. Matut. et Laud. dic. ut jacent, sive pro uno, sive pro plur. recitentur. Hi autem duo ultimi ℣℣. post Orat. omitt. si statim seq. Missa de Req. vel Absol. ad tumulum.

AD MATUTINUM

Invitat. **Regem, cui ómnia vivunt, * Veníte adorémus.**

Ps. **Venite, exultémus, 2.** Et in fine: **Réquiem ætemam dona eis, Dómine: et lux perpétua lúceat eis.**

Hoc Invitat. dic. tant. in die Commem. omn. fidel. Defunct. et in die deposit., defuncti, quibus diebus dic. tres infrascripti Nocturni, et Ant. duplicantur. Aliis temp. dic. tant. unum Nocturnum cum Laud. hoc ordine: feria ii. et v. prim. Noct. Feria iii. et vi. secund. Noct. Feria iv. et Sabbato tert. Nocturnum.

Præmittitur etiam Invitat. quoties vel integr. off., licet ritu semi., dicat., vel dicit. unum Noct. ritu dupl., quo casu semper I. Noct. dicendum est.

IN I. NOCTURNO

Pro feria ii. et v.

Aña. **Dirige.**

Psalmus 5.

Verba mea áuribus pércipe Dñe, * intéllige clamórem meum.

Inténde voci oratiónis meæ, * Rex meus, et Deus meus.

Quóniam ad te oràbo: * Dómine mane exáudies vocem meam.

Mané astábo tibi, et vidébo; * quóniam non Deus volens iniquitátem tu es.

Neque habitábit juxta te malígnus: * neque permanébunt injústi ante óculos tuos.

Odisti omnes, qui operántur iniquitátem: * perdes omnes, qui loquúntur mendácium.

Virum sánguinum et dolósum abominábitur

Dóminus: * ego autem in multitúdine misericórdiæ tuæ.
Introíbo in domum tuam: * adorábo ad templum sanctum tuum in timóre tuo.
Dómine, deduc me in justítia tua, * propter inimícos meos dírige in conspéctu tuo viam meam.
Quóniam non est in ore eórum véritas : * cor eórum vánum est:
Sepúlchrum patens est guttur eórum, línguis suis dolóse agebant, * júdica illos Deus.
Décidant a cogitatiónibus suis, secúndum multitúdinem impietátum eórum expélle eos, * quóniam irritavérunt te, Dómine.
Et læténtur omnes, qui sperant in te. * in ætérnum exultábunt, et habitábis in eis.
Et gloriabúntur in te omnes, qui díligunt nomen tuum, * quóniam tu benedíces justo.
Domine, ut scuto bonæ voluntátis tuæ * coronásti nos.
℟ équiem ætérnam.
Aña. Dírige, Domine, Deus meus in conspéctu tuo viam meam.
Aña. Convértere.

Psalmus 6.

Dómine, ne in furóre tuo árguas me, * neque in ira tua corrípias me.
Miserére mei, Dómine, quóniam infirmus sum: * sana me, Dómine, quóniam conturbáta sunt ossa mea.
Et ánima mea turbáta est valde: * sed tu Dómine, úsquequo?
Convértere, Dómine, et éripe ánimam meam : * salvum me fac propter misericórdiam tuam.
Quóniam non est in morte, qui memor sit tui : * in inférno autem quis confitébitur tibi?
Laborávi in gémitu meo, lavábo per singulas noctes lectum meum : * lacrymis meis

stratum meum rigábo.
Turbátus est a furóre óculus meus: * inveterávi inter omnes inimícos meos.
Discédite a me omnes, qui operámini iniquitátem: * quóniam exaudívit Dóminus vocem fletus mei.
Exaudívit Dóminus deprecatiónem meam, * Dóminus oratiónem meam suscépit.
Erubéscant, et conturbéntur veheménter omnes inimíci mei: * convertántur, et erubéscant valde velóciter.
Réquiem ætérnam.
Ant. Convértere, Dómine, et éripe ánimam meam: quóniam non est in morte, qui memor sit tui.
Ant. Ne quando.

Psalmus 7.

Dómine Deus meus, in te sperávi: * salvum me fac ex ómnibus persequéntibus me, et libera me.
Nequándo rápiat ut leo ánimam meam, * dum non est qui rédimat, neque qui salvum fáciat.
Dómine Deus meus si feci istud; * si est iníquitas in mánibus meis.
Si réddidi retribuéntibus mihi mala, * décidam mérito ab inimícis meis inánis.
Persequátur inimícus ánimam meam, et comprehéndat, et concúlcet in terra vitam meam. * et glóriam meam in púlverem dedúcat.
Exúrge Dómine in ira tua: * et exaltáre in fínibus inimicórum meórum.
Et exùrge Dómine Deus meus in præcépto, quod mandásti: * et synagóga populórum circúmdabit te.
Et propter hanc in altum regrédere: * Dóminus * júdicat pópulos.
Júdica me Dómine, secúndum justítiam meam, * et secúndum innocéntiam meam super me.

Consumétur nequitia peccatórum, et diriges justum: * scrutans corda, et renes Deus.

Justum adjutórium meum a Domino, * qui salvos facit rectos corde.

Deus judex justus, fortis, et pátiens: * numquid iráscitur per síngulos dies?

Nisi convèrsi fuéritis, gládium suum vibrábit: * arcum suum teténdit, et parávit illum.

Et in eo parávit vasa mortis, * sagittas suas ardéntibus effécit.

Ecce partúriit injustítiam: * concépit dolórem, et péperit iniquitátem.

Lacum apéruit, et effódit eum: * et íncidit in fóveam, quam fecit.

Convertétur dolor ejus in caput ejus: * et in vérticem ipsíus iníquitas ejus descéndet.

Confitébor Dómino secúndum justítiam ejus: * et psallam nómini Dómini Altíssimi.

Réquiem ætérnam.

Ant. Ne quando rápiat ut leo ánimam meam, dum non est qui rédimat, neque qui salvum fáciat.

℣. A porta ínferi.

℟. Erue Dómine, ánimas eórum.

Pater noster, totum secreto.

Lectiones leguntur sine Absolutione, Benedictionibus, et Titulo.

Lectio i. Job. 7. 16.

Parce mihi, Dómine, nihil enim sunt dies mei. Quid est homo, quia magníficas eum? aut quid appónis erga eum cor tuum? Vísitas eum dilúculo, et súbito probas illum. Usquequo non parcis mihi, nec dimíttis me, ut glútiam salívam meam? Peccávi, quid fáciam tibi, o custos hóminum? Quare posuísti me contrárium tibi, et factus sum mihimetípsi gravis? Cur non tollis

peccátum meum, et quare non áufers iniquitátem meam. Ecce nunc in púlvere dórmiam, et si mane me quæsíeris, non subsístam.

Lectiones terminantur sine Tu autem, vel alia conclusione.

℟. Credo, quod Redémptor meus vivit: et in novíssimo die de terra surrectúrus sum: * Et in carne mea vidébo Deum Salvatórem meū.
℣. Quem visúrus sum ego ipse, et non álius, et óculi mei conspectúri sunt.
Et in carne mea.

Lectio ii. Job.10.1.

Tædet ánimam meam vitæ meæ, dimíttam advérsum me elóquium meum, lóquar in amaritúdine ánimæ meæ. Dicam Deo: Noli me condemnáre: índica mihi cur me ita júdices? Nunquid bonum tibi vidétur, si calumniéris me, et ópprimas me opus mánuum tuárum, et consílium impiórum ádjuves? Nunquid óculi cárnei tibi sunt: aut sicut videt homo, et tu vidébis? Nunquid sicut dies hóminis dies tui, et anni tui sicut humána sunt témpora, ut quæras iniquitátem meam, et peccátum meum scrutéris? Et scias quia nihil ímpium fécerim, cum sit nemo, qui de manu tua possit erúere.

℟. Qui Lázarum resuscitásti a monuménto fœtidum: * Tu eis, Dómine, dona réquiem, et locum indulgéntiæ.
℣. Qui ventúrus es judicáre vivos, et mórtuos, et sæculum per ignem. Tu eis.

Lectio iii. Job. 10. 8.

Manus tuæ fecérunt me, et plasmavérunt me totum in circúitu: et sic repénte præcípitas me? Meménto, quæso, quod sicut lutum féceris me, et in púlverem redúces me. Nonne sicut

lac mulsísti me, et sicut cáseum me coagulásti? Pelle et cárnibus vestísti me: óssibus et nervis compegísti me. Vitam et misericórdiam tribuísti mihi, et visitátio tua custodívit spíritum meum.

℟. Dómine, quando véneris judicáre terram, ubi me abscóndam a vultu iræ tuæ? * Quia peccávi nimis in vita mea.

℣. Commíssa mea pavésco, et ante te erubésco: dum véneris judicáre, noli me condemnáre. Quia.

℣. Réquiem ætérnam dona eis, Dómine: et lux perpétua lúceat eis. Quia.

Póstea ad Laud. ut infra 93* quando dicitur unũ tantum Nocturnorum. Etsi vero non dicantur Laudes, tamen hoc ultimum Responsorium, ut et Preces cum Psalmo De profundis (quando hic dici debet), et Oratione, seu Orationibus, nunquam omittuntur; licet statim sequatur Missa de Requiem, et Absolutio ad tumulum. Quod similiter servari alias debet, quando non dicuntur Laudes:

IN II. NOCTURNO

Pro Feria iii. et vi.

Ant. In loco páscuæ.

Psalmus 22.

Dóminus regit me, et nihil mihi déerit: * in loco páscuæ ibi me collocávit.

Super aquam refectiónis educávit me: * ánimam meam convértit.

Dedúxit me super sémitas justítiæ, * propter nomen suum.

Nam, et si ambuláverc in médio umbræ mortis, non timébo mala: * quóniam tu mecum es

Virga tua et báculu: tuus: * ipsa me consoláta sunt.

Parásti in conspécti meo mensam, * advérsus eos, qui tribulan me.

Impinguásti in óleo ca

put meum: * et calix meus inébrians quám præclárus est!
Et misericórdia tua subsequétur me: * ómnibus diébus vitæ meæ.
Et ut inhábitem in domo Dómini, * in longitúdinem diérum.
Réquiem ætérnam.
Antiph. In loco páscuæ ibi me collocávit.
Ant. Delícta. Ps. 24.
Ad te, Dómine, levávi ánimam meam: * Deus meus, in te confido, non erubéscam.
Neque irrídeant me inimíci mei: * étenim univérsi, qui sústinent te, non confundéntur.
Confundántur omnes iniqua agéntes * supervácue.
Vias tuas, Dómine, demónstra mihi: * et sémitas tuas édoce me.
Dírige me in veritáte tua, et doce me: * quia tu es Deus Salvátor meus, et te sustínui tota die.
Reminíscere miseratiónum tuárum, Dómine, * et misericordiárum tuárum, quæ a sæculo sunt.
Delícta juventùtis meæ, * et ignorántias meas ne memíneris.
Secúndum misericórdiam tuam meménto mei tu: * propter bonitátem tuam, Dómine.
Dulcis, et rectus Dóminus: * propter hoc legem dabit delinquéntibus in via.
Díriget mansuétos in judício: * docébit mites vias suas.
Univérsæ viæ Dómini, misericórdia et véritas, * requiréntibus testaméntum ejus et testimónia ejus.
Propter nomen tuum, Dómine, propitiáberis peccáto meo: * multum est enim.
Quis est homo, qui timet Dóminum? * legem státuit ei in via, quam elégit.
Anima ejus in bonis demorábitur: * et semen ejus hæreditábit terram.

Firmaméntum est Dóminus timéntibus eum: * et testaméntum ipsíus, ut manifestétur illis.
Oculi mei semper ad Dóminum: * quóniam ipse evéllet de láqueo pedes meos.
Réspice in me, et miserére mei: * quia únicus et páuper sum ego.
Tribulatiónes cordis mei multiplicátæ sunt: * de necessitátibus meis érue me.
Vide humilitátem meam et labórem meum: * et dimítte univérsa delícta mea.
Réspice inimícos meos, quoniam multiplicáti sunt, * et ódio iníquo odérunt me.
Custódi ánimam meam, et érue me: * non erubéscam, quóniam sperávi in te.
Innocéntes et recti adhæsérunt mihi: * quia sustínui te.
Líbera, Deus, Israel, * ex ómnibus tribulatiónibus suis.
Réquiem ætérnam.
Antiph. Delícta juventútis meæ, et ignorántias meas ne memíneris, Dómine.
Antiph. Credo vidére.

Psalmus 26.

Dóminus illuminátio mea et salus mea, * quem timébo?
Dóminus protéctor vitæ meæ, * a quo trepidábo?
Dum appropíant super me nocéntes, * ut edant carnes meas.
Qui tríbulant me inimíci mei, * ipsi infirmáti sunt, et cecidérunt.
Si consístant advérsum me castra, * non timébit cor meum.
Si exúrgat advérsum me prælium, * in hoc ego sperábo.
Unam pétii a Dño, hanc requíram, * ut inhábitem in domo Dñi ómnibus diébus vitæ meæ.
Ut vídeam voluptátem Dómini, * et vísitem templum ejus.
Quóniam abscóndit me in tabernáculo suo: *

in die malórum protéxit me in abscóndito tabernáculi sui.

In petra exaltávit me:* et nunc exaltávit caput meum super inimícos meos.

Circuivi, et immolávi in tabernáculo ejus hóstiam vociferatiónis: * cantábo, et psalmum dicam Dómino.

Exáudi, Dómine, vocem meam, qua clamávi ad te: * miserére mei, et exáudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisívit te fácies mea: * fáciem tuam, Dómine, requíram.

Ne avértas fáciem tuam a me: * ne declínes in ira a servo tuo.

Adjutor meus esto: * ne derelínquas me, neque despícias me, Deus salutaris meus.

Quóniam pater meus, et mater mea dereliquérunt me: * Dóminus autem assúmpsit me.

Legem pone mihi, Dómine, in via tua: * et dírige me in sémitam rectam propter inimícos meos.

Ne tradíderis me in ánimas tribulántiũ me: * quóniam insurrexérunt in me testes iníqui, et mentíta est iníquitas sibi.

Credo vidére bona Dómini * in terra vivéntium.

Expécta Dóminum, viríliter age: * et confortétur cor tuum, et sústine Dóminum.

Réquiem ætérnam,

Antiph. Credo vidére bona Dómini in terra vivéntium.

℣. Cóllocet eos Dóminus cum princípibus.

℟. Cum princípibus pópuli sui.

Pater noster. totum secreto.

Lectio iv. Job. 13. 22.

Respónde mihi: Quantas hábeo iniquitátes et peccáta, scélera mea et delícta osténde mihi. Cur fáciem tuam abscóndis, et arbitráris me inimícum tu-

um? Contra fólium, quod vento rápitur, osténdis poténtiam tuam, et stípulam siccam perséqueris: Scribis enim contra me amaritúdines, et consúmere me vis peccátis adolescéntiæ meæ. Posuísti in nervo pedem meum, et observásti omnes sémitas meas, et vestígia pedum meórum considerásti: Qui quasi putrédo consuméndus sum, et quasi vestiméntum, quod coméditur a tínea.

℟. Meménto mei, Deus, quia ventus est vita mea, * Nec aspíciat me visus hóminis.

℣. De profúndis clamávi ad te, Dómine, Dómine exáudi vocem meam. Nec aspíciat.

Lectio v. Job 14. 1.

Homo natus de muliere, brevi vivens témpore, replétur multis misériis. Qui quasi flos egréditur, et contéritur, et fugit velut umbra, et nunquam in eódem statu pérmanet. Et dignum ducis super hujuscémodi aperíre óculos tuos, et addúcere eum tecum in judícium? Quis potest fácere mundum de immúndo concéptum sémine? nonne tu, qui solus es? Breves dies hóminis sunt, númerus ménsium ejus apud te est: constituísti términos ejus, qui præteríri non póterunt. Recéde páululum ab eo, ut quiéscat, donec optáta véniat, sicut mercenárii dies ejus.

℟. Hei mihi, Dómine, quia peccávi nimis in vita mea. Quid fáciam miser? ubi fúgiam, nisi ad te Deus meus? * Miserére mei, dum véneris in novíssimo die.

℣. Anima mea turbáta est valde, sed tu Dñe, succúrre ei. Miserére.

Lectio vi. Job. 14. 13.

Quis mihi hoc tríbuat, ut in inférno prótegas me, et abscóndas me, donec per-

tránseat furor tuus, et constítuas mihi tempus, in quo recordéris mei? Putásne mórtuus homo rursum vivat? Cunctis diébus, quibus nunc mílito, expécto donec véniat immutátio mea. Vocábis me, et ego respondébo tibi: óperi mánuum tuárum pórriges déxteram. Tu quidem gressus meos dinumerásti, sed parce peccátis meis.

℟. Ne recordéris peccáta mea, Dómine, * Dum véneris judicáre sæculum per ignem.

℣. Dírige, Dómine Deus meus, in conspéctu tuo viã meã. Dum véneris.

℣. Réquiem ætérnam. Dum véneris.

Postea ad Laud. ut infra 93* quando dicit. unum tant. Nocturnor.

IN III. NOCTURNO

Pro Feria iv. et Sabbato: Antiph. Compláceat.

Psalmus 39.

Expéctans expectávi Dóminum, * et inténdit mihi.

Et exaudívit preces meas: * et edúxit me de lacu misériæ, et de luto fæcis.

Et státuit super petram pedes meos: * et diréxit gressus meos.

Et immísit in os meum cánticum novum, * carmen Deo nostro.

Vidébunt multi, et timébunt: * et sperábunt in Dómino.

Beátus vir, cujus est nomen Dómini spes ejus: * et non respéxit in vanitátes, et insánias falsas.

Multa fecísti tu, Dómine Deus meus, mirabília tua: * et cogitatiónibus tuis non est, qui símilis sit tibi.

Annuntiávi et locútus sum: * multiplicáti sunt super númerum.

Sacrifícium et oblatiónem noluísti: * áures autem perfecísti mihi.

Holocáustum et pro peccáto non postulásti: * tunc dixi: Ecce vénio.

In cápite libri scriptum

est de me, ut fácerem voluntátem tuam: * Deus meus vólui, et legem tuam in médio cordis mei.

Annuntiávi justítiam tuam in ecclésia magna, * ecce lábia mea non prohibébo: Dómine tu scisti.

Justítiam tuam non abscóndi in corde meo: * veritátem tuam, et salutáre tuum dixi.

Non abscóndi misericórdiam tuam, et veritátem tuam* a concílio multo.

Tu autem Dómine, ne longe fácias miseratiónes tuas a me: * misericórdia tua et véritas tua semper suscepérunt me.

Quóniam circumdedérunt me mala, quorum non est númerus: * comprehendérunt me iniquitátes meæ, et non pótui ut vidérem.

Multiplicátæ sunt super capíllos cápitis mei: * et cor meum derelíquit me.

Compláceat tibi, Dómine, ut éruas me: * Dómine ad adjuvándum me réspice.

Confundántur et revereántur simul, qui quærunt ánimam meam, * ut áuferant eam.

Convertántur retrórsum, et revereántur * qui volunt mihi mala.

Ferant conféstim confusiónem suam, * qui dicunt mihi: Euge, éuge.

Exsúltent et læténtur super te omnes quæréntes te, * et dicant semper: Magnificétur Dóminus, qui díligunt salutáre tuum.

Ego autem mendícus sum et pauper: * Dóminus solícitus est mei.

Adjútor meus et protéctor meus tu es: * Deus meus ne tardáveris.

Réquiem ætérnam.

Antiph. Compláceat tibi Dómine, ut erípias me: Dómine ad adjuvándum me réspice.

Antiph. Sana Dómine.

Psalmus 40.

Beátus, qui intélligit super egénum, et páuperem: * in die mala liberábit eum Dóminus.

Dóminus consérvet eum, et vivíficet eum, et beátum fáciat eum in terra: * et non tradat eum in ánimam inimicórum ejus.

Dóminus opem ferat illi super lectum dolóris ejus: * univérsum stratum ejus versásti in infirmitáte ejus.

Ego dixi: Dómine miserére mei: * sana ánimam meam, quia peccávi tibi.

Inimíci mei dixérunt mala mihi: * Quando moriétur, et períbit nomen ejus?

Et si ingrediebátur, ut vidéret, vana loquebátur, * cor ejus congregávit iniquitátem sibi.

Egrediebátur foras, * et loquebátur in idípsum.

Advérsum me susurrábant omnes inimíci mei: * advérsum me cogitábant mala mihi.

Verbum iníquum constituérunt advérsum me: * Nunquid qui dormit, non adjíciet ut resúrgat?

Etenim homo pacis meæ, in quo sperávi: * qui edébat panes meos, magnificávit super me supplantatiónem.

Tu autem Dómine miserére mei, et resúscita me: * et retribuam eis.

In hoc cognóvi, quóniam voluísti me: * quóniam non gaudébit inimícus meus super me.

Me autem propter innocéntiam suscepísti: * et confirmásti me in conspéctu tuo in ætérnum.

Benedíctus Dóminus Deus Israel a sæculo, et usque in sæculum: * fiat, fiat.

Réquiem ætérnam.

Antiph. Sana Dómine ánimam meam, quia peccávi tibi.

Antiph. Sitívit.

Psalmus 41.

Quemádmodum desíderat cervus ad fontes aquárum: * ita desíderat ánima mea ad te Deus.

Sitívit ánima mea ad Deum fortem vivum: * quando véniam, et apparébo ante fáciem Dei?

Fuérunt mihi lácrymæ meæ panes die ac nocte: * dum dícitur mihi quotídie: Ubi est Deus tuus?

Hæc recordátus sum, et effúdi in me ánimam meam: * quóniam transíbo in locum tabernáculi admirábilis, usque ad domum Dei.

In voce exultatiónis, et confessiónis: * sonus epulántis.

Quare tristis es ánima mea? * et quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: * salutáre vultus mei, et Deus meus.

Ad meípsum ánima mea conturbáta est: * proptérea memor ero tui de terra Jordánis, et Hermóniim a monte módico.

Abyssus abyssum ínvocat, * in voce cataractárum tuárum.

Omnia excélsa tua, et fluctus tui * super me transiérunt.

In die mandávit Dóminus misericórdiam suam, * et nocte cánticum ejus.

Apud me orátio Deo vitæ meæ, * dicam Deo: Suscéptor meus es.

Quare oblítus es mei? * et quare contristátus incédo, dum affligit me inimícus?

Dum confringúntur ossa mea, * exprobavérunt mihi, qui tríbulant me inimíci mei.

Dum dícunt mihi per síngulos dies: Ubi est Deus tuus? * quare tristis es ánima mea, et quare contúrbas me?

Spera in Deo quóniam adhuc confitébor illi: * salutáre vultus mei, et Deus meus.

R. équiem ætérnam.

Ant. Sitívit ánima mea ad Deum vivum: quando véniam, et apparébo ante fáciem Dómini?

℣. Ne tradas béstiis ánimas confiténtes tibi.

℟. Et ánimas páuperum tuórum ne obliviscáris in finem.

Pater noster, totum secreto.

Lectio vii. Job. 17. 1.

Spíritus meus attenuábitur, dies mei breviabúntur, et solum mihi súperest sepúlchrum. Non peccávi, et in amaritudínibus morátur óculus meus. Líbera me Dómine, et pone me juxta te, et cujusvis manus pugnet contra me. Dies mei transiérunt, cogitatiónes meæ dissipátæ sunt, torquéntes cor meum. Noctem vertérunt in diem, et rursum post ténebras spero lucem. Si sustinúero, inférnus domus mea est, et in ténebris stravi léctulum meum. Putrédini dixi: Pater meus es: mater mea, et soror mea, vérmibus. Ubi est ergo nunc præstolátio mea, et patiéntiam meam quis considerat?

℟. Peccántem me quotídie, et non me pœniténtem, timor mortis contúrbat me: * Quia in inférno nulla est redémptio, miserére mei Deus, et salva me.

℣. Deus in nómine tuo salvum me fac, et in virtúte tua líbera me. Quia.

Lectio viii. Job. 19. 20.

Pelli meæ, consúmptis cárnibus, adhæsit os meum, et derelícta sunt tantúmmodo lábia circa dentes meos. Miserémini mei, miserémini mei, saltem vos amici mei, quia manus Dómini tétigit me. Quare persequímini me sicut Deus, et cárnibus meis saturámini? Quis mihi tríbuat, ut scribántur ser-

mónes mei? quis mihi det, ut exaréntur in libro stylo férreo, et plumbi lámina, vel celte sculpántur in sílice? Scio enim, quod Redémptor meus vivit, et in novíssimo die de terra surrectúrus sum: et rursum circúmdabor pelle mea, et in carne mea vidébo Deum meum. Quem visúrus sum ego ipse, et óculi mei conspectúri sunt, et non álius: repósita est hæc spes mea in sinu meo.

℟. Dómine secúndum actum meum noli me judicáre: nihil dignum in conspéctu tuo egi: ideo déprecor majestátem tuam. * Ut tu Deus déleas iniquitátem meam.

℣. Amplius lava me, Dómine, ab injustítia mea, et a delicto meo munda me. Ut tu.

Lectio ix. Job 10. 18.

Quare de vulva eduxísti me? qui útinam consúmptus essem ne óculus me vidéret, Fuíssem quasi non essem, de útero translátus ad túmulum. Nunquid non páucitas diérum meórum finiétur brevi? Dimítte ergo me, ut plangam páululum dolórem meum: ántequam vadam, et non revértar ad terram tenebrósam, et opértam mortis calígine: terram misériæ, et tenebrárum, ubi umbra mortis, et nullus ordo, sed sempitérnus horror inhábitat.

℟. Líbera me, Dómine, de viis inférni, qui portas æreas confregísti, et visitásti inférnum, et dedísti eis lumen, ut vidérent te: * Qui erant in pœnis tenebrárum.

℣. Clamántes, et dicéntes: Advenísti Redémptor noster. Qui.

℣. Réquiem ætér. Qui.

Sequens ℟. dicit. solummodo in die Commem. omnium Defunctor., et quandocumque pro Defunctis dicunt. ix. Lect.

Licet ritu semid. et sine ulla solemn. Nunquam vero dicit. post unicum Noct., etiamsi hoc ritu dupl., et corpore præsente, cantetur.

℟. Libera me, Dómine, de morte ætérna, in die illa treménda: * Quando cœli movéndi sunt, et terra: * Dum véneris judicáre sæculum per ignem.

℣. Tremens factus sum ego, et timeo, dum discússio vénerit, atque ventúra ira. * Quando cœli movendi sunt, et terra.

℣. Dies illa, dies iræ, calamitátis, et misériæ, dies magna et amára valde. Dum véneris.

℣. Réquiem ætérnam. Libera me, usque ad primum ℣.

AD LAUDES

absolute incipitur.

Ant. Exultábunt Dño. Psalmus. Miserére mei Deus 86.

Antiph. Exultábunt Dómino ossa humiliáta.

Ant. Exáudi Dómine.

Psalmus 64.

Te decet hymnus Deus in Sion: * et tibi reddétur votum in Jerúsalem.

Exáudi oratiónem meam: * ad te omnis caro véniet.

Verba iniquórum prævaluérunt super nos: * et impietátibus nostris tu propitiáberis.

Beátus, quem elegísti, et assumpsísti: * inhabitábit in átriis tuis.

Replébimur in bonis domus tuæ: * sanctum est templum tuum, mirábile in æquitáte.

Exáudi nos Deus salutáris noster, * spes ómnium finium terræ, et in mari longe.

Præparans montes in virtúte tua, accinctus poténtia: * qui contúrbas profúndum maris, sonum flúctuum ejus.

Turbabúntur Gentes, et timébunt, qui hábitant términos a signis tuis: * éxitus matutíni, et véspere delectábis.

Visitásti terram, et in-

ebriásti eam : * multiplicásti locupletáre eam.
Flumen Dei replétum est aquis, parásti cibum illórum : * quoniam ita est præparátio ejus.
Rivos ejus inébria, multíplica genímina ejus: * in stillicídiis ejus lætábitur gérminans.
Benedíces corónæ anni benignitátis tuæ : * et campi tui replebúntur ubertáte.
Pinguéscent speciósa desérti: * et exultatióne colles accingéntur.
Indúti sunt aríetes óvium, et valles abundábunt fruménto: * clamábunt, étenim hymnum dicent.
Réquiem ætérnam.
Aña. Exáudi Dómine, oratiónem meam, ad te omnis caro véniet.
Antiph. Me suscépit.
Psalmus. Deus, Deus meus. 27.
Antiph. Me suscépit déxtera tua, Dómine.
Antiph. A porta ínferi.

Cant. Ezech. Isai. 38, 10.
Ego dixi : In dimídio diérum meórum, * vadam ad portas ínferi.
Quæsívi resíduum annórum meórum, * dixi: Non vidébo Dóminum Deum in terra vivéntium.
Non aspíciam hóminem ultra, * et habitatórem quiétis.
Generátio mea abláta est, et convolúta est a me, * quasi tabernáculum pastórum.
Præcísa est velut a texénte vita mea: du adhuc ordírer, succíd me : * de mane usque ad vésperam finies me.
Sperábam usque ad mane, * quasi leo sic contrívit ómnia ossa mea.
De mane usque ad vésperam finies me: * sicut pullus hirúndinis sic clamábo, meditábor ut colúmba.
Attenuáti sunt óculi mei, * suspiciéntes in excélsum.

Dómine vim pátior respónde pro me: * Quid dicam, aut quid respondébit mihi, cum ipse fécerit?

Recogitábo tibi omnes annos meos * in amaritúdine ánimæ meæ.

Dómine si sic vívitur, et in tálibus vita spíritus mei, corrípies me, et vivificábis me. * Ecce in pace amaritúdo mea amaríssima.

Tu autem eruísti ánimam meam, ut non períret, * projecisti post tergum tuum ómnia peccáta mea.

Quia non inférnus confitébitur tibi, neque mors laudábit te: * non expectábunt, qui descéndunt in lacum, veritátem tuam.

Vivens vivens ipse confitébitur tibi, sicut et ego hódie: * pater filiis notam fáciet veritátem tuam.

Dñe salvum me fac,* et psalmos nostros cantábimus cunctis diébus vitæ nostræ in domo Dñi.

Réquiem ætérnam.

Ant. A porta inferi érue, Dómine, ánimam meam.

Ant. Omnis spíritus.

Psalmus Laudáte Dóminum de cœlis 29.*

Antiph. Omnis spíritus láudet Dóminum.

℣. Audívi vocem de cœlo dicéntem mihi.

℟. Beáti mórtui, qui in Dómino moriúntur.

Ad Benedictus, Antiph. Ego sum*resurréctio, et vita: qui credit in me, étiam si mórtuus fúerit, vivet: et omnis, qui vivit, et credit in me, non moriétur in ætérnum.

Deinde Pater noster.

Psal. De profúndis. 72* cum Précibus, et Orat. ut supra in Vesp. 73*

De peculiarib. Off. nostris vid. in Breviar.

ORATIONES

Dicendæ quando dicit. Offic. pro aliquo Fratre Defuncto.

Dicta Aña ad Bened. Ego sum, dicitur flexis génibus.

Pater noster. secreto. ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a malo. ℣. A porta ínferi. ℟. Erue, Dómine, ánimam ejus. ℣. Requiéscat in pace. ℟. Amen. ℣. Dómine exáudi oratiónem meã. ℟. Et clamor meus ad te véniat. ℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Pro defuncto Sacerdote. Oratio.

Deus, qui inter Apostólicos Sacerdótes fámulum tuum N. Fratrem nostrum sacerdotáli fecísti dignitáte vigére; præsta, quæsumus; ut eórum quoque perpétuo aggregétur consórtio. Per Dñm. ℟. Amen.

Pro Defuncto Clerico, vel Laico. Oratio.

Inclína, Dómine, áurem tuam ad preces nostras, quibus misericórdiam tuam súpplices deprecámur: ut ánimam fámuli tui N. Fratris nostri, quam de hoc sæculo migráre jussísti, in pacis, ac lucis regióne constítuas, et Sanctórum tuórum júbeas esse consórtem. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Am.

Pro Def. Moniali Oratio.

Quæsumus, Dómine, pro tua pietate miserére ánimæ famulæ tuæ N. Sorória nostræ, et a contágiis mortalitátis exútam, in ætérnæ salvatiónis partem restítue. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Deinde ℣. Réquiem ætérnam dona ei, Dómine. ℟. Et lux perpétua lúceat ei. ℣. Requiéscat in pace. ℟. Amen. ℣. Anima ejus, et ánimæ ómnium fidélium Defunctórum per misericórdiam Dei requiéscant in pace. ℟. Amen.

PSALMI GRADUALES.

Dicuntur in Quadragesima Feria iv. cujuslibet Hebdomadæ, non impedita aliquo Festo

ix. Lectionum in Choro ante Matutinū diei: extra Chorum pro opportunitate temporis.

Primi quinque Psalmi dicuntur sine **Glória Patri;** sed in fine ultimi dicitur **Réquiem ætér-** Incipitur absolute sine Antiph.

Psal. **Ad Dóminum cum tribulárer. 195.**

Psalm. **Levávi óculos meos. 195.**

Psal. **Lætátus sum. 198.**

Psal. **Ad te levávi óculós meos. 199.**

Psal. **Nisi quia Dóminus. 199.**

Réquiem æternam.

Deinde dicitur flexis genibus **Pater noster.** secreto.

℣. **Et ne nos indúcas in tentatiónem.**

℟. **Sed líbera nos a malo.**

℣. **A porta ínferi.**

℟. **Erue Dómine ánimas eórum.**

℣. **Requiéscant in pace.**

℟. **Amen.**

℣. **Dómine exáudi oratiónem meam.**

℟. **Et clamor meus ad te véniat.**

℣. **Dóminus vobiscum.**

℟. **Et cum spíritu tuo.**

Orémus. Oratio.

Absólve, quæsumus Dómine, ánimas famulórum, famulárumque tuarum, et ómnium fidélium defunctórum, ab omni vínculo delictórum: ut in resurrectiónis glória inter sanctos, et eléctos tuos resuscitáti respírent. Per Christum Dóminū nostrum.

℟. **Amen.**

Post órat. statim dicunt. alii Psalm. Gradual. qui sequuntur: et in fine cujuslibet Psalm. dicitur **Glória Patri.**

Ps. **Qui confidunt. 199.**

Ps. **In convertendo. 200.**

Ps. **Nisi Dóminus. 201.**

Ps. **Beáti omnes, qui timent. 202.**

Ps. **Sæpe expugnavérunt me. 202.**

Postea dic. flexis gen.

Kyrie eléison.

Christe eléison.

Kyrie eléison.

Pater noster. secreto.
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.
℣. Meménto congregatiónis tuæ.
℟. Quam possedísti ab initio.
℣. Dómine exáudi oratiónem meã. ℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.
Orémus. Oratio
Deus, cui próprium est miseréri semper et párcere: súscipe deprecatiónem nostram; ut nos, et omnes fámulos tuos, quos delictórum caténa constríngit, miserátio tuæ pietátis cleménter absólvat. Per Christum Dóminum.
Post. Orat. statim dicuntur alii Psalmi Graduales qui sequuntur et in fine cujuslib. Psalm. dicitur Glória Patri.
Ps. De profúndis. 202.
Ps. Dómine, non est exaltátum. 203.
Psal. Meménto Dómine David. 204.
Psal. Ecce quam bonum. 205.
Psal. Ecce nunc benedícite Dóminum. 226.
Deinde dic. flex. gen.
Kyrie eléison.
Christe eléison.
Kyrie eléison.
Pater noster, secreto.
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed libera nos a malo.
℣. Salvos fac servos tuos
℟. Deus meus sperántes in te.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.
Oremus. Oratio
Prætende, Dómine, fámulis, et famulábus tuis déxteram cœléstis auxílii: ut te toto corde perquírant; et, quæ digne póstulant, cónsequi mereántur. Per Christum Dóminum nostrum.
℟. Amen.

SEPTEM PSALMI POENITENTIALES CUM LITANIIS.

Dicuntur flexis genibus in omnibus sextis Fer. Quadr. quando Offic. fit.de Fer.: Litaniæ autem, omissis Septem Psalm.,dicunt. in Litaniis majorib. in festo S. Marci,et in tribus diebus Rogat. Dicunt. autem in Quadrag. in Choro post Matutinum et Laudes diei, dicto **Benedicámus Dómino,** extra Chorum pro opportunit. temp.

Ant. **Ne reminiscaris.**

Psal. **Dómine ne in furóre tuo, 6.**

Psal. **Beáti, quórum remíssæ 75.**

Psal. **Dómine, ne in furóre tuo 83.**

Psal. **Miserére mei 86.**

Ps. **Dómine exáudi oratiónem meam 168.**

Ps. **De profúndis, 202.**

Ps. **Dómine exáudi oratiónem meam : * áuribus pércipe 160.**

Ant. Ne reminiscáris, **Dómine, delicta nostra, vel paréntum nostrórum; neque vindíctam sumas de peccátis nostris.**

LITANIÆ.

Kyrie eléison.
Christe eléison.
Kyrie eléison.
Christe audi nos.
Christe exáudi nos.
Pater de cœlis Deus, Miserére nobis.
Fili Redémptor mundi Deus, Miserére nobis
Spíritus sancte Deus, Miserére nobis.
Sancta Trínitas unus Deus, Miserére nobis
Sancta María, ora pro nobis.
Sancta DeiGénitrix,ora.
Sancta Virgo vírginum, ora pro nobis.
Sancte Míchael, ora.
Sancte Gábriel, ora.
Sancte Ráphael, ora.
Omnes sancti Angeli, et Archángeli, oráte.
Omnes sancti beatórum spirituum órdines, oráte pro nobis.
Sancte Joánnes Baptísta, ora.
Sancte Joseph, ora.

Omnes sancti Patriárchæ, et Prophétæ, oráte pro nobis.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andréa, ora.
Sancte Jacóbe, ora.
Sancte Joánnes, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Jacóbe, ora.
Sancte Philíppe, ora.
Sancte Bartholomæe, o.
Sancte Matthæe, ora.
Sancte Simon, ora.
Sancte Thaddæe, ora.
Sancte Mathía, ora.
Sancte Bárnaba, ora.
Sancte Luca, ora.
Sancte Marce, ora.
Omnes sancti Apóstoli, et Evangelístæ, oráte.
Omnes sancti Discípuli Dómini, oráte.
Omnes sancti Innocéntes, oráte.
Sancte Stéphane, ora.
Sancte Lauréntí, ora.
Sancte Vincénti, ora.
Sancti Fabiáne et Sebastiáne, oráte.
Sancti Joánnes et Paule, oráte.
Sancti Cosma et Damiáne, oráte.
Sancti Gervási et Protási, oráte.
Omnes sancti Mártyres, oráte.
Sancte Silvéster, ora.
Sancte Gregóri, ora.
Sancte Ambrósi, ora.
Sancte Augustíne. ora.
Sancte Hierónyme, or.
Sancte Martíne, ora.
ancte Nicoláe, ora.
mnes sancti Pontífices, et Confessóres, oráte pro nobis.
Omnes sancti Doctóres, oráte pro nobis.
Sancte Antóni, ora.
Sancte Benedícte, ora.
Sancte Bernárde, ora.
Sancte Domínice, ora.
Sancte P. noster Francísce, ora pro nobis.
Omnes sancti Sacerdótes et Levítæ, oráte.
Omnes sancti Mónachi et Eremítæ, oráte pro nobis.
Sancta María Magdaléna, ora.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Lúcia, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Cæcília, ora.
Sancta Catharína, ora.

Sancta Anastásia, ora.
Omnes sanctæ Vírgines et Víduæ, oráte.
Omnes Sancti, et Sanctæ Dei, Intercédite pro nobis.
Propítius esto, Parce nobis Dómine.
Propítius esto, Exáudi nos Dómine.
Ab omni malo, Líbera nos Dómine.
Ab omni peccáto, líb.
Ab ira tua, líbera.
A subitánea et improvísa morte, líbera.
Ab insídiis diáboli, líb.
Ab ira et ódio et omni mala voluntáte, líbera.
A spíritu fornicatiónis, líbera.
A fúlgure et tempestáte, líbera.
A flagello terræmótus, líbera.
A peste fame et bello, líbera nos Dómine.
A morte perpétua, líb.
Per mystérium sanctæ Incarnatiónis tuæ, lí.
Per advéntum tuum, líbera nos, Dómine.
Per Nativitátem tuam, líbera nos Dómine.
Per baptísmum et sanctum jejúniū tuum, líbera nos Dómine.
Per Crucem et Passiónem tuam, líbera.
Per mortem et sepultúram tuam, líbera.
Per sanctam Resurrectiónem tuam, líber.
Per admirábilē Ascensiónem tuam, líb.
Per advéntum Spíritus Sancti Paráclili, líb.
In die judícii, líbera.
Peccatóres, te rogámus, audi nos.
Ut nobis parcas, te rogamus, audi nos.
Ut nobis indúlgeas, te rogámus audi nos.
Ut ad veram pœniténtiam nos perdúcere dignéris, te rogámus.
Ut Ecclésiam tuam sanctam régere et conserváre dignéris, te rogámus, audi nos.
Ut domnum Apostólicum, et omnes Ecclesiásticos Ordines in sancta Religióne conservàre dignéris, te rogamus audi nos.

Ut inimícos sanctæ Ecclésiæ humiliáre dignéris, te rogámus.

Ut régibus, et princípibus Christiánis pacem et veram concórdiam donáre dignéris, te rogámus.

Ut cuncto pópulo Christiáno pacem, et unitátem largíri dignéris, te rogámus.

Ut nosmetípsos in tuo sancto servítio confortáre, et conserváre dignéris, te rog.

Ut mentes nostras ad cœléstia desidéria érigas, te rogámus, audi nos.

Ut ómnibus benefactóribus nostris sempitérna bona retríbuas, te rogàmus.

Ut ánimas nostras, fratrum, propinquórũ, et benefactórum nostrórum ab ætérna damnatióne erípias, te rogámus, audi nos

Ut fructus terræ dare, et conserváre dignéris, te rogámus.

Ut ómnibus fidélibus defúnctis réquiem ætérnam donáre dignéris, te rogámus.

Ut nos exaudíre dignéris, te rogámus.

Fili Dei, te rogámus.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, parce nobis, Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, exáudi nos, Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, miserére nobis.

Christe audi nos.

Christe exáudi nos.

Kyrie eléison.

Christe eléison.

Kyrie eléison.

Pater noster, *secreto.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos a malo.

Psalmus 69.

Deus in adjutórium meum inténde. * Dómine ad adjuvándum me festína.

Confundántur, et revereántur, * qui quærunt ánimam meam.

Avertántur retrórsum,

et erubéscant, * qui volunt mihi mala.

A vertántur statim erubescéntes, * qui dicunt mihi: Euge, éuge.

Exúltent et lætént̃ur in te omnes, qui quærunt te, * et dicant semper: Magnificétur Dóminus: qui díligunt salutáre tuum.

Ego vero egénus et páuper sum: * Deus ádjuva me.

Adjútor meus, et liberátor meus es tu: * Dómine ne moréris. Glór.

℣. Salvos fac servos tuos. ℟. Deus meus sperántes in te.

℣. Esto nobis Dómine, turris fortitúdinis.

℟. A fácie inimíci.

℣. Nihil profíciat inimícus in nobis.

℟. Et filius iniquitátis non appónat nocére nobis.

℣. Dómine non secúndum peccáta nostra fácias nobis.

℟. Neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis.

℣. Orémus pro Pontífice nostro N. ℟. Dóminus consérvet eum, et vivíficet eum, et beátum fáciat eum in terra, et non tradat eum in ánimā inimicórum ejus.

℣. Orémus pro benefactóribus nostris. ℟. Retribúere dignáre, Dómine, ómnibus nobis bona faciéntibus propter nomen tuum, vitam ætérnam. Amen.

℣. Orémus pro fidélibus defúnctis. ℟. Réquiem ætérnam dona eis Dómine, et lux perpétua lúceat eis.

℣. Requiéscant in pace. ℟. Amen.

℣. Pro frátribus nostris abséntibus.

℟. Salvos fac servos tuos, Deus meus, sperántes in te.

℣. Mitte eis, Dómine, auxílium de sancto.

℟. Et de Sion tuére eos

℣. Dómine exáudi oratiónem meam. ℟. Et clámor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

Deus, cui próprium est miseréri semper et párcere: súscipe deprecatiónem nostram: ut nos et omnes fámulos tuos, quos delictórum caténa constríngit, miserátio tuæ pietátis cleménter absólvat.

Exáudi, quæsumus Dómine, súpplicum preces, et confiténtium tibi parce peccátis: ut páriter nobis indulgéntiam tribuas benígnus et pacem.

Ineffábilem nobis, Dómine, misericórdiam tuam cleménter osténde: ut simul nos et a peccátis ómnibus éxuas, et a pœnis, quas pro his merémur, erípias.

Deus, qui culpa offénderis, pœniténtia placáris; preces pópuli tui supplicántis propitius réspice: et flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis nostris merémur, avérte.

Omnípotens, sempitérne Deus, miserére fámulo tuo Pontífici nostro N. et dírige eum secúndum tuam cleméntiam in viam salútis ætérnæ; ut, te donánte, tibi plácita cúpiat, et tota virtúte perfíciat.

Deus, a quo sancta desidéria, recta consília, et justa sunt ópera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem; ut et corda nostra mandátis tuis dédita, et hóstium subláta formídine, témpora sint tua protectióne tranquílla.

Ure igne sancti Spíritus renes nostros, et cor nostrum, Dómine: ut tibi casto córpore serviámus, et mundo corde placeámus.

Fidélium Deus ómnium Cónditor, et Redémptor, animábus famulórum, famularúmque tuárum remissiónem cunctórum trí-

bue peccatórum: ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, piis supplicatiónibus consequántur.

Actiónes nostras, quæsumus Dómine, aspirándo præveni, et adjuvándo proséquere: ut cuncta nostra orátio, et operátio a te semper incípiat, et per te cœpta finiátur.

Omnípotens sempitérne Deus, qui vivórum domináris simul et mortuórum, omniúmque miseréris, quos tuos fide, et ópere futúros esse prænóscis; te súpplices exorámus, ut pro quibus effúndere preces decrévimus, quosque vel præsens sæculum adhuc in carne rétinet, vel futúrum jam exútos córpore suscépit, intercedéntibus ómnibus Sanctis tuis pietátis tuæ cleméntia, ómnium delictórum suórum véniam consequántur. Per Dómin.

℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.
℣. Exáudiat nos omnípotens, et misericors Dóminus.
℟. Amen.
℣. Et fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.
℟. Amen.

LITANIÆ

Juxta præscripta Rubricarum, pro Nostratibus, ex Indulto Apostolico, rite dispositæ.

Kyrie eléison.
Christe eléison.
Kyrie eléison.
Christe áudi nos.
Christe exáudi nos.
Pater de cœlis Deus, Miserére nobis.
Fili Redémptor Mundi Deus, Miserére nobis.
Spíritus Sancte Deus, Miserére nobis.
Sancta Trínitas unus Deus, Miserere nob.
Sancta María, ora pro nobis.
Sancta Dei Génitrix, ora pro nobis.
Sancta Virgo vírginum. ora pro nobis.

Sancte Míchael, ora.
Sancte Gábriel, ora.
Sancte Ráphael, ora.
Omnes sancti Angeli, et Archángeli, oráte pro nobis.
Omnes sancti beatórum Spiríluum órdines, oráte pro nobis.
Sancte Joánnes Baptísta, ora.
Sancte Joseph, ora.
Omnes sancti Patriárchæ, et Prophétæ, oráte pro nobis.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andréa, ora.
Sancte Jacóbe, ora.
Sancte Joánnes, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Jacóbe, ora.
Sancte Philíppe, ora.
Sancte Bartholomæe, ora pro nobis.
Sancte Matthæe, ora.
Sancte Simon, ora.
Sancte Thaddæe, ora.
Sancte Mathia ora.
Sancte Bárnaba, ora.
Sancte Luca, ora.
Sancte Marce, ora.
Omnes sancti Apóstoli et Evangelístæ, oráte.
Omnes sancti Discípuli Dómini, oráte.
Omnes sancti Innocéntes, oráte pro nobis.
Sancte Stéphane, ora.
Sancte Lauréntí, ora.
Sancte Vincénti, ora.
Sancti Fabiáne, et Sebastiáne, oráte.
Sancti Joánnes, et Paule, oráte pro nobis.
Sancti Cosma, et Damiáne, oráte.
Sancti Gervási, et Protási, oráte pro nobis.
Sancte Berárde, óra.
Sancte Petre, ora.
Sancte Accúrsi, ora.
Sancte Adjúte, ora.
Sancte Otho, ora.
Sancte Dániel, ora.
Sancte Angele, ora.
Sancte Sámuel, ora.
Sancte Domne, ora.
Sancte Leo, ora.
Sancte Hugolíne, ora.
Sancte Nicoláe, ora.
Sancte Fidélis, ora.
Omnes sancti Mártyres, oráte pro nobis.
Sancte Silvéster ora.
Sancte Gregóri, ora.
Sancte Ambrósi. ora.
Sancte Augustíne, ora.

Sancte Hierónyme, ora pro nobis.
Sancte Bonaventúra, ora pro nobis.
Sancte Martíne, ora.
Sancte Nicoláe, ora.
Sancte Ludovíce, ora.
Sancte Benvenúte, ora.
Omnes sancti Pontífices, et Confessóres, oráte pro nobis.
Omnes sancti Doctóres, oráte pro nobis.
Sancte Antóni, ora.
Sancte Benedícte, ora.
Sancte Bernárde, ora.
Sancte Domínice, ora.
Sancte P. noster Francísce, ora pro nobis.
Sancte Antóni de Pádua, ora pro nobis.
Sancte Bernardíne, ora pro nobis.
Sancte Joannes a Capistráno, ora pro nobis.
Sancte Jacóbe de Márchia, ora pro nobis.
Sancte Petre de Alcántara, ora pro nobis.
Sancte Francísce Soláne, ora pro nobis.
Sancte Petre Regaláte, ora pro nobis.
Sancte Dídace, ora.
Sancte Paschális, ora.
Sancte Benedícte, ora.
Sancte Pacífice, ora.
Sancte Joánnes Joseph, ora pro nobis.
Sancte Felix, ora.
Sancte Joseph a Leoníssa, ora pro nobis.
Sancte Seraphine, ora.
Sancte Joseph a Cupertíno, ora pro nobis.
Sancte Ferdinánde, ora pro nobis.
Sancte Ludovíce, ora.
Sancte Ivo, ora.
Sancte Elzeári, ora.
Sancte Roche, ora.
Sancte Conráde, ora.
Omnes sancti Sacerdótes et Levitæ, oráte.
Omnes sancti Mónachi et Eremítæ, oráte pro nobis.
Sancta María Magdaléna, ora pro nobis.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Lúcia, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Cæcília, ora.
Sancta Catharína, ora.
Sancta Clara, ora.
Sancta Agnes Assisiénsis, ora pro nobis.
Sancta Catharína de

Bonónia, ora pro nobis.
Sancta Coléta, ora.
Sancta Verónica, ora.
Sancta Rosa de Vitérbio ora pro nobis.
Sancta Hyacíntha, ora pro nobis.
Sancta Angela, ora.
Sancta Anastásia, ora.
Sancta Elísabeth Hungáriæ ora pro nobis.
Sancta Elísabeth Portugálliæ, ora pro nobis.
Sancta Margaríta de Cortóna, ora.
Omnes sanctæ Vírgines, et Víduæ, oráte.
Omnes Sancti, et Sanctæ trium Ordinum Sancti P. nostri Francísci, ℟. Intercédite pro nobis.
Omnes Sancti, et Sanctæ Dei ℟. Intercédite pro nobis.
Propítius esto. ℟. Parce nobis Dómine.
Propítius esto,
℟. Exáudi nos Dómine.
Reliqua ut in Litaniis universalis Ecclesiæ, **101***

IN TRANSITU
S. P. N. FRANCISCI.

Die 4. Octobr. circa occasum solis, qua hora S. P. N. Franciscus evolavit in cœlum, vel immediate post Vesp. convenient Fratres ad Sacellum ipsius S. P., et ibi majori, qua fieri potest, devotione, et solemnitate, stantes ante ejus aram incipient ab hac Antiphona.

O Sanctíssima Anima, in cujus tránsitu cœli cives occúrrunt, Angelórum chorus exúltat, et gloriósa Trínitas invítat dicens: Mane nobíscum in æternum.

Psalmus 141.

Voce mea ad Dóminum clamávi: * voce mea ad Dóminum deprecátus sum.
Effúndo in conspéctu ejus oratiónem meam: * et tribulatiónem meam ante ipsum pronúntio.
In deficiéndo ex me spíritum meum: * et tu cognovísti sémitas meas.

In via hac, qua ambulábam: * abscondérunt láqueum mihi.

Considerábam ad déxteram, et vidébam: * et non erat qui cognósceret me.

Périit fuga a me: * et non est qui requírat ánimam meam.

Clamávi ad te, Dómine, * dixi: Tu es spes mea, pórtio mea in terra vivéntium.

Inténde ad deprecatiónem meam: * quia humiliátus sum nimis.

Líbera me a persequéntibus me: * quia confortáti sunt super me.

Educ de custódia ánimam meam, ad confiténdum nómini tuo: * me expéctant justi, donec retribuas mihi.

Glória Patri. Sicut erat.

Ultimus versus, Educ de custódia, cani debet etiamsi pulsentur organa, quia Seraphicus Pater, dictis his verbis, expiravit. Hinc post Glória Patri genuflectit et, recitant quinque Pater, Ave, et Glória, et postea immediate canitur

Ant. Salve Sancte Pater, pátriæ lux, forma Minórum, virtútis spéculum, recti via, régula morum, carnis ab exílio duc nos ad regna polórum.

℣. Franciscus páuper, et húmilis cœlum dives ingréditur.

℟. Hymnis cœléstibus honorátur.

Oratio.

Deus, qui hodiérna die Animæ Beáti Patris nostri Francisci ætérnæ beatitúdinis præmia contulisti: concéde propítius; ut qui ejus migratiónis memóriam piis affectibus celebrámus, ad ejúsdem beatitúdinis præmia felíciter perveníre mereámur. Per Dóminum nostrum. etc.

℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.
℣. Benedicámus Dño.
℟. Deo grátias.

Post hæc Superior,

vel Sacerdos, pluviali indutus, benedicit Populo cum Reliquia S. P. nostri Francisci, et interim pulsantur organa, et campanæ.

PSALMI
ET ORATIONES

Disciplinæ, seu pro disciplina facienda Feria ii. iv. et vi. quando Officium non est duplex.

Psalm. **Miserére** cum **Glória Patri.**

Psalm. **De profúndis.**

In fine **Réquiem.**

Ant. **Christus factus est pro nobis obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod et Deus exaltávit illum, et donávit illi nomen, quod est super omne nomen: ut in nómine Jesu omne genuflectátur cœléstium, terréstrium, et infernórum, et omnis língua confiteátur, quia Dóminus noster Jesus Christus in glória est Dei Patris.**

Oratio.

Réspice quæsumus Dñe, super hanc famíliam tuam, pro qua Dóminus noster Jesus Christus non dubitávit mánibus tradi nocéntium, et crucis subíre torméntum.

Ant. **Salve Regina.**

℣. **Dignáre me laudáre te, Virgo sacrata.**

℟. **Da mihi virtútem contra hostes tuos.**

Oratio.

Concéde misericors Deus fragilitáti nostræ presidium: ut qui sanctæ Dei Genitricis memóriam ágimus intercessiónis ejus auxílio, a nostris iniquitátibus resurgámus.

Vel ℣. **Per tuam immaculátam Conceptiónem, Dei Génitrix Virgo.**

℟. **Defénde nos sémper ab hoste maligno.**

Oratio.

Deus, qui per immaculátam Virginis Conceptiónem dignum Fílio tuo habitáculum præparásti: quæsumus;

ut, qui ex morte ejúsdem Fílii sui prævísa eam ab omni labe præservásti, nos quoque mundos ejus intercessióne, ad te perveníre concédas.

Oratio.

Ure igne Sancti Spíritus renes nostros et cor nostrum, Dómine: ut tibi casto córpore serviámus; et mundo corde placeámus.

Vel alia Oratio de **Spiritu Sancto.**

Deinde **Omnipotens,** ut supra **105***

In feria sexta majoris Hebd. Psal. **Miserére,** dicit. quater, et Psalm. **De profúndis.** sine **Glória Patri,** qui Psalmi alternatim dicuntur.

Deinde Ant. **Christus factus est,** usque ad illa verba, **super omne nomen** inclusive.

Oratio. **Réspice, quæsumus 110***

—

BENEDICTIO MENSÆ

Ante prandium Sacerdos benedicit. mensam incip. **Benedícite,** et alii repet. **Benedícite.**

Deinde dicit: ℣. **Oculi ómnium,** et alii prosequuntur: **In te sperant Domine, et tu das escã illórum in témpore opportúno. Aperis tu manum tuam, et imples omne ánimal benedictióne. Glória Patri.**

Kyrie eléison.
Christe eléison.
Kyrie eléison.
Pater noster, secreto.
℣. **Et ne nos indúcas in tentatiónem.**
℟. **Sed líbera nos a malo.**

Postea Sacerdos dicit:

Orémus.

Benedic, Dómine, nos, et hæc tua dona, quæ de tua largitáte sumus sumptúri. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. **Amen.**

Deinde Lector: **Jube domne benedícere.**

Bened. **Ménsæ cœléstis partícipes fáciat nos Rex ætérnæ glóriæ.** ℟. **Am.**

Post prandium aguntur gratiæ hoc modo.

Dicto a Lectore: Tu autem Dómine miserére nobis. ℟. Deo grátias.

Omnes surgunt.

Sacerdos incipit ℣.

Confiteántur tibi Dómine ómnia ópera tua.

℟. Et sancti tui benedicant tibi.

℣. Glória Pat. ℟. Sicut.

Postea Sacerdos absolute dicat:

Agimus tibi grátias, omnípotens Deus, pro univérsis benefíciis tuis: Qui vivis, et regnas in sæcula sæsulórum. ℟. Amen.

Deinde alternatim dic.

Psalm. Miserére 42.

Vel Ps. Laudáte Dóminũ omnes Gentes 61*

Kyrie eléison.

Christe eléison.

Kyrie eléison.

Sacerdos dicit: Pater noster.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos a malo.

℣. Dispérsit, dedit paupéribus.

℟. Justitia ejus manet in sæculum sæculi.

℣. Benedicam Dóminũ in omni témpore.

℟. Semper laus ejus in ore meo.

℣. In Dómino laudábitur ánima mea.

℟. Audiant mansuéti, et læténtur.

℣. Magnificáte Dóminum mecum.

℟. Et exaltémus nomen ejus in idípsum.

℣. Sit nomen Dómini benedictum.

℟. Ex hoc nunc, et usque in sæculum.

Deinde sine Orémus.

Retribúere, dignáre Dómine, ómnibus nobis bona faciéntibus propter nomen tuum vitám ætérnam. ℟. Am.

℣. Benedicámus Dño.

℟. Deo grátias.

℣. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

℟. Amen.

Pater noster. secreto.

Quo finito dicit Sacerdos: Deus det nobis suam pacem. ℟. Amen.

Ante cœnam Sacerdos benedictur. mensam, incipit Benedícite, et alii repetunt, Benedicite.

Deinde Sacerd. incip. ℣. et alii prosequunt.

Edent páuperes, et saturabúntur, et laudábunt Dóminum, qui requírunt eum: vivent corda eórum in sæculum sæculi.

Glória Patri. Sicut erat.

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eleison.

Pater noster, secreto.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed lib. nos a malo.

Orémus. Bénedic Dómimine nos, ut supra 111*

℣. Jube domne.

Benedictio. Ad cœnam vitæ ætérnæ perdúcat nos Rex ætérnæ glóriæ.

℟. Amen.

In fine cœnæ dicitur.

℣. Memóriam fecit mirabílium suórum miséricors, et miserátor Dóminus, escam dedit timéntibus se.

Glória Patri. Sicut erat.

Com.

Sacerdos dicat:

Benedíctus Deus in donis suis, et sanctus in ómnibus opéribus suis: Qui vivit, et regnat in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Deinde alternatim dicit. Psalm. Laudáte Dóminum omnes Gentes. et reliq. ut supra.

Quando semel comeditur, omnia dicunt. ut in cœna, ut supra.

Prædictus modus benedicendi mensam, et agendi gratias, servatur omni temp. præterquã diebus infrascript. quibus Versic. et Psalmi tantum variantur.

In Nativ. Domini usq. ad cœnam Vigil. Epiph. exclusive dicitur:

℣. Verbum caro fáctum est, allelúja.

℟. Et habitávit in nobis allelúja. Gloria Pat. Sicut. In fine dicitur:

℣. Notum fecit Dóminus, allelúja.

℟. Salutáre suum, all.

Alia ut supra.

Psalm. Cantáte Dómino

canticum novum, quia mirabilia fecit. 52*

Vel Ps. Laudáte Dñum omnes Gentes. 61*

Qui Psalmus semper ad beneplac. dici potest etiam in aliis solemnit.

In Epiphania, et per totam Octavam.

℣. Reges Tharsis, et ínsulæ múnera offerent, allelúja.

℟. Reges Arabum, et Saba dona addúcent, allelúja. Glória Patri.

In fine dicitur:

℣. Omnes de Saba vénient, allelúja.

℟. Aurum, et thus deferéntes, allelúja. Gloria Patri.

Ps. Deus judícium tuum regi 129.

Fer. v. in Cœna Domini dicit. absol., et sine cantu ℣. Christus factus est pro nobis obédiens usque ad mortem.

Deinde Pater noster. totum secreto.

Quo dicto, sine pronuntiatione aliqua Sacerdos signo Crucis benedicit mensam: nec dicitur. Jube domne, nec Tu autem.

In fine repetit. ℣. Christus factus est. ut supra.

Postea Psal. Miserére mei Deus. 86. quo finito sine ℣. Glória Patri etc. secreto dícitur Pater noster.

Deinde Sacerdos dicit absolute Orationem.

Réspice, quæsumus Dñe, super hanc famíliam tuam, pro qua Dóminus noster Jesus Christus non dubitávit mánibus tradi nocéntium, et crucis subíre torméntum.

Et non pronuntiatur. Qui tecum, nec Fidélium ánimæ. sed secr. dic., Pater noster, nec addit., Deus det nobis.

In Parasceve eodem modo, ut in Cœna Domini, sed additur ad ℣. Christus factus est etc. Mortem autem Crucis.

Sabb. sancto ad benedicendum mensam dicit., Benedícite.

℟. Benedícite.

℣. Véspere autem Sábbati, quæ lucéscit in prima Sábbati, allelúja:
℣. Venit Maria Magdaléne, et áltera María vidére sepúlchrum, allelúja.
Glória Patri.
Sicut erat.
In fine repetit. ℣. Véspere autem. ut supra cum Glória Patri. Sicut erat. Psal. Laudáte Dóminum omnes Gentes 61*. Glória Patri.
Kyrie eléison.
Christe eléison.
Kyrie eleison.
Et alia ut supr. in prima Benedictione.
In die Paschæ. et deinceps usq. ad Cœnam seq. Sabb., ad benedicendum mensam dicitur ℣. Hæc dies, quam fecit Dóminus, allel.
℣. Exultémus, et lætémur in ea, allelúja.
Glória Patri.
In fine repetitur Hæc dies. cum Glória Patri. Psalm. Confitémini Dómino, 35 vel Laudate Dóminum, 61*

In Ascens. Dómini usque ad Vig. Pent. excl. ℣. Ascéndit Deus in jubilatióne, allelúja.
℟. Et Dóminus in voce tubæ. allelúja.
Glória Patri etc.
In fine dicit. ℣. Ascéndens Christus in altum, allelúja.
℟. Captívam duxit captivitátem, allelúja.
Glória Patri, etc.
Ps. Omnes Gentes pláudite 100, vel Ps. Laudáte Dóminum, ut supra, 61*
In Pent., a Vigil. ejusdem inclusive, usq. ad cœnam seq. Sabb. excl. ℣. Spíritus Dómini replévit orbem terrárum, allelúja.
℟ Et hoc, quod cóntinet ómnia, sciéntiam habet vocis, allelúja.
Glória Patri.
In fine dicit. ℣. Repléti sunt ómnes Spiritu sancto, allelúja.
℟. Et cœpérunt loqui, allelúja.
Glória Patri. icut.
Psal. Magnus Dóminus

101, vel Psal. **Laudáte Dóminum omnes Gentes.** 61*

BENEDICTIO VESPERTINA

In diebus jejunii.

Primum Sacerdos dicat, **Benedícite,** stantibus omnibus, ac respondentibus: **Benedicite.** Quo dicto omnes genuflectentes simul clara voce dicant, **Ave Maria etc.** qua expleta, solus Sacerdos surgens format signum Crucis super Mensam dicens: **Hoc donum Charitátis benedicat déxtera Dei Patris.** Reliqui vero respondeant, **Amen.** Vel ubi hic mos non viget, stantibus omnibus, unus Fratrum dicat clara voce **Ave Maria.** Deinde **Benedicite.** Sacerdos vero benedicit, et reliqui respondent ut supra.

PRO GRATIARUM ACTIONE

Sacerdos stans dicat.

℣. **Adjutórium nostrum in nómine Dómini.** Cæteri quoque stantes respondeant.

℟. **Qui fecit cœlum, et terram.**

℣. **Sit nomen Dómini benedíctum.**

℟. **Ex hoc nunc, et usque in sæculum.**

℣. **Retribúere dignáre, Dómine, ómnibus nobis bona faciéntibus propter nomen tuum vitam ætérnam.**

℟. **Amen.**

℣. **Benedicámus Dómino.**

℟. **Deo grátias.**

℣. **Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.**

℟. **Amen.**

Pater noster secreto, deinde ℣. **Deus det nobis suam pacem.**

℟. **Et vitam ætérnam Amen.**

ITINERARIUM

Clericus in ipso itineris ingressu, si solus fuerit, dicat quæ sequuntur in singulari; si cum sociis, in plur.

Aña. **In viam pacis.**

Cant. **Benedíctus Dómi-**

nus Deus Israel. 33. In fine Glória Pátri.

Postéa dicatur Aña. In viam pacis, et prosperitátis dírigat nos omnipotens, et misériccors Dóminus: et Angelus Ráphael comitétur nobiscum in via, ut cum pace, salúte, et gáudio revertámur ad própria.

Kyrie eléison.
Christe eléison.
Kyrie eléison.
Pater noster. secreto.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.
℣. Salvos fac servos tuos.
℟. Deus meus sperántes in te.
℣. Mitte nobis Dómine auxílium de sancto.
℟. Et de Sion tuére nos.
℣. Esto nobis, Dómine, turris fortitúdinis.
℟. A fácie inimíci.
℣. Nihil profíciat inimícus in nobis.
℟. Et filius iniquitátis non appónat nocére nobis.
℣. Benedíctus Dóminus die quotídie.
℟. Prósperum iter fáciat nobis Deus salutárium nostrórum.
℣. Vias tuas, Dómine, demónstra nobis.
℟. Et sémitas tuas édoce nos.
℣. Utinam dirigántur viæ nostræ.
℟. Ad custodiéndas justificatiónes tuas.
℣. Erunt prava in diré-cta.
℟. Et áspera in viás planas.
℣. Angélis suis Deus mandávit de te.
℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

Deus, qui filios Israel per maris médium sicco vestigio ire fecísti, quique tribus Magis iter ad te stella duce pandísti: tríbue no-

bis, quæsumus, iter prósperum, tempúsque tranquillum; ut Angelo tuo sancto cómite, ad eum, quo pérgimus, locum, ac demum ad ætérnæ salútis portum pervenire feliciter valeámus.

Deus, qui Abraham púerum tuum, de Ur Chaldæórum edúctum, per omnes suæ peregrinatiónis vias illæsum custodísti: quæsumus; ut nos fámulos tuos custodíre dignéris: esto nobis Dómine, in procinctu suffrágium, in via solátium, in æstu umbráculum, in plúvia et frígore teguméntum, in lassitúdine vehículum, in adversitáte præsídium, in lúbrico báculus, in naufrágio portus: ut te duce, quo téndimus, prósperé perveniámus, et demum incólumes ad própria redeámus.

Adésto, quæsumus Dómine, supplicatiónibus nostris: et viam famulórum tuórum in salútis tuæ prosperitáte dispóne; ut inter omnes viæ, et vitæ hujus varietátes tuo semper protegámur auxílio.

Præsta, quæsumus omnípotens Deus ut família tua per viam salútis incédat, et beáti Joánnis præcursóris hortaménta sectándo ad eum, quem prædixit secúra pervéniat Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum Qui tecum vivit et regnat. ℟. Amen.

℣. Procedámus in pace
℟. In nómine Dómini. Amen.

ORDO
Commendationis animæ

Primum dic. Litaniæ breves in hunc modum

Kyrie eléison.
Christe eléison.
Kyrie eléison.
Sancta María, ora pro eo.
Omnes sancti Angeli et Archangeli, oráte pro eo.

Sancte Abel, ora pro eo.
Omnis chorus Justórum. ora pro eo.
Sancte Abraham, ora.
Sancte Joánnes Baptista, ora.
Sancte Joseph, ora.
Omnes sancti Patriarchæ, et Prophetæ, oráte pro eo.
Sancte Petre, ora.
Sancte Páule, ora.
Sancte Andréa, ora.
Sancte Joánnes, ora.
Omnes sancti Apóstoli, et Evangelistæ, oráte pro eo.
Omnes sancti Discípuli Dómini, oráte.
Omnes sancti Innocéntes, oráte pro eo.
Sancte Stéphane, ora.
Sancte Lauréntí, ora.
Omnes sancti Mártyres, oráte pro eo.
Sancte Silvéster, ora.
Sancte Gregóri, ora.
Sancte Augustíne, ora.
Omnes sancti Pontífices, et Confessóres. oráte pro eo.
Sancte Benedicte, ora.
Sancte P. noster Francisce, ora.
Omnes sancti Mónachi et Eremitæ, oráte
Sancta Maria Magdaléna. ora.
Sancta Lúcia, ora.
Omnes sanctæ Virgines, et Viduæ, oráte.
Omnes sancti, et sanctæ Dei, Intercédite pro eo.
Propítius esto, Parce ei Dómine.
Propítius esto, Libera eum Dómine.
Propítius esto, líbera.
Ab ira tua, líbera.
A perículo mortis, libe.
A mala morte, libera.
A pœnis inférni, libera.
Ab omni malo, libera.
A potestáte diáboli, libera eum Dómine.
Per Nativitátem tuam, libera eum Dómine.
Per Crucem, et passiónem tuam, libera.
Per Mortem et sepultúram tuam, libera.
Per gloriósam Resurrectiónem tuam, libera eum Dómine.
Per admirábilem Ascensiónem tuam, libera eum Dómine.

Per grátiam Spiritus sancti Paráclili, lib.
In die judícii, libera.
Peccatóres, Te rogámus áudi nos.
Ut ei parcas, te rogám.
Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.

Deinde, cum in agone sui exitus anima anxiatur, dicantur sequentes Orationes.

Oratio.

Proficíscere ánima Christiána de hoc Mundo, in nómine Dei Patris omnipoténtis, qui te creávit: in nómine Jesu Christi Filii Dei vivi, qui pro te passus est: in nómine Spíritus Sancti, qui in te effúsus est: in nómine Angelórum, et Archangelórum: in nómine Thronórum, et Dóminatiónum: in nómine Principátuum, et Potestátum: in nómine Chérubim, et Séraphim: in nómine Patriarchárum, et Prophetárum: in nómine sanctórum Apostolórum, et Evangelistárum: in nómine sanctórum Mártyrum, et Confessórum: in nómine sanctórum Monachórum, et Eremitárũ: in nómine sanctárum Virginum, et ómnium Sanctórum, et Sanctárum Dei: hódie sit in pace locus tuus, et habitátio tua in sancta Sion. Per eumdem Christum Dñum nostrum.
℟. Amen.

Oratio.

Deus, miséricors, Deus clemens, Deus, qui secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum peccáta pœniténtium deles, et præteritórum críminũ culpas vénia remissiónis evácuas: réspice propítius super hunc fámulum tuum N. et remissiónem ómnium peccatórum suórum tota cordis confessióne poscéntem deprecátus exáudi. Rénova in eo, piíssime Pater, quidquid terréna fragilitáte corrúptum, vel quidquid diabólica fráude

violátum est: et unitáti corpóris Ecclésiæ membrum redemptiónis annécte. Miserére, Dñe, gemítuum, miserére lacrymárum ejus: et non habéntem fidúciam, nisi in tua misericòrdia, ad tuæ sacraméntum reconciliatiónis admitte. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Comméndo te omnipoténti Deo, charíssime frater, et ei, cujus es creatúra, commítto: ut, cum humanitátis débitum morte inteveniénte persólveris, ad Auctórem tuum, qui te de limo terræ formáverat, revertáris. Egrediénti ítaque ánimæ tuæ de córpore, spléndidus Angelórum cœtus occúrrat: judex Apostolórum tibi senátus advéniat: candidatórum tibi Mártyrum triumphátor exércitus óbviet: liliáta rutilántium te Confessórum turma circúmdet: jubiléntium te Vírginum chorus excípiat: et beátæ quiétis in sinu Patriarchárum te complécxus astríngat: mitis, atque festívus Christi Jesu tibi aspéctus appáreat, qui te inter assisténtes sibi júgiter interésse decérnat. Ignóres omne, quód horret in ténebris, quod stridet in flammis, quod crúciat in torméntis. Cedat tibi telérrimus sátanas cum satellítibus suis: in advéntu tuo te, comitántibus Angelis, contremíscat, atque in ætérnæ noctis chaos immáne diffúgiat. Exúrgat Deus, et dissipéntur inimíci ejus; et fúgiant, qui odérunt eum a fácie ejus. Sicut déficit fumus deficiant: sicut fluit cera a fácie ignis, sic péreant peccatóres a fácie Dei; et justi epuléntur, et exúltent in conspéctu Dei. Confundántur ígitur, et erubéscant omnes tartá-

reæ legiónes, et minístri sàtanæ iter tuum impedíre non áudeant. Líberet te a cruciátu Christus, qui pro te crucifixus est. Líberet te ab ætérna morte Christus, qui pro te morì dignátus est. Constítuat te Christus Filius Dei vivi intra Paradísi sui semper amœna viréntia, et inter oves suas te verus ille Pastor agnóscat. Ille ab ómnibus peccátis tuis te absólvat; atque ad déxteram suam in Electórum suórum te sorte constítuat. Redemptórem tuum fácie ad fáciem vídeas, et præsens semper assistens, manifestíssimam beátis óculis aspícias veritátem. Constitútus ígitur inter ágmina Beatórum, contemplatiónis divinæ dulcédine potiáris in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Oratio.

Súscipe, Dómine, servum tuum in locum sperándæ sibi salvatiónis a misericórdia tua. ℟. Amen.

Líbera, Dòmine, ánimam servi tui ex ómnibus perículis inférni, et de láqueis pœnárum, et ex ómnibus tribulatiónibus. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui, sicut liberásti Henoch, et Elíam de commúni morte mundi. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui, sicut liberásti Noe de dilúvio. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui, sicut liberásti Abraham de Ur Chaldæórum. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui: sicut liberásti Job de passiónibus suis. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui, sicut liberásti Isaac de hóstia, et de manu patris sui Abrahæ. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui, sicut liberásti Lot de Sódo-

mis, et de flamma ignis. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui, sicut liberásti Moysen de manu Pharaónis regis Aegyptiórum. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui, sicut liberásti Daniélem de lacu leónum. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui, sicut liberásti tres púeros de camíno ignis ardéntis, et de manu regis iníqui. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui, sicut liberásti Susánnam de falso crímine. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui, sicut liberásti David de manu regis Saul, et de manu Goliæ. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui, sicut liberásti Petrum, et Páulum de carcéribus. ℟. Amen.

Et sicut beatíssimam Théclam vírginem, et mártyrem tuam de tribus atrocíssimis torméntis liberásti, sic liberáre dignéris ánimam hujus servi tui, et tecum fácias in bonis congaudére cœléstibus. ℟. Amen.

Oratio.

Commendámus tibi, Dómine, ánimam fámuli tui N. precamúrque te, Dómine Jesu Christe Salvátor mundi, ut propter quam ad terram misericórditer descendísti, Patriarchárum tuórum sínibus insinuáre non rénuas. Agnósce Dómine creatúram tuam, non a diis aliénis creátam; sed a te solo Deo vivo et vero: quia non est álius Deus præter te, et non est secúndum ópera tua. Lætífica, Dómine, ánimam ejus in conspéctu tuo, et ne memíneris iniquitátum ejus antiquárum, et ebrietátum, quas suscitávit furor, sive fervor mali desidérii. Licet enim peccáverit, tamen

Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum non negávit, sed crédidit, et zelum Dei in se hábuit, et Deum, qui fecit ómnia, fidéliter adorávit.

Oratio.

Delícta juventútis, et ignorántias ejus, quæsumus, ne memíneris Dómine: sed secúndum magnam misericórdiam tuam memor esto illíus in glória claritátis tuæ. Apeiántur ei cœli, collæténtur illi Angeli. In regnum tuum, Dómine, servum tuum súscipe. Suscípiat eum sanctus Michael Archángelus Dei, qui milítiæ cœléstis méruit principátum. Véniant illi óbviam sancti Angeli Dei, et perdúcant eum in civitátem cœléstem Jerúsalem. Suscípiat eum beátus Petrus Apóstolus, cui a Deo claves regni cœléstis tráditæ sunt. Adjuvet eum sanctus Páulus Apostólus, qui dignus fuit esse vas electiónis. Intercédat pro eo sanctus Joánnes eléctus Dei Apóstolus, cui revelàta sunt secréta cœléstia. Orent pro eo omnes sancti Apóstoli, quibus a Dómino data est potéstas ligándi, atque solvéndi. Intercédant pro eo omnes sancti, et elécti Dei, qui pro Christi nómine torménta in hoc sæculo sustinuérunt: ut vínculis carnis exútus, perveníre mereátur ad glóriam regni cœléstis, præstánte Dómino nostro Jesu Christo: Qui cum Patre, et Spíritu Sancto vivit, et regnat in sæcula sæculórum.

℟. Amen.

Si anxiatur adhuc anima, dicunt hi Psalm. videlicet, Confitémini Dómino. 35. et totus Psal. Beáti immaculáti. per Horas distributus. 36.

Egressa autem anima, dicitur hoc

℣. Subveníte Sancti

Dei, occúrrite Angeli Dómini: * Suscipiéntes ánimam ejus: * Offeréntes eam in conspéctu Altissimi.

℣. Suscípiat te Christus, qui vocávit te, et in sinum Abrahæ Angeli dedúcant te. Suscipiéntes.

℣. Réquiem ætérnam dona ei Dómine, et lux perpétua lúceat ei. Offeréntes.

Deinde Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléisón.

Pater noster. secreto.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a malo.

℣. Réquiem ætérnam dona ei Dómine.

℟. Et lux perpétua.

℣. A porta inferi.

℟. Erue Dómine ánimam ejus.

℣. Requiéscat in pace.

℟. Amen.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

Tibi Dómine commendámus ánimam fámuli tui N. ut defúnctus sæculo tibi vivat: et quæ per fragilitátem humánæ conversatiónis peccáta commísit, tu vénia misericordíssimæ pietátis abstérge. Per Christum Dóminū nostrum.

℟. Amen.



FORMULA

ABSOLUTIONIS

Plenariae Religiosis, Tertiariis saecularibus, et Cordigeris in extremis constitutis, vigore Privilegiorum elargiendae.

Facta Confessione, et dictis **Misereátur,** et **Indulgéntiam,** dicatur: **Dóminus noster Jesus Christus per merita suæ sacratissimæ Passiónis te absólvat et gratiam suam tibi infúndat, et ego auctoritáte ipsíus, ac Beatorum Apostolórum Petri et Pauli, et summórum Pontíficum mihi in hac parte commíssa, et tibi concéssa absólvo te ab omni vínculo excommunicátionis majoris, vel minoris, si quod incurrísti, et restítuo te unióni et partecipatióni fidélium, necnon sanctis Sacraméntis Ecclésiæ. Item eadem auctoritáte quátenus ad præsens forum spectat, Ego te absólvo ab ómnibus peccátis tuis; tibíque reláxo omnes pœnas Purgátorii, quas pro peccatis commíssis meruísti, concédens tibi remissiónem, et indulgéntiam plenáriam ómnium peccatórum tuorum, et restítuo te illi státui innocèntiæ, in quo eras, quando baptizátus fuisti. In nomine Patris et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.**

Quod si hac vice non discésseris, reservo tibi hánc gratiam usque ad extrémum mortis tuæ articulum.

Quia vero nonnulli Summi Pontifices Indulgentiam plenariam prædictis personis, in articulo mortis constituti

benigne concesserunt, sine ulla dependentia ab electione Confessarii, qui talem indulgentiã nomine Pontificum, impertiatur ideo ad majus spirituale solatium, non tamquam necessaria, sed ut valde proficua subjungenda est sequens deprecatio, cui, in extremis laborans, devote correspondeat Nomen Sanctissimum JESU ore vel corde enixe invocando.

Dominus noster Jesus Christus Filius Dei vivi, qui beato Petro Apostolo suo dedit potestátem ligandi atque solvendi, per suam piíssimam misericórdiam recípiat confessiónem tuam, et remíttat tibi omnia peccáta quæcumque, et quomodocumque in toto vitæ decúrsu commisísti, de quibus corde contrítus, et ore conféssus es, restítuens tibi stolam primam, quam in baptísmate recepísti. Et per Indulgentiam plenariam a summis Pontificibus Nostratibus in artículo mortis constitútis concessam líberet te a præséntibus ac futuræ vitæ pœnis: dignétur Purgatórii cruciátus remíttere, pórtas inferi cláudere, Paradísi jánuam aperíre teque ad gáudia sempitérna perdúcere, per sacratíssima suæ vitæ passiónis, et glorificatiónis Mystéria. Qui cum Patre, et Spíritu Sancto Deus unus vivit et régnat in sæcula sæculor. Amen.

ABSOLUTIO

In Articulo mortis.

Benedictus PP. XIV, anno 1747 potestatem dedit omnibus Episcopis, eorumque Delegatis impertiendi plenariam Indulgentiam Moribundis eam petentibus, postquam receperint Sacramenta Pœnitentiæ, Eucharistiæ, et Extremæ Unctionis. Aut verisimiliter petiissent, vel signa de-

dissent veræ contritionis, et inde sensibus destituti fuissent. Eam tamen non concessit Excommunicatis, et Impœnitentibus; nec illis, qui manifeste moriuntur in peccato mortali Hoc modo:

Sacerdos ingrediens domum Infirmi dicat : **Pax huic dómui, et ómnibus habitántibus in ea.**

Aspergat aquam benedictam dicens : **Aspérges me hyssópo, et mundábor; lavábis me, et super nivem dealbábor.**

Postea dicat: **Miserére mei Deus secúndum magnam misericórdiam tuam. Gl. Patri etc. Aspérges me etc.**

Si infirmus vellet confiteri, Sacerdos statim audiat; alias excitet eum ad actum doloris, et ad spem vitæ æternæ. Moneat eum, offerre sese Deo, at æquo animo accipere de manu Dei mortem pro satisfactione peccatorum suorum. Deinde dicat,

℣. Adjutórium nóstrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cœlum, et terram.

Ant. **Ne reminiscáris Dómine delícta Fámuli tui (** vel **Ancíllæ tuæ), neque vindíctam sumas de peccátis ejus.**

Kyrie eléison.

Christe eléison.

Kyrie eléison.

Pater noster secreto.

℣ Et ne nos etc.

℟. Sed líbera etc.

℣. Salvum fac servum tuum (vel **Ancíllam tuam) Dómine**

℟. Deus meus sperántem in te

℣. Dómine exáudi etc.

℟. Et clámor meus etc.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum Spíritu tuo.

Oremus

Clementíssime Deus, Pater misericordiárum, et Deus totíus consolatiónis, qui néminem vis perire in te credéntem atque sperántem, secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum réspice propítius

famulum tuum N quem Tibi vera fides, et Spes Christiana commendat. Visita eum in salutari tuo, et per Unigeniti tui Passionem et Mortem omnium ei delictorum suorum remissionem, et veniam clementer indulge, ut ejus Anima in hora exitus sui Te Judiciem propitiatum inveniat, et in Sanguine ejusdem Filii tui ab omni macula abluta transire ad vitam mereatur perpetuam. Per eumdem Christum etc.

Hic dicitur Confiteor, et Sacerdos Misereatur etc. Indulgentiam etc.

Dominus noster Jesus Christus Filius Dei vivi, qui B. Petro Apostolo suo dedit potestatem ligandi atque solvendi, per suam piissimam Misericordiam recipiat confessionem tuam, et restituat tibi stolam primam, quam inBaptismate recepisti, et ego facultate mihi, ab Apostolica Sede tributa Indulgentiam Plenariam, et remissionem omnium peccatorum tibi concedo. In nomine Patris etc.

Per sacrosancta humanæ reparationis Mysteria remittat tibi Omnipotens Deus omnes præsentis, et futuræ vitæ pœnas, Paradisi portas aperiat, et ad gaudia sempiterna perducat. Amen.

Benedicat te Omnipotens Deus, ✠ Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus. Amen.

Si desit tempus præmittendi supradictas preces, Sacerdos statim dicat: Dominus noster Jesus Christus etc.

BENEDICTIO

Chordæ S.P.N. Franc.

℣. Adjutorium nostrum, etc. ℟. Sit nomen Dómini, etc.

℣. Dóminus vobíscum.

Oremus.

Deus, qui ut sérvum redímeres, Fílium

tuum fúnibus ligári voluísti: benedíc quæsumus funem istum, ut famulus tuus, qui eo vélut ligámine pœnitentiáli cingétur, vinculórum ejusdem Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi memor exístat: in statu devotiónis constánter perséveret, et tuis cum affectu semper obséquiis se obligatum esse cognóscat. Per eumdem Christum, etc.

Oremus.

Dómine Jesu Christe, qui fúnibus in tua passióne ligári voluísti, et beatum Petrum Apóstolum a vínculis absolútum illæsum abíre fecisti: te supplíciter deprecámur, ut hunc fúnem, quem ad imitatiónem pátrum nostrórum, et præcípue Seráphici Patris nostri Francísci, hic fàmulus tuus elégit, virtute tua benedícas: ut qui hac chorda cingétur, lumbos suos castitáte præcíngat, sit justítia cíngulum lumbórum ejus, et fides cinctórium renum ejus, víncula et cárceres pro amóre tuo non abhórreat, passiónis et vinculórum tuórum mémor exístat, a peccatórum suórum vínculis liberetur, ac libertátem ab omni peccáto et miséria, quam ei tuo Sanguine comparásti, misericórditer consequátur. Qui vivis, etc.

Aspergátur chorda aqua lustráli, et ei qui admíttitur, porrigátur ut se cingat, dicendo ei:

Accipe cíngulum istud; et parátus esto alligári et mori pro Dómino nostro Jesu Christo.

Cingendo eum Chordá dicat Prælatus:

Præcíngat te Dóminus hac Chorda humilitátis et puritátis, et extínguat in lumbis tuis humórem libídinis, et in toto te ipso spíritum supérbiæ: ut máneat in te vírtus continén-

tio et humilitátis, et Deo semper in ómnibus obédias. ℟. Amen.

Deinde Sacerdos reversus ad altare dicat:

℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Deus, qui beato Petro Apostolo tuo prædixisti, per alium in senéctute ipsum fore cingéndum, significans qua morte esset clarificáturus Deum: fámulum tuum, quem cíngulo nostræ Fratérnitátis præcinximus, tua quæsumus charitáte præcínge, tui Nóminis metu constringe, ejusque cor mandátorum tuórum álliga chordis, ut tua opituláante grátia, a mundo, peccatísque liberátus, solo tuo vinctus servitio, in statu devotiónis usque in finém persevéret. Qui vivis et regnas cum Deo Patri etc.

Postea conversus ad præcinctum dicat: Benedictio Sanctissimæ Trinitátis, Patris, et Filii, et Spiritus Sancti descendat super te; ut sicut chorda corpus circumdas, ita animam Fide Jesu Christi, et bonis operibus decores, ut suam gratiam, et postea vitam æternam habeas. ℟. Amen.

PIÍSSIMA ANTIPHONA, ET ORATIO CONTRA LUEM CONTAGIOSAM.

Ex chronicis ordinis Seraphici FF. Minorum conscriptis per V. P. Franciscum Gonzaga eiusdem Ord. Generalem part. 3. de Prov. Portugall. Mon. viii.

Stella cœli extirpavit, quæ lactavit Dñm, mortis pestem, quam plantavit primus parens hominum. * Ipsa Stella nunc dignetur sidera compescere, quorum bella plebem cædunt diræ mortis ulcere. * O piissima Stella maris, a peste succurre nobis.* Audi nos, Domi-

na: nam Filius tuus nihil negans te honorat. Salva nos, Jesu, pro quibus Virgo Mater te orat. ℣. Ora pro nobis S. Dei Genitrix. ℟. Ut digni.

Oratio.

Deus misericórdiæ, Deus pietátis, Deus indulgéntiæ, qui misertus es super afflictiónem pópuli tui, et dixísti Angelo percutiénti pópulum tuum: Cóntine manum tuam: ob amórem illíus stellæ gloriósæ, cujus úbera pretiósa contra venénũ nostrórum delictórum, quam dulciter suxísti: præsta auxílium grátiæ tuæ, ut ab omni peste et improvísa morte secure liberémur, et a totíus perditiónis incursu misericórditer salvémur. Per te, Jesu Christe Rex glóriæ: Qui vivis, et regnas in sæcula sæculorum. Am.

AD S. ROCHUM CONFESSOREM.

Antiph.

Ave Roche sanctíssime,
Nóbile natus sánguine,
Crucis signátus schémate
Sinistro tuo látere.
Roche péregre profé-ctus
Pestíferæ mortis ictus
Curavísti mirífice,
Tangéndo salutífere.
Vale Roche Angélice
Vocis citátus flámine
Obtinuísti Deífice
A cunctis pestẽ péllere.
℣. Ora pro nobis, beáte Roche.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Oratio.

Deus, qui Beáto Rocho, per Angelum tuum tábulam eídem afferéntem promisísti, ut qui ipsum invocáverit, a nullo pestis cruciátu læderétur: præsta quæsumus; ut qui ejus memóriam ágimus, ipsíus méritis, et précibus, a mortífera peste córporis et ánimæ liberémur. Per Christum Dóminum nostrum.

OFFICIA SANCTORUM

SI IN POSTERUM CONCEDANTUR,

VEL AD COMMODITATEM ALICUJUS LOCI.

DIE III. FEBBRUARII. S. BLASII Episcopi, et Martyr. *ubi Patronus.*

Duplex i. classis cum Octava. Oratio.

Deus, qui beátū Blásium Mártyrem tuum atque Pontíficem in suis perferéndis supplíciis, ac in aliórum depelléndis infirmitátibus admirábilem effecísti: concéde propítius; ut illíus et in fide constántiam imitémur, et in perículis patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

DIE XXVIII. FEBBR. B. ANTONIÆ DE FLORENTIA Vid. ii. Ord.

Duplex. Oratio.

Deus, qui beátam Antóniam fámulam tuam per omnes vitæ sémitas ad te mirabíliter traduxísti: tribue quæsumus; ut ejus méritis et exémplis ad cœléstem pátriam perducámur. Per Dñum.

DIE V. MARTII. S. JOANNIS JOSEPHI A CRUCE Conf. i. Ordin.

Duplex ii. classis.

In i. et ii. Vesperis.

Hymnus.

Exúrge tellus Itala
Novóque plaude cœliti
Mari e supérno ad ínferum
Nomen Joánnis ínsonet.
Primis ab annis gáudia
Cadúca mundi respuens,
Francísci ad instar, péctore
Crucem seréno amplécititur.
Hac fretus una, perpéti
Advérsa cuncta díscupit,

Et mille passim grátia
Dolóris artes súggerit.
Flagélla tergum sáuciant,
Somnos abárcent lúmina,
Dapes negántur, áridis
Illúdit unda faucibus.
At sonte qui se víctimā
Tanti rigóris éxhibet
Cœléstis hunc in cæteros
Facit benígnū cháritas.
Votis rependit júrgia,
Turbis egéntum próvidet,
Reósque solvens crímine,
Iter salútis édocet.
Virtúte fulgens ínclyta
Sic ille adívit sydera;
Ibíque Numen íntuens
Amóris igne exæstuat.
Sit laus per omne sæculum
Sit Trinitáti glória,
Quæ nos paréntis óptimi
Calcáre det vestígia.
Amen.

Ad Magnificat, Antiph. Qui vult venire post me, ábneget semetípsum, et tollat Crucem suam et sequátur me.

AD MATUTINUM.

Hymnus.

Quisquis molésta frángitur
Cura, Joánni súpplicet:
Quid possit ille péndulæ
Circum tabéllæ prædicant.
Hoc invócato nómine,
Febrílis æstus diffugit
Morbi recédunt, déserit
Mors ipsa prædam térrita.
Pressus paténti in æquore
Nimbos quid horret návita?
Adest Joánnes: éffera
Tam vis procéllæ evánuit.
Impune saxa córruunt,
Fructus dat arbor ínscios;
Nutum jubéntis túrgida
Verétur unda flúminū.
Veníte quotquot fráudibus
Cœcis avérnus ímplicat,
Veníte quotquot júgiter
Premunt reátus póndera.

Solátor indigéntium
Cunctis medélam pórriget:
Fides redíbit méntibus,
Complébit ardor péctora.
Sit laus per omne sæculum,
Sit Trinitáti glória,
Quæ nos Paréntis óptimi
Calcáre det vestígia.
Amen.

AD LAUDES.

Hymnus.

O ter quatérque nóbilis
Montáni erémi céllula,
Cui sanctitátē cóntigit
Miram Joánnis cérnere.
Tibi supérbæ próxima
Ab Urbe turres ínvident,
Tecum frequénter cœlicum
Immútat agmen sídera.
Sacro caléscens Flamine
Levátur hic in æthera.
Jesu tenéllo dúlciter
Affígit illic óscula.
Audítis? ista Vírginis
Imágo voces prótulit:
Fonte hoc perénni múnera
Dérivat ille in súpplices.
Tu qui beáta ecéllula
Opis fuísti pródigus,
Locátus inter Cœlites
Preces cliéntum súscipe.
Tui sub umbra nóminis
Felix quiéscat pátria;
Honóre templa flóreant,
Ornéntur urbes móribus.
Sit laus per omne sæculum,
Sit Trinitáti glória,
Quæ nos Paréntis óptimi
Calcáre det vestígia.
Amen.

Ad Benedictus, Antiph. Christo confixus Cruci, mortificatiónem ejus portávit in córpore; et ídeo Deus exaltávit illum in glória.

In ii. Vesperis.

Ad Magnificat, Antiph. Non sunt condígnæ passiónes hujus témporis ad futúram glóriam, quæ revelábitur in nobis.

DIE XXIV. MARTII.

B. BENTIVOLII DE BONIS Conf. i. Ord.

Duplex.

In Hymno. Méruit suprémos.

Oratio.

Deus, qui glóriam tuam in beáti Bentivólii Confessóris prædicatióne, et miráculis revelásti: concéde propítius; ut ejus méritis et intercessióne ad contemplándam spéciem tuæ celsitúdinis perducámur. Per Dñum.

DIE VI. APRILIS.

B. JOANNÆ DE SIGNA Virg. iii. Ordinis.

Duplex.

Oratio.

Deus, simplicitátis amátor et custos, qui Nativitátē Filii tui pastóribus prímitus revelásti, et in beáta Joánna pastorális innocéntiæ nova exémpla monstrásti: ejus précibus concéde fámulis tuis, simplicitátem et innocéntiam cordis ejus júgiter æmulári. Per eúmdē.

DIE XVIII. APRILIS

B. ÆGIDII Confessori

In prima Officii concessione fuit approbat haec

Oratio.

Deus, qui beátum Ægidium Confessorem tuum ad excélsa contemplatiónis vérticem sublimáre dign[atus] es: ipsíus intercessióne concéde; ut a[c]tiónibus nostris in [...] semper inténti, pacem quæ exúperat omnem sensum, consequámu[r]. Per Dñum.

Sed processu temporis a[...]posito Decreto alia Oratio fuit data, quae legit[ur] hac die in corpore Diu[r]ni, pag. 514.

DIE XXIX. JUNII.

COMMEMORATIO OMNIUM SS. APOSTO[LORUM] ET SS. MARTYRUM.

In i. Vesperis.

Pro omnibus SS. Apo[stolis]

Ant. In hoc cognóscent omnes, quia discípu[li] mei estis, si dilecti[o]nem habuéritis ad í[n]vicem.

℣. Nimis honoráti sunt amíci tui, Deus.
℟. Nimis confortátus est principátus eórum.

Oratio.

Exáudi nos, Deus salutáris noster, et ómniũ Sanctórum Apostolórum tuórum tuére præsídiis, quórum donásti fidéles esse doctrínis.

Pro omnibus SS. Martyribus.

Ant. Ipsi sunt sancti, quos elégit Dóminus in charitáte non ficta, et dedit illis glóriam sempitérnam.
℣. Justi epuléntur, et exúltent in conspéctu Dei.
℟. Et delecténtur in lætítia.

Oratio.

Deus, qui glorificáris in concílio sanctórum Mártyrum tuórum; réspice ad preces humilitátis nostræ: ut quórum solémnia celebrámus, eórum précibus adjuvári mereámur. Per Dñum.

Ad Laudes.

Pro omnibus SS. Apostolis.

Ant. Vos, qui secúti estis me, sedébitis super sedes, judicántes duódecim tribus Israel.
℣. In omnem terram exívit sonus eórum.
℟. Et in fines orbis terræ verba eórum.
Oratio, ut supra.

Pro omnibus SS. Martyribus.

Ant. Sancti tui, Dómine, semper benedícant te, et glóriam regni tui dicant.
℣. Mirábilis Deus in sanctis suis.
℟. In sanctis ejus laudáte Deum.
Oratio, ut supra.

In ii. Vesperis.

Pro omnibus SS. Apost.

Ant. Vos amíci mei estis, si fecéritis, quæ ego præcípio vobis, dicit Dóminus.
℣. Gloriósus in sanctis suis fáciens mirabília.
℟. Hic Deus meus, et glorificábo eum.
Oratio, ut supra.

Pro omnibus SS. Martyribus.

Ant. Dico autem vobis amícis meis, ne timeátis ab iis, qui occídunt corpus, ánimam autem non possunt occídere.

℣. Justi autem in perpétuum vivent.

℟. Et apud Dóminum est merces eórum.

Oratio, ut supra.

DIE XIII. OCTOBRIS. SS. DANIELIS, et SOC. Mart. i. Ord.

Pro Reformata Provincia Ss. Septem Martyrum, ut pote Titulares.

Duplex i. classis. cum Octava.

Oratio.

Omnipoténtiam tuã, ætérne Deus, supplíciter exorámus, ut intercedéntibus sanctis Martyribus tuis Daniéle, Angelo, Samuéle, Dómno, Ugolíno, Leóne, atque Nicoláo discámus terréna despícere et amáre cœléstia. Per Dóminum.

MONITUM

In Typographia post correctionem ob maximam imperitiam rerum decidit ut

In titulis a pag. 53, usque ad pag. 68, dictum sit *In feriali officio ad Tertiam*, ... et sic deinceps .... *Ad Sextam*, ... *Ad Nonam*, cum simpliciter dicere debebatur

Ad Tertiam — *Ad Sextam* — *Ad Nonam.*

Et in pag. 572, colum. 2, lin. 21, additum est verbo *Duplex* verbum *majus.*

MONITUM
QUOAD KALENDARIUM
ROMANO-NEAPOLITANO-SERAPHICUM.

Si clara legum verba tantum valent quantum sonant, sequitur nos Fratres trium Ordinum S. Francisci in hoc regno commorantes, post Kalendarii Seraphici approbationem teneri quodcumque Officium dimittere Dioecesanum, una cum ritibus particularibus, praeter ea quae taxative in Decreto excipiuntur, nec non et alia Officia toti Ecclesiae Catholicae praecepta, iuxta S. Sedis declarationem: in reliquo manere in iure communi, ideoque toto nos Ordini conformare.

Et quia semper, nova iam edita lege, laboriosum utique est eam casibus peculiaribus applicare, praesertim si non fulgeat statim veritas, et casus aliqui velo temporis obducti, vel disparati, reddant quaestiones magis facti quam iuris; nos auxilio virorum maxime in Chronologia-Liturgica-patria versatorum conati sumus tollere e medio (donec S. Pontifex aliter non definiat vel declaret) residualia dubia, quae in applicatione novi Decreti ad Officia Dioecesana nostri regni sunt exorta, et nondum resoluta (1).

Et 1. Non tenemur die 19 Martii Ritui 1. Classis, sed 2. sicut totus Ordo, pro Officio S. Josephi Sponsi B. M.V. cum nunquam hujusce Loci praecipuus fuerit patronus, sed tantum Monarchiae Catholicae, cuius pars seu Provincia quondam fuit nostra Monarchia; sed divisione peracta, licet Clerus Saecularis maneat obstrictus, nos autem post novum Kalendarium, Divum Januarium tantum per totum

(1) Notitiae tamen habitae sunt post impressionem Kalendariorum huius anni 1860.

Regnum colere debemus uti Patronus praecipuus universalis, et insuper Patronos praecipuos respectivarum Civitatum vel oppidorum ubi degemus (1), iuxta exceptionem novi Decreti et iuxta Rubricas peculiares n. 18 et 19, ac alia Decreta; nunquam vero compatronos, vel Patronos minus principales, uti perspicuum est. Non maiori cultu voluit S. Mater Ecclesia per Urbem, et Orbem S. Josephum venerari.

2. Idem dicendum pro Officio S. Antonii Patavini die 13 Junii, utpote Patr. min. princ. Civitatis tantum, licet praeterito saeculo iam decedente, illius temporis Monarcha Privilegium utriusque praecepti, et 1. Classico Ritu obtinuerit grati animi significatione ob acceptam gratiam tali die.

3. Nec similiter tenemur secundo Classico Ritui in Dominica 2.ª post Pascha pro Officio S. Francisci de Paula, quia nec Patronus nec Titularis, nec Officium proprium cum tali ritu ubique terrarum praecipiatur. Manet ergo Duplex minus die 2 April. sicut antea. Et sic de ritibus Officiorum B. M. V. de Monte Carmelo, nec non B. Annae eiusdem Matris pro Civitate, qui manent duplicis maioris. Sic de hymnis, antiphonis, et aliis propriis S. Joannis-Josephi a Cruce, quae sunt concessa tantum Excalceatis S. Petri de Alcantara. Item de hymnis propriis S. Alphonsi, qui sunt etiam particularis concessionis. Sicuti et de aliis omnibus Dioecesis et Regni, in quibus retinendis vel non, Kalendario nos novo adhaerere oportebit.

4. Neque ad Commemorationem obstringimur Omnium SS. Apostolorum, et SS. Martyrum die 29 Junii in Kalendariis Ecclesiasticis inclusam Litteris Apostolicis sub die 10 Aprilis 1818, (Gardell. num. 4551), quia sicut de Offi-

(1) Etiam Officium proprium recitando ubi adest, juxta decretum. 30 Sept. 1817 ad 1. Gardell. n. 4392.

ciis et Ritibus supra dictum est, ita sine ulla prorsus haesitatione de parte quacumque Officii loqui debemus; alioquin non omne dimitteretur Officium Dioecesanum, idest particulare, uti expresse praecipit S. Pontifex, ut Kalendarium nostrum generale sequi possimus.

Denique si optima legum interpres consuetudo seu praxis, si moribus utentium ipsae leges confirmantur, si difformitas omnino vitanda, FF. Minores Conventuales in hoc etiam Regno degentes sequi debemus, quemadmodum in identica concessione sumus secuti; et quia ipsi non ritus altiores dictorum Officiorum, non Commemorationem die 29 Junii celebrant, nec alias admittunt hujuscemodi particularitates, ergo neque et nos. Ita interpretata est Romae hoc Decretum Curia eorum Generalitia, ut ajunt, quae impresso ibidem primo Directorio post novum Kalendarium, ad subditos hic commorantes misit cum injunctione « Hoc et non aliud Directorium est vobis in » Regno Neapolitano sequendum ». Et ita pergit etiam per annorum quinque eorum Directorium annuale (1). Si idem locus, et eadem lex, haec ergo eodem prorsus modo est in praxim deducenda: alioquin bonum putabimus haec difformitas Ecclesiarum sub hoc respectu ne quidem in minimo differentium?

Haec non alio fine dicta intelligantur quam ob amorem conformitatis partis ad partem, et partium ad totum.

(1) Sed cum facta aliqua in superpositis numeris enucleata, etiam post praxim Conventualium fuerint non bene adhuc nota, quia disparata; magis elucent prudentia et pietas habitae usque modo apud Nostrates (quod in omnibus semper est potius), melius abundare quam deficere, donec omnia bene et clare videantur.

NONNULLA SUBNECTIMUS PERUTILIA

In istis paginis superatis ad commoditatem locorum ubi Auctorum recentium copia non adest.

DE MISSA IN ECCLESIA ALIENA.

DECRETUM NOVISSIMUM

Quo Superiores omnes Ecclesiarum praecipiuntur a S. Sede nullum colorem negare Sacerdotibus, qui in eorum Ecclesiis celebrant diebus semiduplicibus.

« NN... Eminentiæ Vestræ repræsentat, quod consuetudo invaluit in quibusdam Ecclesiis, ut in festis ritus semiduplicis paramenta tantum nigra offerantur Sacerdotibus celebraturis, ex eo quod Rubricæ gen. Missal. permittant celebrationem Missarum privatarum pro defunctis quocumque semiduplici. »

« Resp. E.mi, et R.mi Patres sacris Ritibus tuendis praepositi, singulis mature perpensis, tolerandum minime esse censuerunt abusum de quo in precibus, in festis nimirum semiduplicibus paramenta tantum nigra offerenda Sacerdotibus celebraturis; eosdemque hac ratione impediendi quominus legere pro lubitu possint Missas vel festo respondentes, vel votivas juxta permissionem Rubricæ » S.R.C. die 29 Nov. 1856. Vide Opus: *La scienza e la Fede* Vol. 34 fasc. 199. Luglio, 1857, pag. 54.

Nemo ergo dubitabit idem dicendum a fortiori de diebus ferialibus atque ritus inferio-

ris; ideoque nihil obstare quominus quilibet Sacerdos quemlibet petat colorem talibus diebus, licet in eadem Ecclesia eodem tempore omnes colores utantur. Nec esse disconveniens tanta varietas colorum, quam S. Sedes præcipit Superioribus Ecclesiarum, et Sacerdotibus permittit. Hi possunt uti semper jure suo, et ideo nullam illis injuriam faciunt. Insuper

1. Sacerdos, cujus Officium fuerit semiduplex vel de feria , si celebret in Ecclesia ubi adest idem ritus, quia talibus diebus permittuntur omnes colores, potest dicere — Aut 1. Missam sui Officii, juxta Rubr. Missal., quæ repetunt « Quoad fieri potest Missa cum Officio conveniat » et hoc etiam si color non fuerit Ecclesiæ conformis. — Aut 2. Missam festivam vel ferialem Ecclesiæ, se illi in omnibus conformando — Aut 3. Quamcumque Missam votivam alias non prohibitam. Decr. 11 Sept. 1847 ad 3 Gard.n.4955.(Edit.2)— Aut 4.Missam pro defunctis. Missæ ergo votivæ et de requiem possunt celebrari tantum, cum ex utraque parte Ecclesiæ scilicet et Sacerdotis occurrat semiduplex vel feriale, juxta cit. Decr. 11. Sept.; præter casum tamen exequiarum, funeris, vel unicæ Missæ cantatæ pro die 3. 7. ec. Hæc omnia probantur etiam ex Decr. 11. Jun. 1701, quod Gardellinus in Indice tom. 5, ita illustrat pro hac parte « Si tamen in Ecclesia in qua celebratur, non prohibentur Missæ Defunctorum, tunc nemo tenetur se uniformare neque quoad colorem ».

2. Sacerdos qui Off. dupl. recitaverit, et celebret in Eccl. ubi idem adest ritus, debet si-

militer in omnibus se conformare, si color Ecclesiæ non concordet cum colore sui Officii. Decr. 4. Sept. 1745 ad 8 Gard. 4026.

Non licet in casu celebrare Missam suam cum colore diverso. Decr. 7 Maj. 1746 ad 13 et 7. Sept. 1816, ad 18. et 20. Gard. n. 4032. 4376. Quæ decreta clare indicant color non esse quid accidentale in Ecclesiasticis functionibus peragendis; et confirmatur Decreto 12. Novemb. 1831 ad 54. Gard. 4520, quo ita præscribitur « Servetur strictim Rubrica quoad colores paramentorum ». Nec etiam licet, si ipse habeat ritum semid., celebrare in tali Eccl. Missam de Requiem vel alias votivas. Decr. 9. Jun. 1668 Gard. 2287.

Si vero color Ecclesiæ, et sui Officii sit idem potest vel suam Missam celebrare (cum potestate addendi Credo et etiam commemorationem alicujus Octavæ, si aderint in Ecclesia) vel Missam Eccl., eidem se in omnibus conformando, uti clare eruitur ex Decr. 11. Apr. 1840 ad 6 Gard. 4731.

Quod si idem Sacerdos, qui recitaverit duplex, ritum in Ecclesia invenerit vel de semiduplici vel de Feria, poterit dicere vel Missam festivam de Officio suo, etiam si color Ecclesiæ fuerit diversus; quo casu petendum erit a Sacrista color proprius suæ Missæ. Vel Missam Ecclesiæ de semid. seu feriali, petendo itidem colorem proprium talis Missæ.

Notandum, quod Decr. 29 Jan. 1752, in quo dicitur « Sacerdotes ..,. conformare se debent ritui Ecclesiæ in qua celebrant » vult intelligi de Missa quæ Officio Ecclesiæ concordat; num-

quam de Missis Defunctorum, quæ ibidem a Sacerdotibus celebrantur. Aliud est enim se conformare ritui semiduplici vel feriali Ecclesiæ, aliud sequi permissionem quam Rubrica tali ritui concedit. Primum licebit Sacerdoti, quia cum celebrat in Ecclesia aliena, potest in casu dicere Missam, quæ officio suo non concordat: ecce conformitas ritui Ecclesiæ de qua loquitur Decretum. Secundum Sacerdoti non licebit, quia permissio dicendi Missas Defunctorum, vel alias votivas, est tam exclusiva Sacerdotum qui recitaverint de semiduplici vel de Feria, ut prorsus non extendatur ad Sacerdotes qui dixerint Officium duplex, etiam si celebrent in Ecclesia ubi adest semiduplex vel feriale, quia expresse prohibetur multis Decretis, præsertim sub die 7. Maj. 1746, supra cit.

3. In Ecclesia ubi adest solemnitas alicujus Festivitatis vel Funeris cum magno concursu populi, singuli Sacerdotes debent se eidem in omnibus conformare. Decr. 11, Jun. 1701, ad 1, et 23 Aug. 1804. ad 7. Gard. (2. Ed.) num. 3437. 3554.

4. In Oratorio privato semper Missa concordare debet cum Officio celebrantis. Dec. 12. Nov. 1831. Gard. 4669.

5. Paramenta ita mixtis coloribus confecta, ut vix dignoscatur color primarius et prædominans, aut ex colore flavo, pro ullo colore usurpari valent. Decr. 23 Sept. 1837 n. 4666.

Paramenta ergo ex illo colore denominanda et pro illo utenda, qui est primarius; ideoque color magis fundi quam florum est attendendus;

alioquin, juxta expressionem P. Segneri in alia re, quis diceret Æthiopem esse album quia albos dentes habet?

Omnia supradicta intelligantur pro Sacerdotibus Secularibus æque ac Regularibus, et eorum Ecclesiis.

6. Pius VI. die 5 Sept. 1775 privilegium concessit ut Sacerdotes tum Sæculares tum Regulares in Ecclesiis Ordinis Minorum celebrantes uti in omnibus possint eorum Missali. Direct. Leod. 1840. p. 17.

Ergo possunt celebrare Missas proprias etiam Beatorum Ordinis.

7. Addere — *B. Patris Nostri Francisci* — ad *Confiteor*, Versus et Orationes quascumque, ubi nominatur Seraphicus Patriarcha, Breviario Franciscano utentibus licet et per Rubr. pecul. num. 158, et per Decr. 25 Aug. 1818., Gard. num. 4549 (3. Edit.)

DE FORMULIS BENEDICTIONUM etc.

Cum Collectio benedictionum, etc. autore Bernard. Sannig pro formulis, quæ non sunt in Rituali, omnino sit prohibita ex Decr. S. R. C. 7 Apr. 1833 in Ariminen. et 23 Maji 1835 in una Ord. Min. Helv. ad 9. Sufficit pro supplemento quod præscribit sequens

DECRETUM.

In benedictionibus, pro quibus Rituale non dat formulam, v. g. in benedictionibus seminum terræ mandandorum, « Producendum signum Crucis super re benedicenda cum formula: *In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.* ℟. *Amen.* — Deinde rem ipsam absque cereo

accenso cum aqua benedicta aspergendum ». S. R. C die 12. Aug. 1854 in una dub. ad 68.

DE PROCESSIONE SS. SACRAMENTI.

« Faciendo hanc processionem (*SS. Sacramenti*) dum transitur ante altare in quo est Tabernaculum SS. Sacramenti, non fit genuflexio, quia ipsummet defertur, et omnes sunt in actuali Sacramenti servitio et adoratione ». Merati p. 2. tit. 14 n. 4.

Eadem currit ratio dum transitur ante altare ubi elevatur (1) aut administratur Sacramentum, et eo magis ante fores etiam totaliter apertas alicujus Ecclesiæ, licet in ea esset expositum, ergo nec genuflectitur. Et hoc neque ab iis qui primi transeunt, cum singuli de processione, quamvis in maximo numero, efficiant unum corpus morale, et ideo debent esse conformes cum illis qui proximiores sunt Sacramento. Si primi deberent genuflectere, ergo etiam secundi et ultimi, ergo et ministri a lateribus Sacerdotis deferentis; ergo et ipse Sacerdos deferens Sacramentum deberet cum Ostensorio præ manibus genuflectere Sacramento quod asservatur vel est expositum in distantia. Quam ridiculum! et tamen prima difformitas alicubi videtur in praxim.

(1) Hic non debetur pulsare campanulam.

FINIS.

CONSIGLIO GENERALE
DI PUBBLICA ISTRUZIONE

Napoli 24 Dicembre 1859

Vista la domanda del tipografo Andrea Festa con che ha chiesto porre a stampa l'opera intitolata: *Il Diurno Francescano.*

Visto il parere del Regio Revisore signor D. Giulio Canonico Capone:

Si permette che la suddetta opera si stampi; ma non si pubblichi senza un secondo permesso, che non si darà, se prima lo stesso regio Revisore non avrà attestato di aver riconosciuto nel confronto, esser l'impressione uniforme all'originale approvato.

Il Consultore di Stato Presidente provv.
CAV. CAPOMAZZA

Il Segretario Generale
Giuseppe Pietrocola

COMMISSIONE ARCIVESCOVILE
PER LA REVISIONE DE' LIBRI

Napoli 29 Dicembre 1859

Nihil obstat
P. ANICETO FERRANTE
dell'Oratorio Cens. Teol.

IMPRIMATUR
Pel Deputato
LEOPOLDO RUGGIERO *Segretario.*

